


Robt Cooper, sc.

JOHANNES SCHWEIGHAEUSER.

LEXICON

HERODOTEUM

QUO

ET STYLI HERODOTEI UNIVERSA RATIO
ENUCLEATE EXPLICATUR
ET QUAM PLURIMI MUSARUM LOCI
EX PROFESSO ILLUSTRANTUR
PASSIM ETIAM PARTIM GRÆCA LECTIO PARTIM VERSIO LATINA
QUAS OFFERT ARGENTORATENSIS EDITIO
VEL VINDICATUR VEL EMENDATUR.

INSTRUXIT

JOHANNES SCHWEIGHÆUSER

ORDINIS REGII LEGION. HONOR. EQUES,
ACADEMIÆ REGIÆ INSCRIPT. ET HUM. LIT. SODALIS, GRÆC. LITERAR.
IN ACAD. ARGENT. ET IN SEMIN. PROT. PROF.

ADJECTA EST

APPENDIX

TRACTATUS QUOSDAM COMPLECTENS
DE DIALECTO IONICA.

LONDINI:
IN ÆDIBUS VALPIANIS.
SUMTU RICARDI PRIESTLEY.
MDCCCXXIV.

LECTORI S.

PRODIT tandem in lucem pluribus abhinc annis promissum *Lexicon* nostrum *Herodoteum*, ad Argentoratensem quidem maxime Musarum editionem, sed et ad alias quaslibet, accommodatum. Quo in concinnando opere quid sit quod sim secutus, ipsa frons et inscriptio libri satis dilucide declarat: id autem ipsum si probabili quodam modo consecutum me esse judicaverint hi quorum in hoc genere audienda sententia est, consentient iidem, haud inutiliter collocatum fuisse otium, quod in extremo vitæ stadio multis olim agitatæ tempestatum fluctibus Divini Numinis acceptum fero indulgentiæ. Omnibus quidem numeris opus absolutissimum non magis in hoc genere, quam in alio quoquam, requiret doctus æquusque rerum harum æstimator: nonnihil vero etiam partim ætati annis gravi, partim obtusæ penitus oculorum aciei, condonatum iri confido.

Plurimum in hoc labore adjutum me fuisse profiteor perutili opera, quam in colligendis interpretandisque Ionicis præsertim vocabulis loquendique formulis, quibus usus Herodotus est, jam olim *Æmilius Portus* posuerat. Quid sit vero quod intersit inter illius *Dictionarium Ionicum* et nostrum hoc *Herodoteum*

Lexicon, quisquis, vel obiter inspiciens, voluerit alterum opus cum altero conferre, facile æstimabit.

Quod si cui passim prætermissa in hoc Lexico nonnulla videbuntur, quæ ad rem et ad institutum nostrum pertinebant; facile huic fuerit, et licitum cuilibet, quæ desint adjicere repertis. Fuerint alii, qui copia laborare opus nostrum sint conquesturi: quos monitos velim, ne invideant studiosis hominibus, quibus grata fortasse et accepta futura sunt eadem, quæ ipsis nimia et supervacanea videntur. Cæterum ne ego quidem invidebo, immo gratulabor Musarum harum amicis, si, quæ a me in universa hac opera Herodoto præstita minus commode expedita deprehendentur, ea ab aliis rectius exposita, aut in quibus ego incertum me hærere professus sum, eadem ab hominibus ingenio doctrinaque præstantibus ad liquidum fuerint perducta.

Si in illorum solummodo usum, qui nostra utuntur Historiarum Herodoti editione, instructum hoc Lexicon voluissem, commode fueram facturus, si *Capitis* vel *Sectionis* numero numerum etiam *Lineæ,* qua legitur quæque Herodotea dictio a nobis citata, adjecissem, quo facilius citiusque quælibet dictio in ipsa sua sede posset reperiri. Nunc, quum aliorum etiam commodis voluerim inservire, qui quacumque alia Musarum editione (in qua quidem Capitibus aut Sectionibus distincta narratio esset) uterentur, aliam inire rationem placuit; scilicet ut quodque *Caput* paulo longius in *tres* fere *partes æquales* distributum cogitarem, quarum primam litera *a,* mediam litera *m,* postremam litera *f.* insignivi: cui rationi consentaneum fuit, ut, si qua dictio in confinio primæ et se-

cundæ partis aut secundæ et tertiæ legeretur, notam *a. m.* aut *m. f.* adponerem. Capita minus longa nonnisi duas in partes distincta statui, quarum priorem litera *a*, posteriorem litera *b.* indicavi. Adjecta passim litera N. significat, spectare ad locum eum, cui illa litera adjecta est, *Adnotationem* quamdam, sive Wesselingii, sive Valckenarii, sive nostram, quam vel in nostra Herodoti editione vel in Wesselingiana consulere studiosus lector possit.

Quamvis persuasum habeam, *Vitam Homeri*, quæ Herodoti nomen præfert, ad Musarum scriptorem nihil pertinere, tamen voces dictionesque notabiliores in illo libello occurrentes Lexico Herodoteo inserui, quo luculentius etiam adpareret quantum stylus Pseudo-Herodoti a Nostri stylo differat. Denique eis etiam vocibus dictionibusve, quæ in Oraculis ab Herodoti citatis notabiliores occurrunt, locum in hoc Lexico dedi; ita tamen, ut adjecta nota quadam semper indicaverim, non suo nomine illis usum esse Scriptorem nostrum.

Scripsi Argentorati mense Junio, MDCCCXXII.

LEXICON HERODOTEUM.

A.

Ἄβακτος, Infelix. *Vit. Hom.* 32. *m. Not.*

Ἄβατος, ου, ὁ, ἡ, Invius, Inaccessus, Transscensu difficilis. *οὔρεα ἄβατα*, iv. 25. *a. οὖρος ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος*, viii. 138. *f. Conf.* Ἀπόκρημνος.

Ἀβουλίη, *ης, ἡ*, Inconsiderantia, Imprudentia, Temeritas. vii. 210. *a.* viii. 74. *m.* ἀπολέεται ἡ Ἑλλὰς ἀβουλίῃσι, viii. 57.

Ἄβουλος, Inconsideratus, *etc. Unde Superl.* ἀβουλότατα, *adverbialiter*, Inconsultissime, vii. 9, 2.

Ἀβούλως, Inconsiderate, Temere. *τὴν ἐπιχείρησιν ταύτην μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβούλως*, iii. 71. *m.*

Ἁβρὸς, *ἡ, ὸν*, Delicatus, Lautus, Mollis. *De re:* Πέρσῃσι, πρὶν Λυδοὺς καταστρέψασθαι, ἦν οὐδὲ ἁβρὸν, οὐδὲ ἀγαθὸν οὐδὲν, i. 71. *extr. De homine:* Ἀγαθυρσοὶ ἁβρότατοι ἄνδρες εἰσὶ, iv. 104.

Ἄβυσσος, ου, ὁ, ἡ, Fundo carens, Immensæ profunditatis. ἄβυσσοί εἰσι αἱ πηγαὶ τοῦ Νείλου, ii. 28. *m. Conf.* Βυσσός.

Ἀγαθὰ, τὰ, Bona, Commoda, *cujuslibet generis.* πάντα ἀγαθὰ, i. 126. *m. f.* ἀγαθὰ ἐν αὐτοῖσι τοσάδε ἀνευρίσκω, vi. 8. 3. (*conf.* Αὐτὸς, *num.* 3.) *Sigillatim*, Res pretiosæ, ἀγαθὰ μυρία, ii. 172. *a.* παντοῖα ἀγαθὰ, iii. 135. 136. Vitæ commoditates, Opes, Opulentia, τὰ παρεόντα ἀγαθὰ, iii. 80. *m.*

Ἀγαθοεργίη, *ης, ἡ*, Fortiter factum, Res præclare gesta, Bene meritum. ἐν τοῖσι Πέρσῃσι αἱ ἀγαθοεργίαι (*olim* ἀγαθουργίαι) ἐς τὸ πρόσω μεγάθεος τιμῶνται, iii. 154. *a.* Ζωπύρου οὐδεὶς ἀγαθοεργίην Περσέων ὑπερεβάλετο, iii. 160. *a.*

Ἀγαθοεργὸς, *οῦ, ὁ, i. q.* ὁ ἀγαθόν τι ἐργασάμενος. *conf. Ruhnk. ad Tim. p.* 4. *Apud Spartanos sigillatim* Ἀγαθοεργοὶ *nominabantur* Viri fortiter factis insignes, Bene de rep. meriti, i. 67. *f.*

Ἀγαθὸς, *ἡ, όν.* μάχεσθαι εἶναι ἀγαθὸν, Manu fortem esse. i. 135. *a.* χώρη ἀγαθὴ ἐκφέρειν καρπὸν, i. 193. *m.* Ἀγαθὰ, τὰ, *vide supra.*

Ἀγαθουργίη, *vide* Ἀγαθοεργίη.

Ἀγαίεσθαι, (*Ion. pro* ἀγάεσθαι *et* ἀγᾶσθαι,) Admirari, Invidere, Odisse. *vide Valck. ad* vi. 61. οἱ δὲ ἀγαιόμενοι καὶ φθονέοντες αὐτῇ, Qui ei succensebant, male cupiebant, et invidebant, viii. 69. *a. ubi opponuntur* ὅσοι ἔσαν εὔνοοι. *Eustathius ad Iliad.* ξ. *p.* 957, 20. *ed. Bas.* Ἀγῶ γὰρ, (Ἀγάομαι *debuerat, forma passiva*) οὐ μόνον τὸ σέβομαι,—ἀλλὰ καὶ τὸ φθονῶ καὶ μέμφομαι· οὗ παράγωγον τὸ ἀγαίω (ἀγαίομαι).

Ἀγάλλεσθαι, Sese ornare, Superbire, Gloriari. iv. 64. *m.* περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ (*nempe Amiculo, quod ei dono dederat rex.*) ἐφόρεέ τε καὶ ἀγάλλετο, ix. 109. *f.*

Ἄγαλμα, ατος, τὸ, generatim, Πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, *ut ait Hesych.* Ornamentum, Omne id quo quis se ornat, quo superbit et gloriatur. *conf. Dammii Lexic. Etymol. Sic* iv. 26. *ubi in Lat. vers. loco verborum* pro sacro vase *satius fuerat ponere* pro ornamento quo gloriantur. *conf.* iv. 64. *m. Sigillatim:* Statua, Imago, Simulacrum, *cum alibi passim, tum*, ii. 42. *et* 46. *ubi* τὤγαλμα, *pro* τὸ ἄγαλμα. *Rursus* τὤγαλμα, ii. 138. *f.* 141. *a. m.* iv. 181. *m.* ἄγαλμα Ἀπόλλωνος κεχρυσωμένον, vi. 118. *a.* καταβάλλειν τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα, viii. 109. *m.* Δαμίης καὶ Αὐξησίης ἀγάλματα—κότερα χαλκοῦ ποιέονται ἢ λίθου·—οὐδέτερα τουτέων ἀλλὰ ξύλου, v. 82. *a. et b.* τἀγάλματα τοῦ Ἑρμέω, ii. *a.* 91. *f.*

Ἀγαλματοποιὸς, *οῦ, ὁ*, Statuarius, ii. 46. *a.*

Ἄγασθαι, Mirari, Laudare, Delectari. *Cum Accusat.* τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἄγαμαι, iv. 46. *m.* ὑμέων ἀγάμεθα τὴν προνοίην, viii. 144. *m. f. Cum Genit.* ἄγασθαι ἔφη τοῦ Ἐρασίνου οὐ προδιδόντος τοὺς πολιήτας, vi, 76. *b. Cum Dativo,* οἱ Σκύθαι ἀγάμενοι

τῇ πυρίῃ, iv. 75. *a. Not.*

'Αγαυρὸς, ἡ, ὸν, Superbus. *Adverb.* ἀγαυρότατα, Superbissime, Maximo fastu, vii. 57. *m.*

'Αγγαρήϊον, ου, τὸ, Cursus publicus; *Persarum institutum quod describitur* viii. 98.

'Αγγαρήϊος, ου, ὁ, Cursor publicus, Nuncius qui equo publico vehitur subinde mutato, iii. 126. *N. ubi olim ἀγγελιηφόρον e scholio, pro ἀγγαρήϊον, quod ex codd. restituit Wess.*

'Αγγελίη, ης, ἡ, Nuncius. τὰς ἀγγελίας ἐσφέρειν, Nuncios *(ad regem)* deferre, i. 114. iii. 77. *quæ erat apud Persas præcipua quædam dignitas*, iii. 34. *Interdum per metonymiam, ἀγγελίη idem fere ac ἄγγελος valet.* πέμπει ἐς Μέμφιν παρὰ Πρωτέα ἀγγελίην λέγουσαν τάδε, i. 114. *a. cf.* iii. 69. *a.* ἦλθε αὐτῷ ἀγγελίη πρόδρομος (*scil.* λέγουσα) ἄλλην στρατιὴν ἥκειν, ix. 14. *N. Pro* ἀτελείην *vel* ἀτελήϊην, i. 54. *prave olim* ἀγγελίην *legebatur.*

'Αγγελιηφόρος, ου, ὁ, Nuncius, Internuncius, i. 120. *a.* iv. 71. *f. Pro* ἀγγαρήϊον, *vulgo olim legebatur* ἀγγελιηφόρον, iii. 126. *In rerum Persicarum historia ὁ ἀγγελιηφόρος non solum intelligitur* Is qui nuncios ad regem perfert, *sed et* Qui regi annunciat eos qui convenire illum cupiunt, *ut ex* iii. 118. *intelligitur. Idem alibi* ἐσαγγελεὺς *nominatur.*

Ἄγγελος, ου, ὁ, Nuncius. πέμπειν ἄγγελον, i. 20. 21. 81. *et alibi passim. Nonnumquam commode* Legatus *redditur Latine, ut* i. 36. *a.* 69. *a. Alibi* Internuncius, *ut* δι' 'Αγγέλου ποιεύμενος 'Ερμίππου, Per internuncium agens Hermippum, Internuncio utens Hermippo, vi. 4. *a.* δι' ἀγγέλων πάντα χρέεσθαι, Nonnisi per internuncios responsa petere, i. 99. *a.* (*conf.* Χρᾶν, Χρέειν, *num.* ii. 3.) i. 69. *m. N.* vii. 203. *a.* ἔσοδον εἶναι παρὰ βασιλέα ἄνευ ἀγγέλου, iii. 118. *ubi* ἄγγελος *intelligitur idem qui* ἐσαγγελεὺς, iii. 84.

'Αγγήϊον, τὸ, *Ion. pro comm.* ἀγγεῖον, Vas. ξύλινα ἀγγήϊα κοῖλα, iv. 2. *m.*

Ἄγγος, εος, τὸ, Vas *qualecunque.* τὸ ἄγγος ἐν τῷ ἔφερε τὸν παῖδα, i. 113. *a.* τὸ ἄγγος τοῦ ὕδατος ἐμπλησαμένη, v. 12. *m. et f. Conf.* Ἄγκος.

'Αγέεσθαι *videtur Herodotus subinde usurpasse pro* ἡγέεσθαι. *Certe vetus noster codex F.* Ἄγημαι *habet* ii. 115. *a. ubi vulgo* ἥγημαι, Censeo, æstimo; *et* ἄγηνται ii. 40. 69. *et* 72. *ubi vulgo* ἥγηνται. *Eodem pertinere videtur* ἀγεόμενον ἐπὶ θάνατον, Qui ad supplicium ducebatur, iii. 14. *m.* N. *ubi* ἡγεόμενον *alii,* ἀγινεόμενον *Schæf. ex conject.*

Ἄγειν, 1. Ducere *sicut imperator ducit exercitum, frequenter. Similiter* ὁ θεὸς (ἡμέας) ἄγει, Deus nos ducit, vii. 8, 1. *Tum* Ducere *captivum,* Ducere *fossam, et cet. (conf. infra num. 8.) Medium* Ἄγεσθαι, Secum ducere. ἀγόμενοι ἀγγέλους ἐκ Μεγαρέων, ix. 7. *a.* ἅμα ἀγόμενοι ἀδελφεήν, v. 12. *a.* Ἄγεσθαι γυναῖκα, Ducere uxorem, *nempe* ἐς τὰ οἰκία, in domum suam, *quæ verba diserte adjecta sunt,* i. 59. *a. conf. Valck. ad* iv. 78. *f.* οὐδεὶς ἐθέλει ἄγεσθαι (θυγατέρα) ἐξ αὐτέων, ii. 47. *a. et mox* ἀγέαται (*Ion. pro* ἄγονται, *nempe* γυναῖκας) ἐξ ἀλλήλων, *ibid. Etiam* Pater *dicitur* ἄγεσθαι γυναῖκα τῷ παιδὶ, i. 34. *m. f. Sed,* οὗτοι οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην, Uxores non adduxerant secum in coloniam, i. 146. *m.*

2. Ἄγειν, Vehere, *sive navi, sive curru.* οἱ ἄγοντες τὸν κρητῆρα, Qui craterem (*navi*) Vehebant, i. 70. ἀγόμενος ἐς τὰς Σάρδις ὁ κρητὴρ, *ibid.* ἅμαξα ἄγουσα τὸν νηὸν, Plaustrum quo vehebatur ædicula, ii. 63. *Conf. num.* 4.

3. Agere, celebrare *dies festos, ut* 'Απατούρια, ὁρτὴν, *etc.* i. 147. *f.* 148. *m.* viii. 26. *a. m.* ἐπεὰν τὴν ὁρτὴν ἄγωσι τῷ θεῷ τούτῳ, i. 138. *Qua notione frequentius compositum verbum* 'Ανάγειν *usurpat Herodotus. Conf. Var. lect.* iii. 79. ἡσυχίην ἄγειν, *vide in* 'Ησυχίη.

4. Ἄγειν καὶ φέρειν, *i. q.* διαρπάζειν, Diripere, Populari; φέρειν, *ad ea spectat* quæ manibus asportantur; ἄγειν *vero quum ad ea quæ* Curribus avehuntur, *tum ad pecora quæ* Abiguntur. *Cum Accus. rei,* φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σὰ, i. 88. *Cum acc. personæ:* ἄγον καὶ ἔφερον τοὺς περιοίκους ἅπαντας, i, 166. ἔφερε καὶ ἦγε πάντας, iii. 39. ἵνα μὴ ἀλλήλους φέροιέν τε καὶ ἄγοιεν, vi. 42. ἔφερόν τε καὶ ἦγον τήν τε Μαρδονίου στρατιὴν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐόντας Ἕλληνας, ix. 31. *f.*

5. Ἄγειν *et* Ἄγεσθαι, *i. q.* ἡγεῖσθαι, νομίζειν, ἔχειν. Οὐδαμοὺς μέζονας ὑμῶν ἄξω, Nullos potiore loco, quam vos, habebo, vii. 150. ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ αὐτὸν ἦγον, ii. 172. περὶ πλείστου ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν, ix. 7. *a.* Ἥκιστα τοὺς ἑκαστάτω οἰκημένους ἐν τιμῇ ἄγονται, i. 134. ὅγε μάλιστα ἐν τιμῇ ἄγονται πάντων τῶν μαντηΐων, ii. 83.

6. Ἄγεσθαι τι ἐς χεῖρας, In manus sumere aliquid, Capessere, Suscipere, Adgredi. ὡς ἔμελλε ἐς χεῖρας ἄξεσθαι τὸ στράτευμα, Quum in eo esset ut exercitum in manus acciperet, *i. e.* ut ducatum exercitus jam ipse susciperet, vii. 8. *a.* μέλλοντί οἱ ἐς χεῖρας ἄγεσθαι τὴν τελετὴν, Quum in eo esset ut initiationem susciperet, ut ipsis sacris jamjam initiaretur, iv. 79. αὐτὸς δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδε ἐς χεῖρας ἄγεσθαι, Videor mihi divina sorte in hoc natus ut hoc suscipiam, ut hoc adgrediar, *scil.* ut vos contra Medos ducam et ab illorum jugo liberem, i. 126. *f.*

7. *Insolentior usus et constructio verbi* Ἄγω *in illa formula est, si modo sana scriptura*, κόλπου δὲ ἀγομένου τῆς γῆς ταύτης ἡ Σκυθικὴ ἐκδέκεται, Ubi sinus ducitur hujus regionis, (*i. e.* ubi in sinum circumducitur hæc regio,) ibi Thraciam excipit Scythia, iv. 99. *a. Quod vero* iv. 158. *notione* Habitandi, Incolendi, *accipiendum hoc verbum visum fuerit Æmilio Porto, id scripturæ vitio accidit, quum pro* ὡς ἐς ἀμείνονα χῶρον ἄξουσι, *olim omissa ἐs præpositione* ὡς ἀμείνονα χῶρον ἄξουσι *legeretur.*

8. *Notemus rariores quasdam verbi* Ἄγειν *formas Herodoto usurpatas.* ἄγε *pro* ἦγε, i. 103. v. 42. ἄγον, *pro* ἦγον, i. 70. et 169. *Et pass.* ἄγοντο, *pro* ἤγοντο, iii. 14. *a. m. Imperf. frequentativum* ἄγεσκον, i. 149. *m.* 196. *a. Præt. pass.* ἧκται ἡ διώρυξ, ii. 158. *a. et m. Aor.* 1. *pass.* ἄχθη, *pro* ἤχθη, iii. 145. v. 13. vi. 30. *Aor.* 1. *med.* ἄξασθαι, *unde* ἐσάξαντο, v. 34. *et* προεσάξαντο, viii. 20. *Conf.* 'Αγέεσθαι *et* 'Αγινέειν.

'Αγείρειν, Colligere, Cogere: *sigillatim*, Pecunias, munera, stipem colligere. ἤγειρον δωτίνας ἐκ τῶν πολίων, i. 61. *m.* τὰ χρήματα ἤγειρε, i. 62. *m. f. et nude* 'Αγείρειν, Stipem corrogare, iv. 35. *m. f. absque regimine et cum dat. personæ cui vel cujus nomine stipes colligitur*, ibid. *m.*

'Αγεννὴς, Ignobilis. *Compar.* ἀγεννέστερος, i. 134. *a.*

Ἄγερσις, ιος, ἡ, Collectio, Contractio (*copiarum*, στρατοῦ,) vii. 48. *et* vii. 5. *a. ubi olim* ἐποιέετο τὴν στρατιῆς ἔγερσιν, *pro* ἄγερσιν.

Ἄγη, ης, ἡ, Invidia, Odium. φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος, vi. 61. *a. ubi olim* ἄτῃ.

'Αγηλατέειν, *i. q.* διώκειν (*scil.* ἐκ τῆς πόλιος), φυγαδεύειν, Persequi, civitate ejicere, In exilium mittere. *Vide Glossas Herod. t.* vi. *p.* ii. *nostræ ed. p.* 354. *et Schæf. ad Gregor. p.* 546. ἀγηλατέει ἑπτακόσια ἐπίστια 'Αθηναίων, Septingentas Atheniensium familias urbe ejecit, v. 72. *a. De eisdem familiis loquens noster*, v. 73. *ait* ἑπτακόσια ἐπίστια τὰ διωχθέντα ὑπὸ Κλεομένεος. *Apud Sophocl. Œd. Tyr.* 402. ἀγηλατήσειν *idem valet ac* ἐκβαλεῖν *ibid. v.* 399. *Æm. Portus, cum aliis, ab* ἄγος *et* ἐλαύνω *derivat hoc verbum, ut proprie significet* Tamquam piaculo obnoxios expellere: *mihi cum Schneidero ex* ἄγειν *et* ἐλαύνειν *vel* ἐλᾶν *compositum videtur, ut sit* Agere et expellere.

'Αγινέειν, *idem fere quod* ἄγειν, Ducere, Adducere, Producere, Ferre, Adferre. *Cum Accus. rei; ut* ἀγινέον δῶρα, Dona ferebant, iii. 89. *et* 97. ἄλλον ἄλλῃ ἀγινέοντας σιτία, Comportantes, vehentes commeatus, vii. 25. *Cum Acc. pers.* iii. 11. vi. 74. viii. 105. *Med.* ἀγινεόμενος γυναῖκας ἐς ἱρὸν, Ad se adduci jubens mulieres in templum, vii. 33. *Conf.* 'Αγέεσθαι.

Ἅγιος, Sacer, Sacratus, Dicatus. *cum Genit. dei vel deæ, cui aliquid* consecratum *est.* 'Αφροδίτης ἱρὸν ἅγιον, Templum Veneri sacrum, ii. 41. *f.* Apud Ægyptios vaccæ ἱραί εἰσι τῆς Ἴσιος, Isidi sacræ sunt, ii. 41. *a.* ἱρὸν 'Ηρακλέος ἅγιον, Templum Herculi dicatum, ii. 44. *a.*

Ἄγκιστρον, τὸ, Hamus, ii. 70. *a.*

Ἄγκος, εος, τὸ, Vallis, Locus concavus, Cavum; ὕδωρ ἐκ τῆς πέτρης στάζει ἐς ἄγκος, vi. 74. *ubi perperam olim* ἄγγος.

'Αγκὼν, ῶνος, ὁ, Cubitus, Flexus, Latus inflexum (*muri*), i. 180. *m.* ἀγκὼν τοῦ Νείλου, Cubitus flectentis se Nili, Angulus in quo flectit se Nilus, ii. 99. *m. Vide infra* ἀπεργμένος *in* 'Απέργειν.

['Αγμὸς, ὁ, Præruptus locus; *Cretensibus* 'Αξός: *Wess. ad* iv. 154.]

'Αγνεύειν, Castitatem, Puritatem, Sanctimoniam, Servare, Religionis causa abstinere. Ægyptiorum sacerdotes ἁγνεύουσι ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν εἰ μὴ ὅσα θύουσι, Puritatem, Sanctitatem in hoc ponunt et custodiunt, ut animal nullum occidant, nisi quæ sacrificii causa immolant; Religionis causa abstinent a cæde animalium etc. i. 140.

'Αγνοέειν. ἀγνοεῦντες τὰς συμφορὰς, Ignorantes causam calamitatum, iv. 156. *a. Similiter* εἴρετο τὸν θόρυβον, Quæsivit causam tumultus, iv. 13.

Ἄγνοια, *vide* Ἄνοια.

'Αγνύναι, Frangere. ὁ ποταμὸς περὶ καμπὰς πολλὰς ἀγνύμενος, i. 185. *f.*

'Αγνωμοσύνη, ης, ἡ, Stoliditas, Inconsulta ratio, Præceps consilium; *præsertim* Stulta quædam arrogantia, Contumacia cedere et temporibus aut personis adcommodare se (συγγινώσκειν) nescia; *denique simpliciter* Superbia, Pertinacia, Ferocia. σοφίῃ αὐτοὺς ὁ Ἄμασις, οὐκ ἀγνωμοσύνῃ προσηγάγετο, ii. 172. *n. ubi* Imperitia et Fastu *intelligebat Wess.* Asperitate *Valla, non ita male. Perperam ibidem* εὐγνωμοσύνῃ *legebatur ante Gron. Alii Thraces* ἀμαχητὶ σφέας αὐτοὺς παρέδοσαν Δαρείῳ, *Getæ vero*, πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι, αὐτίκα ἐδουλώθησαν, Arrogantia utentes, Obstinate resistentes, iv. 93. ἀγνωμοσύνῃ διεχρέωντο, Nihil cedentes, pertinaciter in proposito perstiterunt, vi. 10. *Æginetæ*, ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι, Arrogantia usi, Virium fiducia ferocientes, *ab Epidauriis defecerunt*, v. 83. *ubi Valla*, Nullo consilio usi: *Portus*, Ingratitudine, *vel* Per perfidiam: *Wesseling. (puto cum Gronov. cujus editio mihi hæc scribenti non amplius ad manus est)* Ad contumaciam versi. Mardonius amicorum consilio non paruit, ὑπ' ἀγνωμοσύνης, Arrogantia, Contumacia, Stolida virium suarum fiducia

ductus, ix. 3. Græci, ait Mardonius, consuerunt ἀβουλότατα πολέμους ἵστασθαι, inconsultissime bella suscipere, ὑπό τε ἀγνωμοσύνης καὶ σκαιότητος, vii. 9, 2. *Idem* Mardonius eosdem speravit ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ix. 4.

Ἀγνώμων, ονος, ὁ, ἡ, Stolidus, Insulsus, Ineptus. ἦν οὐκ ἀγνώμων ὁ Γλαῦκος, *Vit. Hom.* 21. Arrogans, Pertinax, Ferox. Μαρδονίου (ἦν ἡ γνώμη) ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη ix. 41. *f.*

Ἀγοράζειν, In foro versari. *Apud Ægyptios* αἱ γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι, ii. 35. *m.* εὑρόντες μιν ἀγοράζοντα, iii. 137. iv. 164.

Ἀγοραῖος, η, ον, Forensis. ἀγοραῖοι ἄνθρωποι, Homines circumforanei, mercatores forenses, i. 93. *coll.* ii. 35. Turba forensis, Vile hominum genus, ii. 141. *f.*

Ἀγοραῖος Ζεὺς, Jupiter fori præses. ἀπέκτειναν καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμὸν, v. 46. *extr.*

Ἀγορᾶσθαι, Concionari, Pro concione verba facere. ἠγορόωντο, vi. 11. *a.*

Ἀγορεύειν, Pro concione verba facere, Concionari, Edicere. ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ πύργον καὶ ἀγορεύειν ἐκέλευον, iii. 75. *a.* ταῦτα ἠγόρευε, viii. 5. *m.* ix. 92. *a.* πέμπων κήρυκα ἠγόρευέ σφι τάδε, vi. 97. οἳ (κήρυκες) τὰ ἐντεταλμένα ἠγόρευον ἐς τὸ ἄστυ, i. 60. *f.* ὁ δέ σφι ἠγόρευε, ὡς εἴη Ζώπυρος, iii. 156. *a.* *Conf.* Διαγορεύειν, Ἐξαγορεύειν, *et* Προαγορεύειν.

Ἀγορὴ, ῆς, ἡ, Concio populi, Conventus. ἀγορὴ δέκα ἡμερέων οὐκ ἵσταταί σφι, vi. 58. *f.* ἐγίνοντο ἀγοραὶ, vi. 11. Forum rerum venalium. ἐνθαῦτα λειμών ἐστι, ἵνα σφι ἀγορή τε ἐγίνετο καὶ πρητήριον, vii. 23. *f.* Forum, Locus ubi vel concio habetur, vel res venales prostant. *Sic* Sardibus Pactolus Fluvius διὰ μέσης τῆς ἀγορῆς ῥέει, *et* ἐς τὴν ἀγορὴν ἀθροιζόμενοι οἱ Λυδοὶ, v. 101. ποταμὸς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς ἀνατέλλων, vii. 26. *f.* *Pro* ἀγορῆς *vero* vii. 26. *f.* ἄκρης *legendum suspicatus est Valck.*

Ἀγορῆς πληθυούσης, Circa tertiam diei horam, medio tempore inter ortum solis et meridiem, iv. 181. *Idem diei tempus vocatur etiam* ἀγορῆς πληθώρη. *Sic*, τὸ ὄρθριον, μέχρι ὅτου πληθώρης ἀγορῆς ἔπρησσε προθύμως *etc.* ii. 173. *a.* ἐπισχὼν χρόνον ἐς ἀγορῆς κου μάλιστα πληθώρης, vii. 223. *Loco supra citato* iv. 181. diversas diei partes *ita distinguit Herodotus:* ὁ ὄρθρος, ἀγορῆς πληθυούσης, μεσαμβρίη, ἀποκλινομένης ἡμέρης, δύνων ἥλιος, μέσαι νύκτες. *His adjicitur alia Temporis nota,* ἀγορῆς διάλυσις, Quo tempore a foro disceditur, *i. e.* Versus meridiem, iii. 104. *a.* τὰς ἀγορὰς Græcorum *lepide perstringit Cyrus,* i. 153. *a. m.*

Ἄγος, εος, τὸ, Piaculare crimen. ἐν τῷ ἄγει ἐνέχεσθαι, vi. 86.

Ἀγρεύειν ἰχθῦς, Venari pisces, ii. 95.

Ἄγρη, ης, ἡ, Venatio, φοιτεόντων τῶν Σκυθέων ἐπ' ἄγρην, i. 73. *m.* ἐν ἄγρῃ θηρῶν, In venatu ferarum, iii, 129. *a.* Venandi ratio: ἄγραι τῶν κροκοδείλων πολλαὶ καὶ παντοῖαι, ii. 70. *a.*

Ἄγριος, Agrestis, Ferus. *Memorantur non modo* βόες ἄγριοι, *veluti* vii. 126. *a.* ὗες ἄγριοι, iv. 102. *m.* κριοὶ ἄγριοι, *ibid. a. verum etiam* ἄγριοι ἄνδρες *et* γυναῖκες ἄγριαι, iv. 191. *f.* ὕλη ἀγρίη, i. 203. *m.* (*vide* Ὕλη) δένδρεα ἥμερα καὶ ἄγρια, viii. 115. *a. m.* iv. 21.

Ἀγρυπνίη, ης, ἡ, Vigiliæ. ἑπτὰ νύκτας ὁ Δαρεῖος ἀγρυπνίῃσι εἴχετο, Septem noctes insomnes transegit, Somnum capere non potuit, iii. 129.

Ἄγχιστα, *i. q.* ἔγγιστα, *vel* ἐγγύτατα, Proxime. οἱ ἄγχιστα, Proximi, v. 79. *Cum Genit.* ἄγχιστα ἡμέων οἰκέουσι *ibid.* τοὺς ἄγχιστα ἑωυτῶν οἰκέοντας, i. 134. ἄγχιστα τοῦ βωμοῦ, iv. 81.

Ἀγχιστεὺς, έος, ὁ, *i. q.* ὁ ἄγχιστα, Proximus, *præsertim* Proximus genere, Cognatus. v. 80. *coll. cum c.* 79.

Ἀγχίστροφος, ου, ὁ, ἡ, Mutabilis, Versatilis. ἀγχίστροφα βουλεύεσθαι, Subito mutare consilium, vii. 13. *a.*

Ἀγχόθεν, E propinquo, Cominus, iv. 31.

Ἀγχότερος, η, ον, *i. q.* ἐγγύτερος, Propior; *cum Gen.* vii. 175. *m.*

Ἀγχοῦ, *i. q.* ἐγγὺς, Prope, In propinquo. *Absolute ponitur.* ἐόντων ἀγχοῦ τῶν πολεμίων, iii. 78. *ubi olim* ἀγχοῦ αὐτῷ, *qui quidem dativus, si ab auctoris manu esset, non ab* ἀγχοῦ, *sed ab* ἐόντων *penderet.* *Cum Genit.* ἀγχοῦ ἐγένοντο τῆς Τίρυνθος, vi. 77. ἀγχοῦ τῶν νεοσσιέων, iii. 111. *Videri potest cum Dativo construi,* iii. 85. *f.* τὸν ἵππον περιῆγε ἀγχοῦ τῇ ἵππῳ, *sed ille Dativus a verbo* περιῆγε *pendet.*

Superlat. Ἀγχοτάτω, Proxime. *Absolute, de Cognatione:* οἱ ἀγχοτάτω προσήκοντες, iv. 73. *a.* *Cum Genit.* In vicinia. ἀγχοτάτω τοῦ μεγάρου, Proxime templum, ii. 169. *m.* τῆς ἂν ἀγχοτάτω ᾖ χώρης, ii. 24. ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης, vi. 102. *Sic* iv. 35. *f.* vii. 176. *f.* viii. 122. *et* 135. *a.* *Alibi sonat* Simillime, Simillima ratione: *cum Genit. de Propinquitate loci:* ἑστᾶσι ἀγχοτάτω τοῦ Κροίσεω κρητῆρος, viii. 122. *f.* *De Similitudine;* Φρύγες ἀγχοτάτω τῆς Παφλαγονικῆς σκευὴν εἶχον, vii. 73. ἀγχοτάτω τῶν Μηδικῶν εἶχον ἐσθῆτα, vii. 80. *Item cum Dativo:* ἀκόντια ἀγχοτάτω τῇσι Αἰγυπτίῃσι μαχαίρῃσι πεποιημένα, iii. 85.

Pro ἀγχοτάτω, *quod olim,* vii. 64. *a. legebatur, ex msstis* Ἀγχότατα *restitutum est:* περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἀγχότατα τῶν

Μηδικῶν ἔχοντες, Capitis cultu simili fere utentes Medico.

'Αγωγεὺς, έος, ὁ, Deductor. δισχίλιοι ἄνδρες ἀγωγέες, Bis mille homines (*Ædem monolitham*) deducentes, transducentes, ii, 175. *m.*

'Αγωγὸς, οῦ, ὁ, Viæ dux. ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγοὺς, iii. 26. *a.*

'Αγὼν, ῶνος, ὁ. ποιέειν ἢ παθέειν πρόκειται ἀγὼν, Propositum est agendi aut patiendi discrimen, vii. 11. *m.* ἐμοὶ τὴν ἀληθηΐην ἀσκέειν ἀντία σευ, ἀγὼν μέγιστός ἐστι, Mihi adversus te veritatem colere summa Contentio est, vii. 209. *m.* ἀγῶνα γυμνικὸν τιθέναι *et* ἐπιτελέειν τινὶ, Ludos gymnicos instituere *et* celebrare in alicujus honorem, ii. 91. *m. et f.* αὐτὸς τὸν ἐν 'Ολυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκε, Ludis præfuit. vi. 127. *f.* στεφανηφόρους ἀγῶνας ἀναραιρηκὼς, v. 102. *f.*

'Αγωνίζεσθαι, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι, multo graviori, quam expectaverant, certamine defuncti, viii. 11. ἀγωνιζόμενος στάδιον, v. 22. ῥαψῳδοὺς ἔπαυσε ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι, carminibus decertare, v. 67. *a*, *Præt. passiv.* πολλοὶ ἀγῶνες ἀγωνίδαται, *i. q.* ἠγωνισμένοι εἰσὶ, Multa prælia pugnata sunt, ix, 26. *f.* περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται, viii. 26. *m.*

'Αγωνίη, ης, ἡ, Certamen, Quodlibet certaminis genus. ἀγῶνα γυμνικὸν τιθεῖσι διὰ πάσης ἀγωνίης ἔχοντα, Ludos gymnicos celebrant omnia certaminum genera complectentes, ii, 91. *m. f.*

'Αγώνισμα, ατος, τὸ, *i. q.* ὁ ἀγών. ἀγώνισμα μέγα τοῦτο ποιεῦνται, Magnam in hoc contentionem, magnum Studium ponunt, i. 140. *f.* τὰ ἐπ' 'Αρτεμισίῳ ἀγωνίσματα, Prælia ad Artemisium facta, viii. 76. *m.*

'Αγωνιστὴς, ου, ὁ, Certator. φάμενοι οὐ βαρβάρων ἀγωνιστέων εἶναι τὸν (ἐν 'Ολυμπίῃ) ἀγῶνα, ἀλλὰ 'Ελλήνων, v. 22.

'Αγωνοθέτης, ου, ὁ. ἐξαναστήσας τοὺς 'Ηλείων ἀγωνοθέτας, vi. 127. *m.*

'Αδαήμων, ονος, ὁ, ἡ, Inscius, Ignarus, Imperitus. εἶναι ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν τῶν ἐν 'Ελευσῖνι, viii. 65. *a.*

'Αδαὴς, έος, ὁ, ἡ, *i. q.* ἀδαήμων *Cum Genit. rei.* τῆς θυσίης ταύτης οὐκ ἀδαὴς, ἀλλ' ἔμπειρος, ii. 49. *a.* τῶν (χρησμῶν) ἔσαν ἀδαέες, v. 90. *Cum Genit. personæ:* ἄπειροί τέ εἰμεν καὶ ἀδαέες τουτέων τῶν ἀνδρῶν, ix. 46.

'Αδέειν, *i. q.* ἁνδάνειν *et* ἀρέσκειν, Placere. *Fut.* Σπαρτιήτῃσι ἀδήσεις, v. 39. *Aor. 2. subj.* τὸ δ' ἂν ἅδῃ σφι, i. 133. *m.* *Opt.* ἐγὼ μήτε Αἰγινήτῃσι ἅδοιμι, i. 79. *m.*

Præt. Med. τῇσι λοιπῇσι πόλισι ἕαδε 'Ιῶσι ἕπεσθαι, i. 151. *extr.* τοῖσι μὲν ἕαδε βοηθέειν 'Αθηναίοισι, vi. 106. iv. 145. *f.* 153. *m.* 201. *a. m.*

'Αδείη, ης, ἡ, *i. q. comm.* ἄδεια, Securitas. ὡς ἐν ἀδείῃ ἐὼν, Ut qui in tuto esset, viii. 120. ἐν ἀδείῃ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν, Non tutum sibi judicantes eloqui, ix. 42. *m. f.*

'Αδελφεὴ, ῆς, ἡ, Soror, iii. 53. *a. ubi olim* ἀδελφὴν *spreta librorum auctoritate, pro* ἀδελφεήν. *cf.* 'Αδελφεός.

'Αδελφεοκτόνος, ου, ὁ, ἡ, Fratricida, iii. 65. *m.*

'Αδελφεὸς, οῦ, ὁ, Frater, iii. 61. *ter.* 62. *m.* 63. *f.* 64. *a. Et sic constanter Herodotus. Conf. Var. Lect.* i. 173. *m.*

Pro τὸν Δελφὸν, Delphensem, v. 72. *f. perperam omnes ante Wess.* τὸν ἀδελφεὸν, Fratrem, *posuerant.*

'Αδελφιδέος, ου, ὁ, (*qui alias, contracte,* ἀδελφιδοῦς) Fratris filius, i. 65. *Sic et* vi. 94. *ubi in nostra versione Lat. pro* Artaphernis filium, suum consobrinum, *reponendum* Artaphernis fratris sui filium, *uti recte Valla et alii.* (*conf.* v. 25.) *Rursus* viii. 130. ἀδελφιδέος *est* Fratris filius; *ubi alii ante Larcherum* Patruelem *intellexerant. Similiter vero etiam* Sororis filii ἀδελφιδέοι *dicuntur* iv. 147. *a.*

'Αδεῶς αἰτέει τὸ φᾶρος, Secure, Nihil verita, petiit amiculum, ix. 109. *m.*

"Αδη, ης, ἡ, Satietas. ὡς δὲ ἄδην εἶχον κτείνοντες, ix. 39. *cf. Not.*

'Αδικίη, ης, ἡ, *non solum* Injustitiam *proprie nominatam significat, sed et quamcumque* Culpam, *quodlibet* Delictum; *quemadmodum v. gr. est in accusatione Socratis apud Xenoph. initio libri* i. *Memorab.* ἀδικεῖ Σωκράτης *etc. Similiter apud Nostrum* vi. 136. *f. populus Athen. multavit Miltiadem quinquaginta talentis* κατὰ τὴν ἀδικίην, Pro ratione culpæ illius; *nisi fortasse prorsus id significatum voluit Scriptor quod nos in versione Lat. posuimus,* Propter damnum civitati illatum; (*sive* Pro ratione damni *etc.*) *quam fere in sententiam Cornelius Nepos ait:* Pecunia multatus est, eaque bis quinquaginta talentis æstimata est, quantus in classem sumtus factus erat.

'Αδίκιον, ου, τὸ, *idem fere ac* ἡ ἀδικία *aut* τὸ ἀδίκημα, Injuria illata, iniquum facinus, v. 89. *m. ubi perperam olim* ἀπὸ τοῦ Αἰγινητέων αἰκίου, *pro* ἀδικίου.

"Αδικος, ὁ, ἡ, Iniquus. περιπίπτοντες ἀδίκοισι γνώμῃσι, i. 96. *f.*

"Αδρηστος, ου, ὁ, ἡ, (*comm.* ἄδραστος,) Non fugitivus, A fuga alienus. Fidelis. ἀνδράποδα ἄδρηστα μάλιστα, iv. 142. [*Passiva notione,* 'Αδράστεια *dea dicitur* Nemesis, *quam* effugere nemo potest. *Valck. ad* iii. 40.]

'Αδρὸς, ἡ, ὸν, Validus, Magnus, Adultus, *etc.* ἐπεὰν τὸ παιδίον ἁδρὸν γένηται, Quando puer validus, adultus fuerit, iv. 180. *f.* καρπὸς ἁδρὸς, Validæ, Adultæ,

Maturitati proximæ fruges, i. 17. *a.* ἀδρὴ χιὼν, Valida, Copiosa nix. iv. 31. *m.*

Ἁδρύνεσθαι, Augescere, Crescere, Adolescere. ἁδρύνεται τὸ λήϊον, i. 193. *a.*

Ἀδυναμίη, ης, ἡ, Impotentia, Virium inopia, Imbecillitas, Infirmitas, viii. 111. *f. ubi opponuntur* δύναμις *et* ἀδυναμίη.

Ἀδυνασίη, ης, ἡ, *i. q. præcedens*, iii. 79. *Sic* οὐδαμᾶ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ, Ubi vires desunt, ibi nihil valet necessitas; Ultra vires nemo cogi potest, vii. 172. *f.*

Ἀδύνατος, ου, ὁ, ἡ, ἀδύνατοι ἄνδρες, Imbecilli, Parum robusti homines, v. 9. *m.* ἀδύνατοι νέες ὑπὸ τρωμάτων, Invalidæ naves ob accepta vulnera, vi. 16. *a.*

Plurali ἀδύνατα *utitur Herodotus, pro singulari* ἀδύνατον. Τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγεῖν καὶ θεῷ, i. 91. *a. Sic* vi. 106. *f. Alibi tamen singularem tenet, ut* ix. 106. *a.*

ἀδύνατόν τι ix. 60. *f. idem valet ac* ἀδυνασίη τις. εἰ ὑμέας καταλελάβηκε ἀδύνατόν τι βοηθέειν, Si quid vobis incidit quod in causa sit ut auxilio nobis venire non possitis.

Ἀδυνάτως ἔχων, Invalidus, Infirmus, Viribus defectus, *Vit. Hom.* 34.

Ἄδυτον, Penetrale, Interiora templi. τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ, v. 72. *m. ubi quidem nil aliud significari videtur nisi* τὸ ἱρὸν, *nempe ea pars* τοῦ ἱροῦ, *quæ proprie* ναὸς (*Ion.* νηὸς) *et* μέγαρον *vocatur.* (*Conf.* Ἱρὸν *et* Μέγαρον, *et quæ* v. 72. *mox subjiciuntur,* μηδ' ἔσιθι ἐς τὸ ἱρόν.) *Similiter* vii. 140. *a. et f. eis qui* ἐς τὸ μέγαρον ἐσελθόντες ἵζοντο, *Pythia respondet,* ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο. *Pari modo* ix. 116. *f. distinguuntur* τὸ τέμενος, Locus Deo consecratus, *et* τὸ ἄδυτον, *quod est* ἐν τῷ τεμένεϊ, *nempe* ὁ ναός.

Ἀεθλέειν, (*comm.* ἀθλεῖν) *Pugnare.* κακῶς ἀέθλεον, i. 67. *a.* οὐδὲν ἄμεινον ἀέθλεον, vii. 212. *i. q.* ἠγωνίσαντο *quod ibi præcedit.*

Ἀεθλεύειν, In solennibus ludis certare. Ἀλεξάνδρου ἀεθλεύειν ἑλομένου (ἐν Ὀλυμπίῃ), v. 22. *Conf. Pollucem* iv. 144.

Ἄεθλον, ου, τὸ, (*comm.* ἆθλον,) Præmium certaminis. τὸ ἄεθλόν σφι κείμενον, viii. 26. πυνθανόμενος τὸ ἄεθλον ἐὸν στέφανον, *ibid.* ἄεθλον ἔκειτο μύριαι δραχμαὶ, viii. 93. ὥς σφι αἱ νῆσοι καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἄεθλα πρόκειται, ix. 101. *f.*

Ἄεθλος, ου, ὁ, Certamen, Labor. ἐπιτελεσάντων τῶν Περσέων τὸν προκείμενον ἄελθον, Proposito labore perfuncti, i. 126. *a.* οὐκ ἐξικέσθαι πρὸς τὸν προκείμενον ἄεθλον, iv. 10. *f.* προτιθεῖσι (αὐτοῖς) ἀέθλους τοιούσδε, vii. 197. *a.*

Ἀεθλοφόρος, ου, ὁ, Victor, Qui præmium certaminis retulit, i. 31. *a.*

Ἀεὶ, *vide infra, in* Αἰεί.

Ἀείδειν, *pro comm.* ᾄδειν. ἀείδουσι, ii. 60. 79. ἀείδοντες, ii. 79. ἀείσας, *et* ἀεῖσαι, i. 24. *m.* ὕμνοι ἀειδόμενοι, iv. 35. *f.*

Ἀεικείη, ης, ἡ, Indignitas, Contumelia, Injuria. τρηχέως κάρτα περιέσπε (αὐτοὺς) ἀεικείῃ, i. 73. *m.* ἐτόλμησας τὸν παῖδα ἀεικείῃ τοιῇδε περισπεῖν, i. 115. *Not.* εἶναι ἀπαθέα τῆς ἀεικείης, iii. 160.

Ἀεικὴς, έος, ὁ, ἡ, Non consentaneus. ἀεικὲς οὐδὲν ἦν, Nil mirum erat, iii. 33. Non dissentaneum erat, Non præter rationem accidit, vi. 98. *f.* ἀεικὲς οὐδὲν παρεχόμενος, Nihil ingrati aut incommodi exhibens, iii. 24. ἀεικέστερα ἀποῤῥίψαι ἔπεα, Indigniora, Indecora verba projicere, vii. 13.

Ἀείμνηστος, *Nomen proprium viri, qui aliis* Ἀρίμνηστος, ix. 64. *et* 72. *Not. cum Var. lect.*

Ἀείναος, *et* ἀέναος, ου, ὁ, ἡ, Perpetuo fluens, Perennis: ποταμὸς ἀέναος, 145. (*ubi codd. nonnulli* ἀέναος) λίμνη ἀείναος, i. 93. *f.*

Ἀείρειν, *Ion. i. q.* αἴρειν. *Sic* χαμάθεν ἀείροντες, ii. 125. *a. et* ἤειρον τοὺς λίθους *ibid. Inde Med.* ἀείρασθαι: *ut,* τὰ ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι, Tollebant, Erigebant vela, ut propere abituri, viii. 56. τὰ ἱστία ἀειράμενον οἴχεσθαι φεύγοντα, viii. 94. *a. Eadem notione, subintellecto accusativo* τὰ ἱστία, i. 27. ἀειράμενοι *ex conject. posuimus pro vulgato* ἀρώμενοι.

τῷ βαρβάρῳ πόλεμον ἀειράμενοι, Qui bellum adversus Barbarum Susceperunt, Moverunt, vii. 132 *et* 156.

Aor. pr. pass. ἀέρθην *eadem fere notione ad Herodoto usurpatur qua in communi sermone Aoristus primus verbi activi* ἦρα. *Sic* ἀερθέντες ἐκ τῶν Οἰνουσσέων ἔπλεον (ἐπὶ Κύρνον), i. 165. f. *ubi interpretantur* Solventes e portu, (*aut* sublatis ancoris) in Corsicam navigarunt. *Rursus* i. 170. *a.* κοινῷ στόλῳ ἀερθέντας πλέειν ἐς Σαρδὼ, Sociata classe Vela dare ventis et in Sardiniam navigare. *Nec vero solum, ubi de* Navali itinere *agitur, usurpatur id verbum, verum etiam ubi de* Pedestri itinere. *Sic* Græci ad Platæas, incommodati a Mardonii equitatu, noctu ἀερθέντες ἀπαλλάσσοντο, ix. 52. *ubi vertunt* Sublatis utensilibus, (*aut* Collectis vasis) discesserunt. *Scilicet ubique generalis notio, verbo* ἀερθῆναι *apud Nostrum subjecta, videtur hæc esse,* Erigere se, Surgere, Loco se movere. *Itaque* ix. 52. *continuo post verba modo citata sic pergit scriptor,* οἱ δὲ, ὡς ἐκινήθησαν, ἔφευγον ἄσμενοι *etc. Sic senex Grinus apud Nostrum* iv. 150. *m. ait,* πρεσβύτερος ἤδη εἰμὶ καὶ βαρὺς ἀείρεσθαι, Gravis ad me loco movendum.

Ἄεισμα, τος, τὸ, (*comm.* ᾆσμα) Cantus, Cantilena, ii. 79. *a.*

Ἀεκούσιος, Contra voluntatem, οὐκ ἀεκούσιον αὐτῷ ἐγίνετο τοῦτο, ii. 162. *a.*

'Αέκων, οντος, ὁ, (*comm.* ἄκων) Invitus. ἀέκοντες ἔμενον καὶ οὐ βουλόμενοι, vii. 222. κάρτα ἀέκων, ix. 111. *a.* ἀεκόντων 'Αραβίων, iii. 88. *a. Fœm.* ἐμίγη οἱ ἀεκούσῃ, ii. 131. *a.*

'Αέλικτος ὄφις *est in pluribus codd.* vi. 77. *f. ubi alii* Τριέλικτος.

'Αελπτέειν, (*comm.* ἀνελπιστεῖν) Desperare, Minime sperare. ἀελπτέοντες τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι, vii. 168. *m.*

Ἄελπτος, ου, ὁ, ἡ. ἐξ ἀέλπτου, Ex insperato, i. 111. *a. ubi* ἐξ ἀπέλπτου *cod. Vind.*

'Αέξειν, Augere, *præsertim* honore, dignitate, potentia τὸ πλῆθος ἀέξειν, iii. 80. *extr.*

Ἄζειν, Arefacere, Exsiccare. *Huc Gronov. referebat* τὴν ψυχὴν ἀσθείη, *quod* iii. 41. *dant plures codd. pro eo quod vulgo alii exhibent* ἀσηθείη, *ab* ἀσᾶν, ἀσᾶσθαι.

Ἄζηλος, ὁ, ἡ, Quem nemo æmulatur, miratur *aut* laudat, Contemtus, Miser. ἄζηλα πέλει, Misere adflicta sunt (omnia) vii. 140. *in Pythiæ oraculo.*

'Αζήμιος, ὁ, ἡ, Impunis, Nullam noxam passus, Salvus. ἄπιθι ἐκ τῆσδε τῆς χώρης ἀζήμιος, i. 212. ὡμολόγησαν ἑκατὸν τάλαντα ἐκτίσαντες ἀζήμιοι εἶναι, vi. 93. *m.*

'Αηδὴς, έος, ὁ, ἡ, Injucundus, Insuavis, Tristis. *Olim* i. 136. *extr. legebatur* ἵνα—μηδεμίαν ἄσην ἀηδῆ τῷ πατρὶ προσβάλῃ, *ubi vocem* ἀηδῆ *ignorant meliores libri.* Φὰς οὐδέν οἱ ἀηδέστερον ἔσεσθαι ἢ πρότερον ἦν, vii. 101. *extr.*

'Αθανατίζειν, Immortalem se prædicare. Γέται οἱ ἀθανατίζοντες, v. 4. iv. 93. ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· οὔτε ἀποθνήσκειν ἑαυτοὺς νομίζουσι, *etc.* iv. 94.

'Αθάνατοι *quinam vocati* apud Persas vii. 83. τοὺς ἀθανάτους ἐκάλεε βασιλεὺς, vii. 211. *a.* viii. 113. *a. m.* ἀθάνατος ἀνὴρ, Vir ex Immortalium numero lectus, *sive,* Numquam intermoriturus, *nempe,* Cui etiamnum vivo successor erat designatus, vii. 31. *N.*

'Αθέμιστος *et* 'Αθέμιτος, Nefarius, Nefandus. ἀθέμιστα ἔρδεσκε, vii. 33. *ubi alii* ἀθέμιτα. ἀθέμιστα ἔρδειν, viii. 143. *f. et ibi Var. lect.* In θεμιτὸν (*non* θεμιστὸν) *consentiunt libri* v. 72. *f.*

'Αθῆναι, *non solum ipsa* Urbs, *sed nonnumquam etiam i. q.* ἡ 'Αττικὴ, Attica regio, ix. 17. *a. Conf.* Λακεδαίμων.

'Αθηναίη, ἡ, *i. q.* 'Αθήνη, Minerva, i. 18. 19. 22. *etc.*

['Αθηναίων, *perperam olim passim legebatur pro* 'Αθηνέων *gen. plur. a nominat.* αἱ 'Αθῆναι. *Vide Var. lect.* ii. 7. *bis.* viii. 46. *bis.* 48. 100.]

Ἄθηρος, ου, ὁ, ἡ, Feris carens. ἄθηρος χώρη, iv. 185. *f.*

'Αθρόοι, Frequentes, Consertis ordinibus, vi. 112. *m. Conf.* 'Αλής.

'Αθυμίη, ης, ἡ, Animi dejectio, Ignavia. οὔτε τινὰ δειλίην, οὔτε ἀθυμίην, i. 37. *ubi* τὸν πρὸς τοὺς πολέμους ὄκνον *interpretatur Thomas Mag.*

Ἄθυμος, ου, ὁ, ἡ, Animo carens, Ignavus, Imbellis. ἐόντι κακῷ τε καὶ ἀθύμῳ, vii. 11. *a.*

Ἄθως mons, vi. 22. *Genit.* τοῦ Ἄθω, vi. 95. f. vii. 22. f. *Acc.* τὸν Ἄθων, vi. 44. *ter.* 45. vii. 22. *a. et f. Sed* vii. 22. *a. codd. Vind. et Pd.* τὸν Ἄθω : *sic et idem Vind.* vi. 44. *ubi ad lin.* 10. *nostræ edit. adjici ex ed. Wess. debuit hæc Varietas Lectionis*: "Ἄθων] Ἄθεον *Brit.* Ἄθω *et* περιέβαλον *Vind.*"

Αἶ, *i. q. comm.* εἴθε, Utinam. αἶ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν *etc.* i. 27. *m.*

Αἰγέη, ης, ἡ, Pellis caprina. αἰγέας περιβάλλονται αἱ Λίβυσσαι, iv. 189. *Not.*

Αἰγιαλέες, Tribus *quædam* Sicyoniorum, v. 68. f. *Not.* Πελασγοὶ Αἰγιαλέες (*i. e.* Pelasgi littorales) vetus nomen Ionum, Peloponnesum incolentium, vii. 94.

Αἰγιαλὸς, οῦ, ὁ, Littus, Ora maritima, vii. 59. 100. 176. 183. *et alibi.*

[Αἰγικορεῖς, *Tribus quædam Cyzicenorum, et olim Atheniensium, Wess. ad* v. 66.]

Αἰγιναίη, ἡ, *i. q.* ἡ Αἴγινα, Ægina insula, v. 86. *f. Not.*

Αἰγίπους, οδος, ὁ, ἡ, Caprinos pedes habens. αἰγίποδες ἄνδρες, Capripedes homines, iv. 25.

Αἰγὶς, ίδος, ἡ, Ægis. αἱ αἰγίδες τῶν ἀγαλμάτων τῆς 'Αθηναίης,—ἡ στολὴ τῶν Παλλαδίων, iv. 189. ἐκ τῶν αἰγέων (τῶν Λιβυσσέων) αἰγίδας οἱ Ἕλληνες μετωνόμασαν, *ibid.*

Αἰγοπρόσωπον ἄγαλμα, Simulacrum (*Panis dei*) caprina facie, ii, 46.

Αἰγυπιὸς, οῦ, ὁ, Vultur, iii. 76. Gloss. Αἰγυπιῶν· γυπῶν.

Αἰδέεσθαι, Revereri. Δία αἰδεσθέντες, ix. 7, 1. Rationem, Respectum *alicujus* habere. ὦναξ αἰδεσθεὶς τὰς ἱκετηρίας τάσδε, O rex *Apollo*, Respice hos supplicum ramos, vii. 141. *a.*

'Αΐδης, εω, ὁ, Orcus, Inferi. καταβῆναι ἐς τὸν οἱ Ἕλληνες ἀΐδην νομίζουσι εἶναι, ii. 122. *a.*

'Αϊδρηΐη, ης, ἡ, Inscitia, Ignorantia, vi. 69. *f.*

Αἰδὼς, όος, ἡ, Pudor, Verecundia. ἅμα κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνὴ, i. 8. *f. ubi alii* αἰδὼ *acute scribunt. Gregorius quidem (Dialect. Ion.* §. 35.) *tradit Ionas quartum hujus nominis casum* αἰδοῦν *formare.*

Αἰεὶ *pro* 'Αεὶ *frequentare amat Herodotus. Vide Var. Lect. ad* i. 54. 58. 91. *etc.* αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι, Semper a priscis inde temporibus, viii. 142. *m.*

Αἰεὶ *subinde intelligi debet non de eo quod* per se perpetuum est *aut* constanter

fit, *sed de eo quod* semper *locum habet* eo tempore de quo agitur; *adeoque ita ponitur, ut non tam ad id verbum referatur cui jungitur, quam ad illud quod vel præcessit vel proxime sequitur.* ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ τοῦ σώματος καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται, Animus hominis, intereunte corpore semper intrat in aliud animal quod eo ipso tempore nascitur, ii. 123. ἡ Ἄνθυλλα—πόλις—δίδοται τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικὶ, Semper datur uxori ejus qui pro tempore rex est Ægypti, ii. 98. *a.* (*Sic et* ix. 116. *f.*) ταῦτα τοῖσι αἰεὶ δορυφοροῦσι ἐδίδοτο, ii. 168. ἐμάχοντο τοῖσι αἰεὶ ἐσπίπτουσι, ix. 102. *f. Conf.* Ἑκάστοτε.

Αἰέλουρος, ου, ὁ, ἡ, Felis, ii. 66. *ubi olim* αἴλουρ. *absque* ε.

Αἰετὸς ἐν πέτρησι κύει Orac. v. 92, 2.

Αἴθειν, Accendere. εἰρώτεον τί θέλοντες ἥκοιέν τε ἐς τὴν χώρην, καὶ πῦρ αἴθοιεν, iv. 145. *m. ubi paulo ante est* πῦρ ἀνέκαιον.

Passiv. Αἴθεσθαι, Ardere. ὑποκαίουσι τὰ ὀστέα, τὰ δὲ αἴθεται κάλλιστα, iv. 61. *m.*

Αἰθρίη, ης, ἡ, Serenitas cœli, Cœlum serenum. ἐξ αἰθρίης καὶ νηνεμίης, Quum ad id tempus serenum fuisset cœlum *etc.* viii. 188. ὁ ἥλιος ἀφανὴς ἦν, οὔτ' ἐπινεφέλων ἐόντων, αἰθρίης τε τὰ μάλιστα, (*scil.* ἐούσης) vii. 37. *m.*

[Αἴκιον, ου, τὸ, *Perperam* αἰκίον *olim legebatur* v. 89. *pro* ἀδικίου.]

Αἱμασιὴ, ῆς, ἡ, *Gloss.* τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον, Maceria, Murus. κροκόδειλοι (lacertæ) γινόμενοι ἐν τῇσι αἱμασιῇσι, ii. 69. *extr.* αἱμασιὴ πλίνθων ὀπτέων, i. 180. *et* 191. *m. f. ubi agitur de* minore muro Babylonis, *intra urbem secundum Euphratem ducto, qui non, ut murus exterior* (τὸ τεῖχος), *asphalto videtur fuisse compactus. Adde* vi. 134. *extr. ubi* ἡ αἱμασιὴ *eadem quæ paulo ante* τὸ ἕρκος. *Sed et* Murus solido ex lapide constructus αἱμασιὴ *vocatur: certe* ii. 138. *memoratur* αἱμασιὴ ἐγγεγλυμμένη τύποισι, Murus qui figuras ostendebat insculptas.

Αἰνέειν, Laudare, Probare. πάντες ταῦτα αἴνεον, iii. 87 *extr. et ibi Not. Iterum* 76. *f.*

Αἴνη, ης, ἡ, Laus, Honor, Existimatio. ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ, iii. 74. *a. N.* viii. 112. *m.* τοῖσι μετ' ἐκεῖνον ἐν αἴνῃ ἐοῦσι, ix. 16. *f.*

Αἰνίσσεσθαι τάδε τὰ ἔπεα, Ænigmatica hæc pronunciare verba, v, 56.

Αἰνῶς, *i. q.* σφόδρα, δεινῶς, λίαν, Vehementer, Admodum. τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης, iv. 61. ξεινικοῖσι νομαίοισι αἰνῶς χρᾶσθαι φεύγουσι, Vehementer aversantur, iv. 76. *a. Sic* πικρὸς αἰνῶς *ed. Wess. et seqq.* iv. 31. *a. m.* ubi olim δεινῶς. *Vide Var. Lect. et Not.*

Αἴξ, αἰγὸς, ὁ, ἡ, Caper, Capra, Omne genus caprinum. σέβουσι πάντας τοὺς αἶγας, καὶ μᾶλλον τοὺς ἔρσενας τῶν θηλέων, ii. 46. τῶν αἰγῶν τῶν τράγων ἐν τοῖσι πώγωσι εὑρίσκεται τὸ λήδανον, Hircorum in barbis *etc.* iii. 112. *m.*

Αἰγὸς ποταμοὶ, *Oppidi nomen ad Hellespontum*, ix. 119. *ubi pro* Αἰγὸς ποταμῶν *olim minus recte alii* Αἰγὸς ποταμοῦ *dabant.*

[Αἰὸρ *et* Αἰόρπατα *olim* iv. 110. *ubi nunc* Οἰὸρ *et* Οἰόρπατα.]

Αἰπόλιον, ου, τὸ, Caprarum grex, i. 126. *a.*

Αἰπόλος, ου, ὁ, Caprarum pastor, ii. 46. *b. ubi quidem tam probabili quam erudita conjectura pro* οἱ αἰπόλοι *Schæferus* οἱ κόλοι *correxit.*

Αἱρέειν, 1. Capere, In potestatem redigere. αἱρέει ἐρῆμον τὸ ἄστυ, ix. 3. *f.* αἵρεε τὰς πόλιας χώμασι, i. 162. αἱρέειν κατ' ἄκρης, *vide in* Ἄκρη. τοὺς Φωκέας οὐκ αἱρέουσι, Phocensibus non sunt potiti, viii. 32. τὸ Σίγειον εἷλε Πεισίστρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων, Bello captum eripuit Mitylenæis, v. 94.

2. *Notandæ formulæ hujusmodi:* ὡς—ἐμὴ γνώμη αἱρέει, ut mea fert opinio, ii. 43. *f.* οὐδὲ λόγος αἱρέει, *seq. accus. cum infin.*, Ne rationem quidem habet, Ne credibile quidem (*aut* rationi consentaneum) est, iii. 45. *m.* vi. 124. καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτω αἱρέει, ii. 33. *m.* ἢν μὴ ἡμέας λόγος αἱρῇ, Nisi nobis ratio suaserit, iv. 127. m. ὅκως μιν ὁ λόγος αἱρέει, Prouti ei ratio suadet; Quoties ei commodum videtur, vii. 41. *a.* χρᾶται (τοῖς κρέασι) ὅ τι μιν ὁ λόγος αἱρέει, i. 132. *extr.*

3. *Med.* Αἱρέεσθαι, Eligere. οὐδέτερα αἱρέετο, Neutrum elegit, v. 94. ἀλήτην βίον εἷλευ, Elegisti, iii. 52. m. ἄλλους ἑλόμενος, Alios tibi eligens, Aliis hominibus studens, Aliorum sectam secutus, i. 108. m.

ἄριστον, σῖτον αἱρέεσθαι, Cibum capere, iii. 26. *f.* vii. 120. *b.*

4. *Præt. Pass.* Ἀραίρημαι, *Ion. i. q.* ἥρημαι *vel* ἡρέθην. *Hinc Plusquamperfectum:* ἄλλος ἀνὴρ ἀραίρητο, Alius vir eligebatur, *sive*, electus erat, vii. 83. Βαβυλὼν οὕτω τότε πρῶτον ἀραίρητο, Capta erat, i. 191. *extr.* ὡς δὲ καὶ τὸ τεῖχος ἀραίρητο, ix. 102. *m. Conf.* Ἀπαιρέεσθαι, Διαιρ. Ἐξαιρ. Ὑπεξαιρ.

5. *Partic. Præt. Pass.* Ἀραιρημένος, *i. q.* ἡρημένος *et* αἱρεθείς. ἀραιρημένα ἄστεα αὐτοῖσι, Captæ ab illis urbes, i. 185. *a.* ἀραιρημένοι ἀπὸ τῶν πολίων, Selecti e civitatibus, vii. 172. *a.* ἐκ τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος, E polemarchorum numero Electus, vii. 173. *m. Sic et* vii. 118. ix. 93. *a.*

Τοῖσι ἂν ἄνδρες πολέμιοι ἀραιρημένοι ἔωσι, iv. 66. *Vulgo interpretantur* A quibus hostes Interfecti sunt. *Sed aut*

Capti sunt *vertendum, intelligendumque captos ab illis pro more etiam occisos esse; aut* ἀναραιρημένοι *legendum, quod suadet scriptura* ἀναιρημένοι, *quam ibi plures præferunt codices. Apud Suidam quidem habes* Αἱρεῖ· *(pro quo sua auctoritate Küsterus* Αἱρεῖ *posuit)* ἀναιρεῖ· φονεύει. *At ibi ex Sophoclis Philoct.* 437. *quo spectat illa glossa,* Αἵρει *scriptum oportebat, a verbo* αἴρω, Tollo, E medio tollo; *non ab* αἱρέω, *ad quod pertinet participium Ionicum* ἀραιρημένος. *Etiam particip. act.* ἀραιρηκότες *ex cod. Pass. recepit Schæf.* iv. 66. *extr. ubi alii omnes vulgo* ἀνῃρηκότες.

Αἴρειν, *Ionice* Ἀείρειν, *quod vide. Conf.* Ἀπαίρειν, *et* Ἐπαίρειν.

Αἵρεσις, ιος, ἡ. 1. Optio. νῦν τοι δίδωμι αἵρεσιν, Nunc tibi do optionem, i. 11. *a.* διακρῖναι τοιαύτην αἵρεσιν, Dijudicare talem optionem, E duabus rebus propositis unam eligere, i. 11. *m.*

2. Capere *urbem,* Expugnatio. (*i. q.* ἅλωσις.) μετὰ τὴν Βαβυλῶνος αἵρεσιν, Capta Babylone, iv. 1. *a.* ἡ βασιλῆος αἵρεσις (*scil.* τῶν Ἀθηνέων)—δεκάμηνος ἐγένετο, Ceperat rex Athenas decimo ante mense, ix. 3. *f.*

Αἱρετὸς, ἡ, όν. 1. Expugnabilis, Qui capi potest, κατὰ μὲν τὸ ἰσχυρὸν οὐκ αἱρετοὶ, δόλῳ δὲ αἱρετοὶ, iv. 201. *a.* 2. Seligendus, Optabilis. ὁ θάνατος καταφυγὴ αἱρετωτάτη τῷ ἀνθρώπῳ, vii. 46. *f.* ταῦτά σφι αἱρετώτερα εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ τῶν χρησμολόγων, vii. 143. *f.* κότερά σφι εἴη αἱρετώτερα, i. 126. *m.*

Ἀΐσσειν, *vide* Προεξαΐσσειν.

Ἀϊστόειν, *i. q.* ἀφανίζειν, ἄϊστον reddere, E medio (Ex hominum conspectu) tollere, Perdere, Interficere. ἀϊστώσει μιν, iii. 69. *m.* δύο ἡμέων ἠΐστωσε, iii. 127. *f.*

Αἰσχροκερδὴς, έος, ὁ, ἡ, Turpi lucro inhians. εἰ μὴ ἄπληστος ἔας χρημάτων καὶ αἰσχροκερδὴς, i. 187. *f.*

Αἰσχρὸς, ἡ, ὸν, (*de corpore,*) Fœdus aspectu, deformis. αἰσχίονες παρθένοι, i. 196. *m.* γυνὴ καλλίστη ἐξ αἰσχίστης γενομένη, vi. 61. *m.*

Αἰσχύνη, ης, ἡ, Dedecus, Ignominia. ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει, Magnum in probrum vertitur, Ingenti probro est, i. 10. *extr.*

Αἰτέειν, Petere. *Imperf.* πῦρ αἴτεον, vi. 113. *extr. Cum duplici accus.* αἴτεε Ἄμασιν θυγατέρα, vi. 1. *a.* δίκας αἰτέειν, *vide in* Δίκη.

Med. Αἰτέεσθαι, *i. q.* αἰτέειν, *nempe* Petere sibi, Postulare ut sibi detur. *Sic* αἰτεόμενος, ix. 34. *a. ubi quidem aliquis non modo* pro se, *verum etiam* pro fratre suo *jus civitatis petit, sed nimirum ut* sui causa *etiam illi detur. Imper.* αἰτέο, *per Syncopen ex* αἰτέεο, *pro comm.* αἰτέου, Pete, Postula tibi. αἰτέο δόσιν τὴν τινα βούλεαί τοι γενέσθαι, i. 90. *a. ubi vide Var. Lect.*

Lex. Herod.

Αἰτιᾶσθαι, Culpare, accusare. αἰτιῶνται αὐτὸν, et αἰτιησάμενοι τοῦτον, iv. 94. *f.* πάντας αἰτιώμενοι, viii. 90. *m.* Cum *Genitivo casu criminis, aut cum Infinit.* τοὺς μὲν λειποστρατίης αἰτιώμενος, τοὺς δὲ σίνεσθαι Δαρείου στρατὸν, v. 27.

Αἰτίη, ης, ἡ, *Ion. pro comm.* αἰτία, Causa, Culpa.

Αἰτίην ἔχειν, Culpam sustinere, culpari, Accusari. αἰτίας μεγάλας εἶχον, v. 73. *extr. Cum Genit.* εἶχον αἰτίην τοῦ φόνου τούτου, v. 70. *f.*

Αἰτίη ἔχει αὐτὸν, *i. q.* αὐτὸς ἔχει αἰτίην, Culpa illum tenet, Insimulatur ille, Culpatur. τὸν Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾶν παρὰ τοῦ Ἰσαγόρεω τὴν γυναῖκα, v, 70. *a.* φονεῦσαι αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας, Culpa cædis eorum premit Alcmæonidas, v. 71. αἰτίη ἔσχε ἐν Ἀθηναίοισι ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων μηχανῆς αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι, Apud Athenienses Culpa eos premebat, Fama ferebatur, cepisse eos hoc consilium *etc.* vi. 115. *b. ubi vide Var. Lect. et Not.*

Ἐν αἰτίῃ τιθέναι τινὰ, *quasi dicas* In culpa ponere aliquem. Μαρδόνιον ἐν αἰτίῃ τιθέντες, Mardonium tamquam auctorem (calamitatum) accusantes, viii. 99. *Eadem notione* ἐν αἰτίᾳ ἔχειν τινα *frequentat Thucydides,* i. 35. ii. 59. v. 60. *Sic auctor libelli de Vita Hom.* ἐν αἰτίῃ μεγάλῃ εἶχεν αὐτὴν, Vehementer illam accusavit. *Et Herodotus,* v. 106. *m.* ὅρα μὴ ἐξ ὑστέρης σεωυτὸν ἐν αἰτίῃ σχῇς, Vide ne deinde te ipsum accuses; *id est* ne dehinc ipse comperiaris hac culpa teneri, hujus facinoris auctor esse: *nisi fortasse hæc sit sententia,* Vide ne tu dehinc te ipse in culpa ponas, culpam contrahas, culpæ hujus participem te facias, *nempe aut excusando fratrem, aut rem istam parvi habendo, nec quovis modo operam tuam conferendo quo et reprimatur illa seditio et puniantur sceleris auctores. Conf.* ἐξ ὑστέρης.

Αἴτιος, η, ον, Causa efficiens aliquid. *Construitur non modo cum Genit. sed et cum Infinit. absque* τοῦ *articulo, quem forsan desideraveris.* τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμὸν, ii. 20. *a.* αἴτιος ὁ ἥλιος τὸν ἠέρα ξηρὸν τὸν ταύτῃ εἶναι, ii. 26. *a. Not.*

Αἰχμάλωτος, ου, ὁ, ἡ, Bello captus, Captivus. ῥῦσαί με αἰχμαλώτου δουλοσύνης, Libera me servitute quæ captivum manet, ix. 76. *m.*

Αἰχμὴ, ῆς, ἡ. 1. Hasta, Lancea, *i. q.* δόρυ, *cujus partes sunt* τὸ ξυστὸν *et* ἡ λόγχη. i. 52. *m.* vii. 69. *et* 77. αἰχμὰς βραχέας ἔχον, τόξα δὲ μεγάλα, vii. 61. *a.* 64. *etc.* μετῆκάν οἱ τὰς αἰχμὰς, Hastas coram eo deposuerunt, iii. 128. *f.* (*conf.* Μετι-

B

ἑναι.) ὁ μὲν αὐτέων φθάνει τὰ τόξα κατελόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο,—τῇ αἰχμῇ ἠμύνετο, iii. 78. *a.* ὑπὸ αἰχμῆς τελευτήσειν, i. 39. *m. et f.*

2. *Metonymice*, Arma, Bellum. Σίγειον εἷλε Πεισίστρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων, Armis ceperat, v. 94. ἐπειδή σφι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἑστήκεε, Quum male illis cessisset Bellum, vii. 152. *f. Hinc* ἡ ὁμαιχμίη, *et* τὸ μεταίχμιον, *quæ vide suis locis: et* αἰχμάλωτος, Bello captus.

Αἰχμοφόρος, ου, ὁ, *i. q.* δορυφόρος. 1. Hastatus, Hasta armatus miles. πρῶτος διέταξε χωρὶς ἑκάστους εἶναι, τούς τε αἰχμοφόρους, καὶ τοὺς τοξοφόρους, καὶ τοὺς ἱππέας, i. 103. *a.* 215. *a.* 2. *Sigillatim*, Armatus custos corporis, Satelles, i. 8. *a. Cujus generis sunt etiam illi* χίλιοι αἰχμοφόροι *qui* in comitatu regis Persarum *memorantur* vii. 40. *a.* 41. *a.* 55. *f.* 103. *f.*

Αἰών, ῶνος, ὁ, Ævum, Vita. οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα, Vitam ita traducere, iii. 40. *m.* ὁ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, vii. 46. *extr.* τελευτᾷν καλῶς τὸν αἰῶνα, i. 32. *m.* ἀμυνομένους τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα, ix. 17. *f.* 27. *m.*

Αἰωρέεσθαι, 1. Efferri. ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθεὶς, Magnarum rerum spe Elatus, viii. 100. *a.* 2. Suspensum esse. αἰγὸς δέρματα περὶ τοὺς ὤμους αἰωρεύμενα, Ex humeris pelles Pendebant caprinæ, vii. 92. *Conf.* Ὑπεραιωρέεσθαι *et* Παραιωρέεσθαι. *Pro vulgato olim* ἀρώμενοι i. 27. *f.* αἰωρεομένους *corrigebat Toupius, ubi nos* ἀειράμενοι.

Ἄκανθα, *sive Ionice* Ἀκάνθη, ης, ἡ. 1. Spina arbor, *cujus ex ligno naves fabricantur Ægyptii*, ii, 96. *a.* 2. Spina dorsi, iv. 72. *f.* 3. *Dicuntur etiam* ἄκανθαι Ossa *vel* Spinæ piscium et serpentum, ii. 75.

Ἀκάνθινος ἱστὸς, Malus *navis* ex spina arbore, ii, 96. *m.*

Ἀκανθώδης χῶρος, Spinis obsitus locus, i. 126. *a.*

Ἀκατάψευστος, ου, ὁ, ἡ, Non ementitus, Non fictus, Non fabulosus, iv. 191. *extr. N.*

Ἄκατος, ου, ὁ, Minoris navigii genus quoddam. οἱ ἐν τοῖσι σιταγωγοῖσι ἀκάτοισι ἐόντες, vii. 186.

Ἀκέεσθαι, *sensu proprio*, Mederi, Sanare. ὁ Τέαρος (ποταμὸς) λέγεται καὶ ἀνδράσι καὶ ἵπποισι ψώρην ἀκέσασθαι, Sanare scabiem, iv. 90. *a. Notione translata*, Mederi malo, Remedium adferre. ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτίαν, Reparare peccatum, i. 167. *a.* v. 91. *f.* ἀκεόμενος τὰ ἐπιφερόμενα, Malo impendenti remedium adlaturus, iii. 17. *m. Imperativ.* ἀκέο (*per syncop. pro* ἀκέεο, ἀκέου) *eadem notione* iii. 40. *extr.*

Ἀκέραιος, ου, ὁ, ἡ, Intemeratus, Intactus, Illæsus, Salvus. ἔμελλε ἀπολάμψεσθαι ἀκέραιον τὴν πόλιν, iii. 146. *a.*

Ἄκεσις, ιος, ἡ, Curatio, Sanatio. οἱ ὄρχιες τῶν καστόρων χρήσιμοι ἐς ὑστερέων ἄκεσιν, Utiles ad uterorum curationem, iv. 109. *extr.* τὰ ἐς ἄκεσιν φέροντα, Quæ ad sanandos morbos valent, iv. 90. *a.*

Ἀκέφαλος, ου, ὁ, ἡ, Sine capite. οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τοῖσι στήθεσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, iv. 191. *f.*

Ἀκήρατος, ου, ὁ, ἡ, *i. q.* ἀκέραιος. 1. Purus, sincerus, χρυσὸς ἀκήρατος, vii. 10, 1. σμύρνη ἀκήρατος, ii. 86. *m.* 2. Intactus, Integer, Illibatus. τὸ ἐμπόριον τοῦτο ἦν ἀκήρατον τοῦτον τὸν χρόνον, Intactum, Illibatum, Nondum frequentatum mercatoribus ea tempestate erat illud emporium, iv. 152. *m. N. ubi* ἀπείρατον *habet vet. cod. ex scholio.*

Ἀκήρυκτος, ου, ὁ, ἡ. Per præconem non denunciatus. πόλεμον ἀκήρυκτον Ἀθηναίοισι ἐπέφερον, Indictum bellum intulerunt, v. 81.

Ἀκίβδηλος, ου, ὁ, ἡ, Sincerus. τὸ ἀπ' ἡμέων ἀκίβδηλον ἐὸν, ix. 7, 1. *f.*

Ἀκινάκης, εος *et* ου, ὁ, Acinaces, Gladius, *Persicum vocab.* Περσικὸν ξίφος, τὸν ἀκινάκην καλέουσι, vii. 54. *f. N. ubi forsan* τὠκινάκην *olim legebatur.* (*vide infra voc.* Ὠκινάκης.) σπασάμενος τὸν ἀκινάκεα, iii. 118. *f.* σπασάμενοι τοὺς ἀκινάκεας, iii. 128. *f. ubi codd. nonnulli* τοὺς ἀκινάκας, *ut* vii. 67. *a. Sic* ix. 80. *m.* τοὺς ἀκινάκεας, ἐόντας χρυσέους, *ubi* ἀκινάκας *dabant libri omnes, uno Arch. excepto.* δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ, viii. 120. *consentientibus libris. Etiam in rebus Scythicis utitur hoc vocabulo Herodotus:* ἀκινάκης σιδήρεος, iv. 62. *m. et* τοῦ ἀκινάκεος ibid. *f. et* τῷ ἀκινάκεϊ *rursus* ibid. *m. pro quo quidem probati plures codices* τῷ ἀκινάκῃ *præferunt.*

Ἀκίνητος, ου, ὁ, ἡ, Immotus, Intactus, Illæsus. οὗτος ὁ τάφος ἦν ἀκίνητος μέχρι οὗ *etc.* i. 187. *m.* 2. Non movendus. κινεῖς τι τῶν ἀκινήτων, vi. 134. *f.*

Ἀκλεής, έος, ὁ, ἡ, Illaudatus, Merita laude non celebratus, i. *proœm.*

Ἀκλεῶς, Inglorie, Sine gloria, Ignominiose. διαλυθέντος τοῦ στόλου ἀκλεῶς, v. 77. *a.*

Ἀκμάζειν, Florere. ἡ Σύβαρις ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον μάλιστα, vi. 127. ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ, i. 29. *a.*

Ἀκμή, ῆς, ἡ, Acies, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, vi. 11. *a.*

Ἄκμων, ονος, ὁ, Incus, i. 68. *m.*

Ἀκοή, ῆς, ἡ, Auditus. ἀκοῇ ἱστορέων, Qui auditu *aliquid* accepit, Fama percepit, Relata referens. *oppos.* αὐτόπτης, ii. 29. *a.* περὶ τούτων, ἀκοῇ παραλαβόντες, λέγομεν, ii. 148. *m.* ὅσον ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι, iv.

16. *f.* *N.* i. 171. *a.* διεφθαρμένος τὴν ἀκοὴν, Auribus captus, i. 38. *f.*

Ἀκοντίζειν, Jaculari, Jaculum emittere. Absolute: τοξεύομέν τε καὶ ἀκοντίζομεν, iv. 114. *m.* *Cum Accus.* Jaculo petere. ἀκοντίζων τὸν σῦν, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, i. 43. *Item* ἀκοντίζειν ἐς τινά: *nam* ἐσακοντίζειν τινὰ (*quod vide suo loco*) *idem valet ac* ἀκοντίζειν ἐς τινά.

Ἀκόντιον, ου, τὸ, Jaculum. ἀκόντια καὶ δοράτια καὶ τὰ τοιαῦτα, i. 34. *f.*

Ἀκοντιστὴς, οῦ, ὁ, Jaculator. ἐόντες ἀκοντισταὶ οἱ Σαμοθρήϊκες, viii. 90. *a.*

Ἄκος, εος, τὸ, Remedium, Medicina. ἢν σπασμὸς ἐπιγένηται, ἐξεύρηταί σφι ἄκος, iv. 187. *f.* ἄκεα δίζησθαι, i. 94. *m.*

Ἀκόσμως, Nullo ordine, Turpiter, Spreta omni disciplina militari. ἀκόσμως οἴχεσθαι, vii. 220. *extr.*

Ἀκούειν, 1. Audire. *Promiscue cum Accusat. et Genitivo Rei.* ἀκούσας ταῦτα, ii. 116. *a.* ταῦτα ἄκουσαν (*Aor.* 1.) v. 89. *f. ubi tamen* ἤκουσαν *præferunt alii, ut alibi.* ἀκούσας τούτων, ii. 114. *a. ubi quidem perinde videri possit esse genit. Personæ: sed* i. 45. *m. ubi* Κροῖσος δὲ τούτων ἀκούσας, *haud dubie* τούτων *genitivus Rei est. Interdum* ἀκούειν τι *idem valet ac* περί τινος, *ut* vii. 116. τὸ ὄρυγμα ἀκούων, Audiens de fossa, Audiens quo in statu esset fossa. *Futur.* ἀκούσεσθαι ἀοιδοῦ, i. 24. *f.*

2. Ἀκούειν *cum Genit. Personæ*, Dicto audientem esse, Imperio alicujus esse subjectum. τοῦτον τὸν χρόνον Αἰγινῆται Ἐπιδαυρίων ἤκουον, v. 83. *a.* ὡς Σμέρδιος ἀκουστέα εἴη τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' οὐ Καμβύσεω, Smerdi dehinc esse parendum, non Cambysi, iii. 61. *extr.*

3. Ἀκούειν, Audire, *pro* Existimari, Haberi, *ubi de* bona aut mala Fama *agitur.* ἤκουεν εὖ ἐς δικαιοσύνην, Vit. Hom. 7. *m.* ἀκούειν ἄριστα δικαιοσύνης πέρι, vi. 86, 1. *m.* ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες, ii. 173. *m.* φὰς ἄμεινόν με ἀκούσεσθαι (*Fut. Med.*) ix. 79. *a.* ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται, Præcipuam laudem consecuti sunt, viii. 93. *a.* Ἀργεῖοι ἤκουον μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι, iii. 133. *a.*

4. παρὰ τοῖσι Πέρσῃσι, γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι, ὄννος μέγιστόν ἐστι, Muliere ignaviorem audire, (*i. e.* Si quis de aliquo loquens ait, Esse eum muliere ignaviorem) maximum hoc opprobrium est, ix. 107. *a.* *Sic* ἀκούσας πρὸς σεῦ κακῶς vii. 16, 1. *m.* *non est* Male apud te audiens; *sed* Mala (injuriosa) adversus me verba ex te audiens; Probrosis verbis a te lacessitus. *Sic* vii. 10, 7. παῦσαι λέγειν λόγους ματαίους περὶ Ἑλλήνων, οὐκ ἐόντων ἀξίων φλαύρως ἀκούειν, Qui non merentur ut male de eis loquaris. ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα, viii. 93. *a.*

Ἄκρη, ης, ἡ, *comm.* ἄκρα, 1. Extremitas, Extremus terræ cujusdam angulus in mare prominens, Promontorium, iv. 99. *m. et f.* ἀνατείνουσι ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου, ταύτας ἔδοξαν νῆας εἶναι, viii. 107. *f.* 2. Summitas, Arx: *unde dictio* αἱρέειν πόλιν κατ' ἄκρης, vi. 18. *N. et* 83. *f.* Urbem cum arce capere, Incipiendo ab ipsa arce et inde in urbem descendendo.

Ἀκρητοποσίη, ης, ἡ, (*Ion. pro* ἀκρατ.) Meri vini potatio. μαθεῖν τὴν ἀκρητοποσίην παρὰ τῶν Σκυθέων, vi. 84. *f.*

Ἀκρητοπότης, ου, ὁ, Meri potator, Ebriosus, vi. 84. *a.*

Ἄκριτος, ου, ὁ, ἡ, 1. *Passiva notione,* Non judicatus, Indicta causa: κτείνει ἀκρίτους, iii. 80. *f.* 2. *Activa notione,* (*sicut* ἀθαύμαστος, ἄπρακτος, *et ejusdem generis alia*) Qui nullum judicium fecit, Qui rem non disceptavit. οὐ βουλομένων δὲ ταῦτα κρίνειν τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' ἀποπλωόντων ἑκάστων ἐς τὴν ἑωυτῶν ἀκρίτων, viii. 124. *a.*

[Ἀκρίτως, Indicta causa. κτείνει ἀκρίτως *olim legebatur* iii. 80. *f. ubi rectius nunc* ἀκρίτους.]

Ἀκροβολίζεσθαι, Velitari. ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι, Quum verbis inter se essent velitati, Altercati, viii. 64. *a.*

Ἀκροθίνια, τὰ, Primitia (*prædæ victoria partæ*), ἐν νόῳ ἔχων ἀκροθίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὅτεῳδὴ, i. 86. *a.* ἀπ' ἧς οἱ ἀκροθίνια τοιαῦτα γενέσθαι i. 90. *f.* τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια, - - - καὶ τὰ ἀκροθίνια ἀπέπεμψαν ἐς Δελφοὺς, viii. 121. 122.

Ἀκρομανὴς, έος, ὁ, ἡ. ἦν τε οὐ φρενήρης, ἀκρομανής τε, v. 42. *a.* *Not.* Fere furiosus, Subfuriosus: *alii quidem vulgo* Prorsus furiosum, Summe insanum *interpretantur.*

Ἄκρος, η, ον, Acutus, Acer, Summus, Extremus, Eximius. ὀργὴν ἄκρος, Ad iram præceps, i. 73. *m.* *N. ubi olim* οὐκ ἄκρος *legebatur.* ἦν ψυχὴν οὐκ ἄκρος, Erat animo parum acri, parum forti, parum constante, v. 124. *a.* *N.* *Absolute ponitur* v. 112. Ἴωνες ἄκροι γενόμενοι ταύτην τὴν ἡμέρην, (*ubi præcedens* νησοὶ *non ad* ἄκροι *refertur, sed ad* ὑπερεβάλοντο,) Eximii, Egregii eo die fuere Iones. *Sic et* vi. 122. *a.* ἀνὴρ ἄκρος, Vir eximius, Acri et forti animo: *nam ibi non cohærere videntur verba* ἄκρος ἐλευθερῶν, *sed incidenda oratio,* ὡς ἀνὴρ ἄκρος, ἐλευθερῶν τὴν πατρίδα. *Alibi rursus cum Accusativo construitur.* Εὐρώπη ἀρετὴν ἄκρη, Europa bonitate soli (fertilitate) Præstans, vii. 5. *f.* εἰσὶ τὰ πολέμια ἄκροι, vii. 111.

Plurale Neutr. τὰ ἄκρα Superiora loca, Montana. τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης, vi. 100. *m.*

Ἀκρύσταλλος, ου, ὁ, ἡ, Sine glacie. ἄνομβρος ἡ χώρη καὶ ἀκρύσταλλος, ii. 22. *m.*

Ἀκρωτηριάζειν. *τῶν νηῶν τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν*, Navium proras Resecuerunt, iii. 59. *m.*

Ἀκρωτήριον *νηὸς*, Resecta extremitas navis, Resecta prora navis, viii. 121. *f. Glossæ Herodoteæ ex lib.* i. c. 180. *Φάρσος· τρύφος, κλάσμα, ἀκρωτήριον.*—Ἀκρωτήριον *τοῦ οὔρεος*, Summitas montis, vii. 217. *a.*

Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, Littus, Ora maritima, *ἀκτὴ τραχέα*, Ora aspera, vii. 33. *a. N.* Terra secundum mare porrecta iv. 38. *Not.* 39. *et* 41. *ubi Wess. cum Vossio* Peninsulam *intelligebat.* *Σηπιὰς ἀκτὴ*, vii. 183. *extr.* 188. *a.* *ἡ ἀκτὴ ἡ Σηπιὰς*, vii. 191. *extr.* Solœce *ἱερὸν ἀκτὴν*, *pro ἱερὰν ἀκτὴν*, *dixit Bacis vates* viii. 77. *a.* *Καλὴ ἀκτὴ*, Siciliæ tractus quidam *sic nominatus*, vi. 22.

Ἀλάβαστρος, ὁ, *aut* Ἀλάβαστρον, τὸ, Vasculum ex alabastrite lapide, *δῶρα φέροντας—ψέλια καὶ μύρου ἀλάβαστρον*, iii. 20. *a. N.*

[Ἀλαίη Ἀθηναίη *perperam olim legebatur pro* Ἀλέῃ. i. 66. *extr.*]

Ἀλαλαγμὸς, ου, ὁ, Ululatus. viii. 37. *f.*

Ἀλᾶσθαι, Oberrare. iv. 97. *f. ubi perperam olim* ἀλώμενοι.

Ἀλγέειν, *De* animi dolore: *ἵνα μὴ ἀλγήσειε τὴν ψυχὴν*, i. 43. *f.* de Corporis dolore: *ἀλγήσας*, Dolore adfectus *ex vulnere*, ix. 22. *a.* *Ex ophthalmia*, vii. 229. *m.*

Ἀλγηδὼν, όνος, ὁ, Dolor. *Metonym.* *ἀλγηδόνες ὀφθαλμῶν*, Dolorem adferentes oculis, v. 18. *f.*

Ἀλέειν, *i. q.* ἀλήθειν, Molere. *σῖτος ἀληλεσμένος*, Frumentum molitum, vii. 23. *extr.*

Ἀλείφαρ, ατος, τὸ, Oleum. *τὸ ἀπὸ κέδρου*, ii. 87. *a.* *ἀπὸ τῶν σιλλικυπρίων τοῦ καρποῦ*, ii. 94. *a.*

Ἀλέξεσθαι, Resistere, Repugnare. *Absolute*: *ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συχνὸν*, ix. 119. *m.* *τοὺς ἀλεξομένους ἐφόνευε*, i. 211. *a.* ii. 63. *f.* *παραρτέοντο ὡς ἀλεξησόμενοι*, viii. 108. *a.* 81. *f.* *Cum Dativo instrumenti*: *ἀλεξομένους μαχαίρῃσι*, vii. 225. *m. f.* *Cum Accus. personæ.* *στρατὸν τῶν Μήδων ἀλέξασθαι*, (*Aor.* 1. *Med. formatus a Præsente minus usitato* Ἀλέκω.) Medorum exercitui resistere, Propulsare *hostem*, vii. 207. *extr.*

[Ἀλέξησις, ιος, ἡ, Defensio, Repugnatio, Propulsatio. *Sub hac voce Æm. Portus tamquam ex Herodoto decerptam hanc phrasin retulit*, *πρὸς ἀλέξησιν τραπομένους*, ad Defensionem, *vel*, Ad vim propulsandam conversos: *sed, quo loco apud Herodotum ista legantur verba, adnotare neglexit; nec sub voce* Ἀλκὴ, *ad quam h. l. ablegat lectorem, locum huc spectantem (qui mihi quidem incompertus) indicavit. Vide vero quæ sub voce* Ἀλκὴ *monemus.*]

Ἅλες, οἱ, Sal. *Vide* Ἅλς.

Ἄλευρον, ου, τὸ, Farina. *ἄλευρα καὶ ἄλφιτα*, vii. 119. *a.*

Ἀλεωρὴ, ῆς, ἡ, Evitatio, Declinatio, Effugium *mali vel periculi.* *καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται*, ix, 6. *extr.*

Ἀληθείη, *vide* Ἀληθηΐη.

Ἀλήθειν, *vide* Ἀλέειν.

Ἀληθέως, (*comm.* ἀληθῶς) Vere. *ὥρα ἀναγκαίην ἀληθέως προκειμένην*, i. 11. *f.* *οὐ λέγειν ἀληθέως*, i. 158. *f.* *τέθηπα εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτὴ*, ii. 156. *a.* *ὡς δὴ ἀληθέως αὐτόμολος*, iii, 156. *a.* *εἰ ἀληθέως ἐξήγαγον etc.* ii. 56. *a.*

Ἀληθηΐη, *sive* Ἀληθείη, *Ion. pro comm.* ἀλήθεια, Veritas. *Inde Accus.* τὴν ἀληθηΐην, vi. 69. *a.* *ubi* ἀληθείην *cod. F. nescio an et alii; utrumque probum, hoc tamen magis Homericum, istud magis ex Herodoti more esse videtur, qui etiam in Dativo* τῇ ἀληθηΐῃ *scripsit* iii. 72. *f. ubi quidem iterum cod. F. (quod in Var. lect. adnotari debuerat)* ἀληθείῃ *præfert. Quod si quem vero subierit mirari quid sit quod in hujus vocabuli primo etiam et quarto casu vocalis* α, *quæ ibi vulgo brevis est, contra Ionum morem in* η *mutetur; adeat is Clarkii Not. ad Odyss.* η'. 297. *et quem ille laudat Eustath. ad Odyss. l. c. qui eum docebunt, veteres Atticos, Ionum progenitores,* ἀληθείαν *ultima syllaba producta pronunciasse. Notandus vero in eodem vocabulo Gregorii lapsus, qui, (Dialect. Ion.* §. 45.) *postquam recte monuit* "Ionas nonnisi longam vocalem α in η mutare," *adjicit* "Sequioris tamen ætatis Ionas etiam brevem α subinde in η mutare," *et pro hujusmodi mutationis exemplo ipsum vocab.* ἀληθείην *adfert, quod tamen eadem hac forma in Iliade et in Odyssea frequentatum novimus.*

Ἀληθὴς, έος, ὁ, ἡ. ἀληθέϊ λόγῳ, Revera. *οἱ ἀληθέϊ λόγῳ βασιλῆες*, Veri, Vere nominati reges, i. 120. *a.* *ἔχουσαν αὐτὴν ἀληθέϊ λόγῳ*, v. 41. *a.*

Neutr. τὠληθὲς, Verum. *εἰπεῖν τὠληθὲς*, vi. 68. *f.* *πᾶν ἐς σὲ κατειρήσεται τὠληθὲς*, vi. 69. *a.* *τῇ γ' ἐμοὶ φαίνεται εἶναι ἀληθὲς*, vii. 139. *a. ubi* τὠληθὲς *malebam, aut* τὸ ἀληθὲς *quod legitur* vii. 139. *m. f. quo de loco vide infra sub* Ἁμαρτάνειν.

Ἀληθίζεσθαι, Verum dicere, Veritatem colere, i. 136. *m.* iii. 72. *f. bis.*

Ἁλὴς, έος, ὁ, ἡ, *i. q.* ἀθρόος, *συνηθροισμένος.* *ἁλὴς γὰρ γινομένη πᾶσα ἡ Ἑλλὰς*, vi. 157. *m.* *ἁλὴς ἐὼν ὁ ναυτικὸς στρατὸς*, vii. 236. *m.* *Plur.* Ἁλέες, Universi, Simul omnes. *ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἁλέας*, i. 196. *a.* *ἁλέες ἑστᾶσι*, Congregati, Conferti stabant, ii. 63. *a.* *ἐκχυθέντες ἁλέες*, iii. 13. *a.* *ὡς ἁλέες εἴησαν οἱ Ἕλληνες ἐν τῷ Ἰσθμῷ*, ix. 15. *a.* *ἁλέες φεύγεσκον*, vii.

211. *m.* ἵζοντο πάντες ἀλέες οἱ ἄλλοι, vii. 225. *m.* ἔθαπτον πάντας ἀλέας, ix. 85. *m.* ἀλέσι μὲν γάρ σφι —, ἐνὶ δὲ ἑκάστῳ *etc.* iv. 184. *a.* κατὰ μὲν ἕνα —, ἀλέες δὲ *etc.* vii. 104. *m.* χρέονται ἐπιφορήμασι πολλοῖς καὶ οὐκ ἀλέσι, Non simul omnia adponunt fercula, i. 133. *a. ubi perperam olim* καὶ οὐ καλοῖσι.

Ἀλήτης, ου, ὁ, Vagus, Erro. *Adjective ponitur* iii. 52. *m.* ἀλήτην βίον εἵλευ, Errabundam vitam elegisti.

Ἁλιέας τοὺς ἐκ Τίρυνθος, vii. 137. *m. alii* Piscatores *intelligunt; alii* Halienses, *cives oppidi cujusdam Peloponnesi.*

Ἁλίζειν, Congregare, Cogere, Colligere. ἁλίζειν στρατὸν, vii. 12. ταύτας (τὰς καμήλους) ἁλίσας, i. 80. *a.* i. 77. *m.* ἁλίσας τὰ πάντα, i. 119. *f.*

Pass. μὴ ἁλισθεῖεν οἱ Ἀθηναῖοι, i. 63. ἁλισθῆναι, i. 79. *a.* ἁλισθέντες, v. 15. *a.* ἁλισμένοι πρόβουλοι, vii. 172. *a.* τοὺς βασιλέας ἁλισμένους, iv. 118. *a.* ἁλισμένη στρατιὴ, vii. 208. *a. Conf.* Συναλίζειν.

Ἁλίη, ης, ἡ, *i. q.* ἄθροισις *et* ἄγερσις *vel* ἀγορή. Congregatio, Concio. ἁλίην τῶν Περσῶν ἐποιήσατο, Persas in concionem convocavit, i. 125. *a.* ἁλίην ποιησάμενοι, v. 79. *a.* v. 29. *m.* ἁλίης πολλάκις συλλεγομένης, vii. 134. *m.*

Ἀλιλὰτ, ἡ, *sive* Ἀλίττα, Urania Venus *apud Arabes,* iii. 8. *extr. coll.* i. 131. *extr.*

Ἅλινος, ου, ὁ, ἡ, Salinus. τὰ οἰκία ἐκ τῶν ἁλίνων χόνδρων οἰκοδομέαται, Domus e salis grumis exstructæ, iv. 185. *a.* τοῖχοι ἅλινοι, ibid. *b.*

Ἅλις, Satis. παλαιῶν μὲν οὖν ἔργων ἅλις ἔστω, de rebus olim gestis hæc dicta sufficiant, ix. 27. *m.*

Ἁλίσκειν, (*Fut.* ἁλώσω.) 1. Capere *urbem. Aor.* 2. *conjunct.* μὴ ἁλῷ κοτε, Ne capiatur umquam, i. 84. *a. Aor.* 2. *Opt.* δείσαντες μὴ ἁλῴη, iv. 127. *a. Præt. perf. Opt.* ἦλθε ἀγγελίη ὡς ἡλώκοι τὸ τεῖχος, i. 83. *f. Similiter* Capere, Intercipere *hostem.* ἡ ἀτραπὸς δι' ἣν ἥλωσαν οἱ ἁλόντες τῶν Ἑλλήνων, vii. 175. *m.*

2. Reprehendere *reum,* Convincere *aliquem* criminis. πολλὰ μὲν καὶ ἁλίσκετο, πολλὰ δὲ καὶ ἀποφεύγεσκε, ii. 174. *m. cum Var. Lect.* μὴ ψευδόμενος ὑπό σευ ἁλώσεται, vii. 102. *a.*

Ἀλίττα, *vide* Ἀλιλάτ.

Ἀλκὴ, ῆς, ἡ, Robur, Vires, Fortitudo; *præsertim* Fortis defensio sui et propulsatio hostis: *est enim idem fere ac* ἡ ἀλέξησις, *a prisco verbo* ἀλέκω, *idem valente ac* ἀλέξω. *Inde Hesychii glossa:* Ἀλκή· δύναμις, ἰσχὺς, ἡ ἀλέξησις, ἡ μάχη. *Conf. Damm. Lexic. Etymol.* p. 2742. πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο, iii. 78. *a. ubi Valla:* Ad vires conversi sunt: *H. Stephanus,* Vires suas adversus illos experiri cœperunt, *vel,* Pro viribus illis obsistere cœperunt: *commodissime Æm. Portus:* Ad vim propulsandam se converterunt. *Similiter,* οὔτε πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο, ἐπιλαθόμενοί τε τῆς ἀπειλῆς ἔφευγον, iv. 125. *f.* ix. 102. *f.* οὔτε τις αὐτέων ἀλκῆς ἐμίμνητο, ix. 70. *m.* Neque quisquam virtutis (*s.* fortitudinis) meminit: *aut,* De repellenda vi, De propulsando hoste, cogitavit. θηρία ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα, Bestiæ viribus prævalentes, *sive* Ad vim repellendam validæ, strenuæ, iii. 110. *f.*

Ἄλκιμος, ου, ὁ, ἡ, Validus, Strenuus, Fortis, Virtute bellica conspicuus. οὔτε γὰρ οἱ βάρβαροι ἄλκιμοί εἰσι, v. 49. *m.* οἱ γὰρ ἄνδρες λέγονται εἶναι ἄλκιμοι, vii. 10, 2. ὁτέοισι αὐτέων ἀλκίμοισι ἐνετύγχανε, ii. 102. *m.* ἔθνος μέγα καὶ ἄλκιμον, i. 201.

ἔθνος οὐδὲν οὔτε ἀνδρειότερον οὔτε ἀλκιμώτερον, i. 79. *f.* ἀλκιμώτερος τῶν προγόνων, i. 103. *a.*

ἀνὴρ τὰ πολέμια ἄλκιμος, iii. 4. *a.* θηρία ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα, iv. 110. *f. vide supra, in* Ἀλκή.

Ἀλλ' ἢ, Nisi, Præterquam. οὐδεὶς ἀλλ' ἢ ἐκείνη, Nemo nisi illa, ix. 109. *f.* ἀλλ', οὐ γὰρ ἔπειθε, iv. 83. *b. et* ix. 109. *f. pro* ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔπειθε *posita statuit Portus; sed alia ratio est, de qua monuit Valck. ad* viii. 137, 9 seq.

ἀλλὰ *et* ἅμα *confusa vid. Not. ad* vii. 104, 24.

Ἀλλάσσεσθαί τι τινὶ, Permutare aliquid cum alio. ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι τὰ οἰκήϊα κακὰ, vii. 152. *a. m.*

Ἄλλῃ, 1. *i. q.* ἄλλοθι, Alibi; *et cum Articulo, vim quandam addente,* τῇ ἄλλῃ, Alibi ubivis, In reliquis (In aliis omnibus) terræ regionibus. βρονταὶ ἦμος τῇ ἄλλῃ (*nempe* γῇ) γίνονται, τηνικαῦτα αὐτόθι οὐ γίνεται, iv. 28. *m. f. Sic opponuntur* τῇ μὲν ἄλλῃ *et* ἐν Αἰγύπτῳ δὲ, ii. 36. *a.* 2. *i. q.* ἄλλοσε, Alio, Alium in locum, *sive* Alia via, *intelligendo* ἄλλῃ ὁδῷ. διαπέμψας ἄλλους ἄλλῃ, Alios alio dimisit, i. 46. *m.* ἄλλον ἄλλῃ ἀγινέοντας σιτία, vii. 25. *m.* 3. Alio modo, alia ratione. τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ *etc.* Quum aliis multis modis, tum *etc.* vi. 21. *b.*

Ἄλληλοι. *Pro* ὑπὸ Ἑλλήνων *habet noster cod. F.* ὑπ' ἀλλήλων vi. 53, 3.

Ἀλληλοφαγίη, ης, ἡ. δείσας τὴν ἀλληλοφαγίην, Veritus mutuam (*militum*) comesturam, iii. 25. *f.*

Ἀλλόγλωσσος, ου, ὁ, ἡ, Alia lingua loquens. πρῶτοι οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ ἀλλόγλωσσοι κατοικίσθησαν, ii. 154. *f.*

Ἀλλογνοέειν, *i. q.* ἀγνοεῖν, Ignorare, Cognitum non habere; *proprie* Aliquem pro alio habere. τῶν τις Περσέων ἀλλογνώσας (*contracte ex* ἀλλογνοήσας) Κροῖσον, i. 85. *m.*

Ἄλλοθι, *i. q.* ἄλλοσε *aut* ἄλλῃ, *si vera scriptura* iii. 73. *f.* μὴ ἄλλοθι ἰόντας ἢ ἐπὶ τὸν Μάγον. *sed vide ibi Var. Lect. et Not.*

Ἀλλόθροος, ου, ὁ, ἡ, *i. q.* ἀλλόγλωσσος, Alia lingua loquens, Peregrinus. στρατὸς ἀλλόθροος, i. 78. *b.* iii. 11. *a.*

Ἀλλοῖος, η, ον, Alius, Diversus. ποταμὸς φύσιν ἀλλοίην παρεχόμενος ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοί, ii. 35. *a. In partem deteriorem:* ἵνα μή τι ἀλλοῖον περὶ σεῦ οἱ Σπαρτιῆται βουλεύσωνται, ne quid aliud (ne quid tristius) de te decernant. *Meliorem in partem:* ὡς δὲ οὐδὲν εὕρισκον ἀλλοιότερον οἱ Πέρσαι ἢ τῇ προτεραίῃ ἐνώρων, Ubi vero nihilo melius sibi rem succedere viderunt *etc.* vii. 212. *f.*

Ἄλλος, η, ον, Alius. ἄλλοι πάρεισι μάντιες, καὶ μάλα ἄλλοι, Alii, atque iterum alii, iv. 68. *f.* καὶ ἄλλοι ποταμοὶ καὶ Ὕλλος συῤῥηγνῦσι *etc.* i. 80. *a.* ἄλλοισι Ἑλλήνων μηδαμοῖσι συμφέρονται, ii. 80. Καλασιρίων χίλιοι, καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι, *nempe* ἄλλοι χίλιοι, Alii mille, Itidem mille, Totidem, ii. 168. *b.*

τρίτῳ δὲ, ἀπ' Ἀρχίεω τούτου γεγονότι, ἄλλῳ Ἀρχίῃ, Tertio vero alii Archiæ, a prioribus diverso, iii. 55. *a. Sic* τούτους ἄλλους—ἔχειν τὰ ἐκείνων ὀνόματα Hosce alios, a superioribus diversos,—nomina habere istorum, ii. 146. *m. N.*

κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, *sequente* δὲ *pro* ἢ *aut* ἢ ὅτι, i. 143. *a.* iii. 154. *m.* τάτε ἄλλα (*in nominat. casu*) καὶ δι' ἣν αἰτίην *etc.* Cum reliqua (*quæ his libris continentur*) tum expositio causæ cur *etc.* hæc omnia sunt ἀπόδεξις τῆς Ἡροδότου ἱστορίης, *Præf. lib.* i. *N.* τά τε ἄλλα, (*in accusat. casu, subintellecta* κατὰ *præpositione*) καὶ *etc.* ii. 64. *extr.* 127. *a.* v. 62. *f. Sic* καὶ τὰ ἄλλα, καὶ *etc.* ii. 92. *a.*

οὐ γὰρ ὦν οὐδὲ τοῦτο λέγεται ἄλλο γε, ἢ ὅτι *etc.* i. 49. *elliptice dictum videtur, ut ad* ἄλλο γε *intelligatur* οὐδὲν ἄλλο γε λέγεται, Nec enim hoc memoratur, nihil quippe aliud memoratur, nisi quod *etc.* πολλὰ λέγω παρόμοια, τοῖσι ἄλλοισι ἔοικε ἡ Ταυρική, i. 99. *extr. per hyperbaton dictum pro* πολλὰ λέγω παρόμοια ἄλλα, τοῖσι ἔοικε ἡ Ταυρική, Multa dico ejusdem generis alia, quibus similis est Taurica.

Pro οἱ ἄλλοι *amat Noster dicere* ὦλλοι, *sive* ὧλλοι *pingi placet: vide* i. 48. *a.* 125. *b. et utrobique Var. Lect.* ὦλλοι ἄνθρωποι, ii. 14. *f.* 36. *a. et m.* vii. 67. *f.* ix. 109. *a. Apud Suidam quidem est:* Ὦλλοι, (*leni spiritu*) ἀντὶ τοῦ οἱ ἄλλοι.

Genit. plur. fœm. τῶν ἀλλέων πασέων παιγνιέων, i. 94. *m. et ibi Var. Lect.*

Ἀλλότριος, Alienus, Non conjunctus, non cognatus. ὃς (*scil.* Frater tuus) ἀλλοτριώτατός τοί ἐστι τῶν παίδων, minus propinquus est tibi, (*superlat. pro comparativo*) quam tui filii, iii. 119. *m.*

Ἀλλοτριοῦν, Alienare. ἀλλοτριοῦται ἡ ἀρχὴ, In alienas manus transit regnum, i. 120. *m.*

Ἀλλοφρονέειν, 1. Alienata mente esse. ὑπὸ τουτέων (*scil.* τῆς βροντῆς καὶ τοῦ σεισμοῦ) ἀλλοφρονῆσαι, v. 85. *f.* 2. Aliud in animo habere, Aliter sentire. οἱ δὲ, ἀλλοφρονέοντες, ἔπεμπον, *nempe* συμμάχους: Illi vero, aliud licet sentientes, auxilia miserunt, vii. 205. *extr.*

Ἄλλως, 1. Alioquin, Cæterum, Alia ex parte. *Mulier præstante statura* καὶ ἄλλως εὐειδὴς, et alioqui (*nempe* etiam facie) formosa, i. 60. *m.* μεμουνωμένοι συμμάχων, ἄλλως μέντοι ἑωυτῶν εὖ ἥκοντες, Sociis quidem nudati, sed cæteroquin felici rerum statu utentes, i. 102. *f.* ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον, vi. 105. *a.* 2. Alio modo præterquam eo quo dictum. θάπτουσι κατακαύσαντες, ἢ ἄλλως γῇ κρύψαντες, Mortuos sepeliunt, aut alioqui (*i. e.* etiam non combustos) terra condunt, v. 8. ἐγὼ ταύτην πωλέω μὲν οὐδενὸς χρήματος, δίδωμι δὲ ἄλλως, Ego hoc (pallium) nullo pretio vendo, do vero illud tibi alio modo, *nempe* sine pretio, *i. e.* Gratis, Gratuito, iii. 139. *f.* 3. Alia de causa. εἴ τε δή οἱ ἡ χώρη ἤρεσε, εἴ τε καὶ ἄλλως ἠθέλησε τοῦτο ποιῆσαι, Sive quod ei placuisset hæc regio, sive alia causa permotus id facere voluit, iv. 148. *f.*

4. *Interdum,* εἰ ἄλλως *commode* Si modo *redditur,* εἴ περ γε καὶ ἄλλως ἐθέλει φανῆναι, Si modo omnino adpariturum est, vii. 16. 3. παρέχειν σφι μηδίζειν, εἰ ἄλλως βουλοίατο, Licere ipsis partes Medorum sequi, si modo velint, viii. 30. *f. Similiter germanico sermone dicunt:* Wenn anders.

5. *Alibi* Ἄλλως *significat* Temere, Frustra, Falso, *Scilicet proprie,* Aliter quam res ipsa habet. *Sic* ἄλλως σεμνοῦν τι, Falso aliquid jactare, iii. 16. *extr.* κομπέειν ἄλλως, v. 41. *a.* οὗτος ὁ λόγος ἄλλως πέπαισται ὑπ' αὐτῶν Ἑλλήνων, iv. 77. *b.*

Ἅλμη ἐπανθέουσα, Salsugo efflorescens, ii. 12. *a.*

Ἁλμυρὸς, Salsus, Amarus. δολερὸς καὶ ἁλμυρὸς ποταμός: *Hellespontus,* vii. 35. *f. N. conf. ibid. a.*

Ἀλογέειν, Nullam rationem *alicujus* habere, Negligere, Spernere; *cum Genit.* πάσης συμβουλίης ἀλογήσας, Spreto omni consilio, iii. 125. *a.* ἀλογήσαντες τῶν ἐντολέων, viii. 46. *m.* οἱ δὲ ἀλογήσαντες, viii. 116.

Ἀλογίη, ης, ἡ, Contemtio, Neglectio. ἐν ἀλογίῃ ποιεῖσθαί τι, *i. q.* ἀλογεῖν τινός. ἐν ἀλογίῃ ποιεύμενος τὸ τῶν Μήδων πλῆθος, vii. 226. *m. Item* ἐν ἀλογίῃ ἔχειν τινὰ *vel* τί: *ut,* τὸ ἄλσος ἐν ἀλογίῃ ἔχων, vi. 75. *extr. Et* ἀλογίην ἔχειν τινὸς: *ut,*

ἀλογίην εἶχον τοῦ χρηστηρίου, iv. 150. *f.* *Sed prorsus insolens constructio est,* τὸν (*scil.* φασὶ) ἐν ἀλογίῃσι ἔχειν παραχρησάμενον τῶν μαχίμων, ii. 141. *a. N. ubi aut* τὸ μάχιμον *exspectasses, aut* ἀλογίην ἔχειν. *Suspecta vero merito est scriptura* vii. 208. *f.* ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς, In magnum contemtum incidit; *ubi videtur utique* ἀλογίῃσι—πολλῇσι *corrigendum, aut* ἀλογίῃ πολλῇ.

Ἀλουσίη, ης, ἡ, Illuvies. ἰδών μιν ἀλουσίῃσι τε καὶ ἀσιτίῃσι συμπεπτωκότα, iii. 52. *a.*

Ἅλς, ἁλὸς, ὁ, Sal. ὁ ἅλς αὐτόθι καὶ λευκὸς καὶ πορφύρεος ὀρύττεται, i. 185. *b.* ἐπὶ τὸν ἅλα γῆν ἐπιφορέοντες, iv. 183. *a.* ἁλὸς τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους, iv. 181. *a. N.* κολωνὸς ἁλὸς, iv. 182. *et* 184. *a.* ἁλὸς μέταλλον, Salis fodina, iv. 185. *conf.* Ἅλινος.

Plur. Ἅλες, οἱ, Sal. ἅλες αὐτόματοι, iv. 53. *m.* λίμνη ἐν τῇ ἅλες γίγνονται, vii. 30. *a.* vi. 119. *m.*

Ἄλσος, εος, τὸ, Lucus, vi. 75. *extr.* 78. *extr.* 79. *f.*

Ἀλυκτάζειν, Conturbatum, Anxium, Consternatum esse. ἀλύκταζον οἷα ἐν ὀλίγῳ χώρῳ πεφοβημένοι, ix. 70. *f.*

Ἅλυσις, ιος, ἡ, Catena. χαλκέῃ ἁλύσι (*contract. ex* ἁλύσιι) δεδεμένη ἄγκυρα, ix. 74. *a.*

Ἄλφιτον, ου, τὸ, Polenta. ἄλευρα καὶ ἄλφιτα, vii. 119. *a.*

Ἀλωπέκεος, (*Ion. pro* ἀλωπέκειος) Vulpinus. *Unde* Ἀλωπεκέη, ἡ, *scil.* δορὰ, Vulpina pellis, vii. 75. *a.*

Ἁλῶναι, *vide* Ἁλίσκειν.

Ἀλώπηξ, εκος, ἡ, Vulpes. *Gen. plur.* ἀλωπέκεων, iii. 102. *a. ubi quidem* ἀλωπέκων *alii, alii* ἀλωπεκέων.

Ἁλώσιμος, ὁ, ἡ, Qui capi (expugnari) potest. ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶναι ἡ Βαβυλὼν, iii. 153. *f.*

Ἅλωσις, ιος, ἡ, Expugnatio. δρᾶμα, Μιλήτου ἅλωσις, vi. 21. *b.*

Ἅμα, Simul. *Absolute:* ἅμα πάντες, ix. 23. *a. et alibi.* κτίζοντες δ' ἅμα αὐτὴν, ἀπιστᾶσι τοὺς Λίβυας, iv. 160. *a. per hyperbaton, pro* κτίζοντες δ' αὐτὴν, ἅμα ἀπιστᾶσι *etc.* ἅμα μὲν—, ἅμα δὲ, ix. 3. *a.* vi. 104. *a. m.*

ἅμα ἔπος τε (*scil.* εἶπε,) καὶ ἔργον ἐποίεε, iii. 135. *a. N.* ix. 92. *a. Scilicet formula,* ἅμα τε—καὶ, *respondet Latinæ* Simul atque. ἅμα δὲ ταῦτα ἔλεγε, καὶ ἐπεδείκνυε, i. 112. *a.* iv. 150. *f.* ταῦτα τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει ἐπὶ τὴν νέα, viii. 5. *m.*

ἅμα *seq. dativo.* ἅμα ἡμέρῃ, Illucescente die, iii. 86. *a.* ix. 45. *f. etc.* τοὺς ἅμα Θόαντι, *scil.* γενομένους, vi. 138. *f. N.* (*quo loco recte quidem adnotasse mihi videor; non diserte scribere Herodotum,* simul cum aliis viris Lemniis interfectum Thoantem esse, *sed silentio præterire non debueram id, quod apud Apollodorum legitur* iii. 6, 4. *ubi* Lemnias mulieres, *ait,* post maritorum cædem, tempore quodam interjecto, quum servatum ab Hypsipyla Thoantem intellexissent, hunc interfecisse, illam vero extra insulam abducendam vendidisse.) ἅμα κήδεϊ, *scilicet* γινομένῳ, In luctu, ii. 36. *a. proprie,* Simul cum luctu; *i. e.* Simul ac luctus incidit.

Ἀμάειν, Metere. ἐκ τοῦ Ἀταρνέος ἀμήσων τὸν σῖτον, vi. 28. *m.*

Ἀμαθὴς, έος, ὁ, ἡ, Indoctus, Inscitus, Rudis. *Crœsus* κάρτα δόξας ἀμαθέα εἶναι (τὸν Σόλωνα), i. 33.

Ἅμαξα, ης, ἡ, Currus. ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι, i. 188. *f.* ἅμαξαν καμάρης *olim legebatur* iv. 69. *a. N.*

Diminut. Ἁμαξὶς, ίδος, ἡ, Exiguum plaustrum. ἁμαξίδας ποιεῦντες, ἑνὸς ἑκάστου κτήνεος τὴν οὐρὴν ἐπὶ ἁμαξίδα ἑκάστην καταδέουσι, iii. 113. *f.*

Ἁμαξεύειν, Plaustris obire, Plaustris permeare. Αἴγυπτον τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἱππάσιμον καὶ ἁμαξευμένην πᾶσαν, ii. 108. *m.*

Ἁμαξιτὸς, οῦ, ἡ, (*scil.* ὁδὸς,) Via angusta, qua nonnisi uni vehiculo spatium patet, vii. 176. *m.* ἁμαξιτὸς μούνη δέδμηται, viii. 200. *a.*

Ἁμαρτάνειν. ἡμάρτομεν τῆς Βοιωτίας, Bœotia frustrati sumus, Occupandæ Bœotiæ opportunitatem amisimus, ix. 7. *f.*

Vitiosa videri poterat scriptura, οὐκ ἄν (τις) ἁμάρτοι τὸ ἀληθὲς vii. 139. *f. ubi* τἀληθέος *correxit Schæf. sed intelligi fortasse poterat* (κατὰ) τὸ ἀληθές.

Ἁμαρτὰς, άδος, ἡ, *Ionicum vocab. monente Suida, i. q.* ἁμαρτία, Peccatum, Delictum, i. 91. *a. et f.* i. 119. *a.* τὰς ἁμαρτάδας τὰς ἐς ἐμὲ ἐξ ἐκείνων γενομένας, viii. 140, 1. *a.*

Ἀμαυροῦν, Obscurare. ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ ix. 10. *f.*

Ἀμαχητὶ, Sine prælio. ἀμαχητί σφεας αὐτοὺς παρέδοσαν, i. 174. *extr.* iii, 13. *m.* iv. 11. *m. ubi tollendum comma post* ἀμαχητὶ *parum commode positum:* ἀμαχητὶ προσχωρήσουσι, vii, 235. *extr.* iv. 93. ἀμαχητὶ καὶ εὐπετέως παρέλαβε τὰς πόλις, ii. 102. *f.* οὐκ ἀμαχητὶ εἶχε τὰ παρέλαβε, v. 95. *a.* ὅκως ἀμαχητὶ τὴν πᾶσαν Ἑλλάδα καταστρέψηται, ix. 2. *a.*

Ἄμαχος, ου, ὁ, ἡ, Qui oppugnari vel expugnari non potest. ἄμαχός ἐστι ταύτῃ ἡ ἀκρόπολις, i. 84. *a. et m.* (*oppos.* ἐπίμαχος, *ibid.*) ἄμαχον ἔθνος, Invictus populus, v. 3. a.

Ἀμβοᾷν. *vide* Ἀναβοᾷν.

Ἀμβολάδην, *pro* ἀναβολάδην, Exæstuando. τὸ ὕδωρ ζέει ἀμβολάδην, iv. 181. *f. N. ut Iliad.* φ'. 364.

Ἀμείβειν τὰς θύρας, Transire per fores,

sive Intrando, *ut* iv. 72. *m. N. ubi* πρὶν ἢ τὰς θύρας αὐτὸν ἀμεῖψαι, *sive* Exeundo.

'Αμείβεσθαι, Permutare inter se vices, Reciprocare; *sive* 1. Factis; *ubi Latine sonat* Remunerari, Gratiam referre, Rependere. ὀφείλεις γὰρ, ἐμεῦ προποιήσαντος χρηστὰ ἐς σὲ, χρηστοῖσί με ἀμείβεσθαι, ii. 41 *et* 42. ἵνα σε ἀντὶ χρηστῆς συμβουλίης χρηστοῖσι ἔργοισι ἀμείψωμαι, iv. 97. *extr. Sive* 2. Verbis, *i. e.* Respondere. *Qua notione ponitur interdum Absolute:* ὁ δὲ ἀμείβετο. i. 35. *m.* ἀμείβεται Κροῖσος, i. 40. *a.* i. 42. *a.* ὁ δὲ ἀμείβετο ᾧδε, i. 115. *m. Alias cum Accus. rei:* ταῦτα ἀμείψατο, i. 37. *a.* οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀμειψάμενος, viii. 58. *a.* ὁ δὲ ἀμείβεται τοιάδε, *non male olim legebatur* i. 9. *a. ubi nunc ex aliis codd.* τοῖσδε. *Nonnumquam cum duplici Accus. altero Personæ, altero Rei:* ταῦτα μὲν τοὺς φίλους ἀμείψατο, Hæc amicis respondit, ii. 173. *extr.* ὁ δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀμείβεται τὸν πατέρα, iii. 52. *f. Alias cum Dativo rei:* ἀμείβεται ὁ νεηνίης τοῖσδε, i. 39. *a.* i. 120. *m.* 210. *a. Frequentius vero cum Accus. pers. et Dativo rei:* Κροῖσός μιν ἀμείβετο τοῖσδε, i. 35. *f.* τοιούτοισι ἐπεί τε οὗτος ἀμείψατο Κροῖσον, i. 43. *a.* ὁ δὲ ἀμείβεται αὐτοὺς τοῖσδε, i. 120. *a.* ὁ δὲ ἀμείβετο τοισίδε αὐτοὺς, ii. 173. *m.*

Ἄμεινον, 1. *Adjectivum neutrius generis.* οὐ γὰρ ἄμεινον, i. 187. *a. N:* iii. 71. *a. et* 82. *extr.* τὰ ἀμείνω φρονέειν, vii. 145. *a.*

2. *Adverbium.* νέας ἄμεινον πλεούσας, iv. 10. *a. m.* εἴ σφι ἄμεινον γίνεται τιμωρέουσι, vii. 169. *a.* οὐδὲν ἄμεινον πρήσσειν οἰκεῦντες, iv. 157. *a.* πειθομένοισι δὲ ἄμεινον συνοίσεσθαι, iv. 15. *f. conf.* Συμφέρεσθαι, *num.* 3. *et Not. ad* iv. 156. *a. Mira vero constructio,* συγκτίζουσι ἄμεινον πρήξειν, iv. 156. *a. ubi vide Var. Lect. et Not.*

'Αμήνιτος, ου, ὁ, ἡ, Sine ira, Non iratus, Non infensus. ἔφη τοῦ λοιποῦ ἀμήνιτος εἶναι, ix. 94. *m.*

Ἄμητος, ου, ὁ, Messis, Metendi tempus, ii. 14. *f. et ibi Var. lect.* iv. 42. *f.*

'Αμήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, θυγάτηρ ἀμήτωρ, Filia matre orba, iv. 154. *a.*

'Αμηχανέειν, *i. q.* ἀπορεῖν, Inopia laborare, Indigere. ἀμηχανήσεις χρήματος οὐδενὸς, i. 35. *f.*

'Αμηχανίη, ης, ἡ, Virium defectus, Inopia, Impossibilitas, viii. 111. *f. (i. q.* ἀδυναμίη, *ibid.)*

'Αμήχανον, Impossibile, Quod nulla arte (nulla μηχανῇ) fieri aut effici potest. τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν, i. 48. *f.* ἀμήχανον ἦν διαφυγέειν, i. 204. *extr.* ὅ τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ, ix. 16. *m. f.* τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μή κοτε ἐγγίνηται, v. 3. *a.*

[Ἄμικτα, *nempe* θηρία, *ex Valckenarii conject. adoptavit Reiz.* iii. 108. *a. ubi* ἀνιηρὰ *ex libris merito revocavit Schæf.*]

'Αμιξίη, ης, ἡ, Ubi nullum est inter homines commercium. ἀμιξίης ἐούσης πολλῆς χρημάτων, Quum magna in commerciis esset pecuniarum inopia, ii. 136. *a.*

Ἅμμα, ατος, τὸ, Nodus *lori.* λύετε ἅμμα, iv. 98. *m.* ἀπάψας ἅμματα ἐν ἱμάντι, *ibid. a.*

'Αμμοῦν Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία, ii. 42. *m. f.*

'Αμοιβαῖος η, ον, Mutuus. τὰ ἀμοιβαῖα βιβλία, τὰ ἀντιπεμπόμενα *etc.* Epistolæ responsoriæ, Responsum vicissim missum, vi. 4. *b.*

'Αμοιβὴ, ῆς, ἡ, Responsum. σὺ μέντοι, ἀποδεξάμενος ὑβρίσματα ἐν τῷ λόγῳ, οὔ με ἔπεισας ἀσχήμονα ἐν τῇ ἀμοιβῇ γενέσθαι, vii. 160. *a.*

'Αμπαύεσθαι, *pro* ἀναπαύεσθαι, Requiescere. κατίζοντες ἀμπαύονται, i. 181. *m.* Quiescere, Cubare, Dormire: ἀμπαύεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, i. 182. *a.*

'Αμπαυστήριος, Ad requiescendum comparatus. θῶκοι ἀμπαυστήριοι, i. 181. *m.*

'Αμπέλινος καρπὸς, Fructus vitis, *i. e.* Vinum, i. 212. *a.* οἶνος ἀμπέλινος, Vinum ex uvis, *(non ex hordeo)*, ii. 37. *f. N.* ii. 60. *f.*

Ἄμπωτις, ιος, ἡ, Recessus maris. γίνεται ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη, viii. 129. *a. cui opponitur* ἐπῆλθε πλημμυρὶς μεγάλη, *mox ibid.* ἄμπωτις καὶ ῥηχίη ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται, vii. 198. *a.*

'Αμύνειν (τὸν πολέμιον), Propulsare hostem. *Hinc* τὰ ἀμύνοντα, *scil.* ὅπλα, Arma ad propulsandum hostem comparata, Arma offensiva *quæ vulgo vocantur.* μηδὲν τῶν ἀμυνόντων, πλὴν ἐγχειριδίων, iii. 155. *f.*

'Αμύνειν *cum Dativo casu,* Propulsare hostem ab alio, Opem ferre. αὐτοῖσι ἀμύνειν, viii. 87. *f.* ἀμυνέοντες (τῇ πιεζομένῃ τῶν μοιρέων), Opem laturi *laboranti maxime parti,* ix. 60. *b.* εἰ μὴ ἀμυνεῦσι *(pro comm.* ἀμυνοῦσι) 'Αθηναίοισι, Si opem non laturi essent Atheniensibus, ix. 6. *f. Conf.* 'Επαμύν.

'Αμύνεσθαι, A se propulsare, Repellere *hostem,* Sese defendere, Resistere, Repugnare. *Absolute:* Κροῖσον μὴ κτείνειν, μηδὲ ἢν συλλαμβανόμενος ἀμύνηται, i. 80. *m.* iv. 174. v. 26. *m.* ποιῆσαί τι καὶ ἀμυνομένους τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, ix. 17. *f.* 22. *am.* 36. 37. ἀμυνομένους τῇ δυνάμεθα ἄριστα, ix. 60. *a.* οἱ δὲ ἀντεῖχον, καὶ ἀμυνόμενοι κατέβαλλον πολλοὺς, ix. 63. *m.*

Cum Accusat. ἠμύνοντο τὴν Δαρείου στρατιὴν, iii. 158. *m.*

Conf. 'Απαμύνειν *et* 'Απαμύνεσθαι.

'Αμύσσειν, Pungere, Fodicare, Lacerare. *De accipitre vellicante et* fodicante *vulturem,* iii. 76. *f.* ὁ σκύμνος *(catulus leonis)* ἀμύσσει τὰς μήτρας, Fodicat, Lacerat

uterum matris, iii. 108. *f.*

Ἀμφὶ, Circa, *Cum Genitiv.* τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος, viii. 104. ἀμφὶ μὲν κρίσιος τῶν μνηστήρων τοσαῦτα ἐγένετο, vi. 131. *a. ubi quidem olim* ἀμφὶ μὲν κρίσει, *quod teneri fortasse debuerat.*

Cum Accusat. οἱ ἀμφὶ Ξέρξεα, viii. 25 *extr.* οἱ ἀμφὶ Μεγαρέας καὶ Φλιασίους, ix. 69. *m. iidem qui mox* ibid. οἱ Μεγαρέες καὶ Φλιάσιοι. *Sic* οἱ ἀμφὶ Κορινθίους, Corinthii cum suis, *ibid. a.*

Cum Dativo, i. q. περὶ *cum genit.* ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη, i. 140 *extr.* v. 52. *a.* ἀμφὶ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς λέγεται λόγος, iii. 32. *a.* ἀμφὶ ἀπόδῳ τῇ ἐμῇ (Quod ad discessum meum adtinet) πείσομαί τοι, v. 19. *extr.* οὐδὲν φοβηθεὶς ἀμφὶ τῇ γυναικὶ, vi. 62. *a.* ἀμφὶ μὲν κρίσει τῶν μνηστήρων τοσαῦτα ἐγένετο, vi. 131. *a. ubi quidem alii* κρίσιος, *quos nos secuti sumus.*

Ἀμφίβληστρον, ου, τὸ, Verriculum, Rete, quod circumjicitur. λαβεῖν ἀμφίβληστρον καὶ περιβαλεῖν πλῆθος πολλὸν ἰχθύων, i. 141. *a.* ii. 95. *b.*

Ἀμφιβολίη, ης, ἡ, Dubitatio, Dubius, (Anceps) rerum status. καί περ ἀμφιβολίῃ ἐχόμενοι, v. 74. *f. ubi Portus interpretatur,* Quamvis inopia consilii laborarent; *Valla,* Etsi ancipiti bello districti.

Ἀμφιδέη, ης, ἡ, Torques, Armilla, Catena. Ægyptii crocodilo sacro ἀμφιδέας circumponunt περὶ τοὺς προσθίους πόδας, ii. 70. *m. Glossæ et alii Grammatici:* Ἀμφιδέας· ἁλύσεις, οἱ δὲ ψέλλια. *Conf. Kœn ad Gregor. Dial. Ion.* §. 123. *Perperam Portus nominativum pluralem* ἀμφιδέες *finxit, tamquam a sing.* ἀμφιδεύς.

Ἀμφιδέξιος, ου, ὁ, ἡ, Ambidexter, Ambiguus. Κυψέλῳ ἐγένετο ἀμφιδέξιον χρηστήριον, v. 92. 5.

Ἀμφιδρυφὴς, εος, ὁ, ἡ, Undique laceratus, Valde laceram vestem gerens *ob luctum.* πολλὰς Ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει, vi. 77. *m. in oraculo.*

Ἀμφικτίονες, οἱ, Qui circum habitant, viii. 104. *m, iidem* περίοικοι i. 175.

Ἀμφιλαφὴς, έος, ὁ, ἡ, *Proprie de rebus ita* Magnis, *ut ad eas prehendendas tollendasque* utraque manu opus *sit: generatim vero de re qualibet* Grandi *et* Ingente. *Sic memorat Noster* ἐλέφαντας ἀμφιλαφέας *et* δένδρεα ἀμφιλαφέα, iii. 114. *Sic* φοίνικες ἀμφιλαφέες *sunt* Grandes palmæ arbores, iv. 172. *a. Quin et* βρονταὶ ἀμφιλαφέες, iv. 28. *mf. (ubi nunc maxime animadverto, in Latina nostra versione post* ibi nulla sunt; *intercidisse verba,* æstate vero ingentia.) *Portus vero h. l.* crebra, frequentia tonitrua *interpretatur.*

Ἀμφιπολεύειν, Famulari, Famulum *vel* Ministrum esse. ἀμφιπολεύουσαν ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διὸς, ii. 56. *b. ubi alii* Ἀμφιπολεῦσαν, *i. q.* ἀμφιπολέουσαν, *a verbo* Ἀμφιπολέειν.

Ἀμφίπολος, ου, ὁ, ἡ, Famulus, Famula, Ancilla, ii. 131. *a.* ix. 76. *a.* τάς τ' ἐλευθέρας καὶ τὰς ἀμφιπόλους, v. 92. 7. *m.*

Ἀμφίῤῥυτος, ου, ὁ, ἡ, Circumfluus. iv. 163 *extr. in Oraculo, et* 164. *mf.*

Ἀμφὶς, *adverb.* Separatim, Procul. τόδε σοι πολὺ λώϊον ἀμφὶς ἔμμεναι, longe tibi melius est, hoc procul a te abesse, *in orac.* i. 85. *m.*

Ἀμφισβασίη, (*sive* Ἀμφισβησίη,) ης, ἡ, Disceptatio, Controversia. ἐγίνετο λόγων ἀμφισβασίη, viii. 81. *ubi olim* ἀμφισβησίη *alii.* ἐς ἀμφισβασίας τοῖσι λέγουσι ἀπικέσθαι, iv. 14. *m. ubi perperam olim* ἀμφιβασίας *edd.* ἀμφισβάσιας *vero cod. F. tamquam a sing.* Ἀμφίσβασις.

Ἀμφισβατέειν, (*i. q. comm.* ἀμφισβητεῖν) Dissentire, Contradicere, Altercari. *Cum Dativ.* ὁ δ' ἕτερος τῶν λόγων τῷ πρότερον λεχθέντι ἀμφισβατέων, ix. 74. *f. ubi olim* ἀμφισβητέων. *Absolute:* καὶ τοῦτον μὲν ἐντεταμένως ἀμφισβητέειν, iv. 14. *m. ubi scripturam per η tenent quidem hodie codices Herodotei (quod sciam) omnes, sed veterem scripturam* ἀμφισβατέειν *ex Herodoto servarunt Origenis codices.*

Ἀμφίστομος, ου, ὁ, ἡ, Duobus orificiis patens. ὄρυγμα ἀμφίστομον, iii. 60. *a. ubi de* Fossa *agitur* per transversum montem acta.

Ἀμφορεὺς, εος, ὁ, Amphora. κρατὴρ χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους, i. 51. *a. m.* μὴ ἐξοπτήσῃς τοὺς ἀμφορέας, iv. 163. *f. in Orac.*

Ἀμφότεροι, Ambo, Uterque. σκέλεα ἀμφότερα κατακρέμαται μετέωρα, Crura utrimque (*equorum*) suspensa hærent, iv. 72. *m. f.* κατ' ἀμφότερα, Utrimque, Utraque parte, vii. 10, 2. Ξέρξεω ἀπ' ἀμφοτέρων (*scil.* μερῶν, *aut* γονέων) ἀδελφεὸς, Frater Xerxis eodem patre eademque matre natus, vii. 97. *m.*

ἐπ' ἀμφότερα (*scil.* μέρη), In utramque partem. καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα λέγεται, iii. 87. *a.* ἐπ' ἀμφότερα παρεσκευάδατο, In utramque partem parati erant, ix. 97. *extr.* ἐπ' ἀμφότερα νοέων, Rem utramque in partem deliberans, viii. 22. *f.*

Ἀμφοτέρῃ, Utrobique, Utrimque. οὐκ ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε, vii. 10, 2. *i. q.* κατ' ἀμφότερα *paulo ante.* Non utrimque (*terra et mari*) res eis successit.

Ἀμωμήτως, Sine reprehensione, Sine culpa. ἐπιτροπεύοι ἂν ἀμωμήτως τοῦ πλήθεος, iii. 82. *a.*

Ἄμωμος, ου, ὁ, ἡ, In quo nihil reprehendas, Laudabilis. ἄμωμος νόμος, ii. 177. *extr.*

Ἂν *particula adhibetur in* Actione identidem repetita. φοιτέουσα ἐπὶ τὰς θύρας—

κλαίεσκε ἂν καὶ ὀδυρέσκετο· ποιεῦσα δὲ αἰεὶ τὠυτὸ τοῦτο, *etc.* Ad fores (*regis*) identidem accedens plorabat *etc.* iii. 119. *am. N. Sic* iii. 148. *a.* ὁ δὲ ἂν τὸν χρόνον τοῦτον *etc. et mox iterum ibidem,* ὅκως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια, ἀπεθώυμαζέ τε καὶ ἐξεπλήσσετο, ὁ δὲ ἂν ἐκέλευε *etc. tum mox,* τοῦτο καὶ δὶς καὶ τρὶς *etc. ubi post* ἐξεπλήσσετο *commodius* commate, *quam* puncto *distinguetur oratio: sententia enim hæc est,* Quoties pocula illa vidit Cleomenes, toties miratus est et obstupuit, et toties Mæandrius illum jussit ex illis secum auferre quæcumque voluisset. *Præter causam utrobique pro* ὁ δὲ ἂν *Abreschius* ὁ δὲ ὦν *corrigi voluerat. Sic* i. 196. *m.* οἱ δ' ἂν χρήματά τε—ἐλάμβανον: *et mox ibid.* ἀνίστη ἂν, *et* τὸ δὲ ἂν χρυσίον ἐγίνετο, et οὕτω ἂν ἄγεσθαι: *nempe hæc omnia* quotannis eodem modo *peragebantur. Sic* iv. 78. *mf.* ὅκως ἔλθοι ἐς τὸ τεῖχος,—λάβεσκε ἂν Ἑλληνίδα ἐσθῆτα. ἔχων δ' ἂν ταύτην, ἠγόραζε: *ubi postremis in verbis hyperbaton inest, quum proprie sic dictum oportuisset:* ἔχων δὲ ταύτην, ἠγόραζε ἄν. *Rursus,* ὅκως ἐντρέψειαν τὰ νῶτα, —οἱ δ' ἂν *etc.* vii. 211. *m.*

Quæ exempla Portus adfert particulæ Ἂν *verbis in Præs. aut Aor. Infinitivi positis ita junctæ, ut videri possit Præsens aut Aoristus notione Futuri positus, in illis verbum non tam in Futuri tempore, quam in modo Potentiali aut Hypothetico est intelligendum. Sic* i. 133. *a.* ἐσθίοντας ἂν οὐ παύεσθαι, *non* παύεσθαι *pro* παύσεσθαι *positum est; sed, si oratione finita exprimere sententiam velles, dicendum erat:* ἐσθίοντες οὐκ ἂν παύοιντο. *Sic* ποιέειν ἂν τὸν Ἴστρον ii. 26 *extr. non valet* ποιήσειν, *sed id quod in oratione recta diceretur* ποιέοι ἂν *aut* ποιήσειε ἄν. *Sic* ἐπ' οὐδενὶ ἔρδειν ἂν τοῦτο, iii. 38. *m. f. non* ἔρδειν *pro* ῥέξειν *aut* ποιήσειν *positum est, sed pro eo quod in oratione recta diceres* ὅτι οὐκ ἂν ποιήσαιεν τοῦτο. *Idem sentiendum de aliis exemplis ab eodem Porto prolatis,* χαλεπῶς ἂν Ἕλληνας Πέρσῃσι μούνοισι μάχεσθαι, vii. 103. *f.* οὐκ ἑτέρην ἄγρην τοιαύτην εὑρεῖν ἂν αὐτοὺς, ix. 90. *m. f. Nonnumquam tacetur conditio, facile subintelligenda, ut* δοκέων μιν μάλιστα ταύτῃ (*scil.* si hæc ad eum mitteretur,) ἂν πείθεσθαι, iii. 53. *am.* ἀποστυγέων γαμβρὸν ἄν οἱ ἔτι γενέσθαι Ἱπποκλείδεα, vi. 129. *mf.* Quum odiosum ei esset futurum si posthæc Hippoclidem generum nactus esset.

Unus occurrit locus, ubi Præsens infinitivi pro Futuro videri possit accipiendum, iii. 151 *extr.* οὐδαμᾶ ἐλπίζων ἂν ἡμίονον τεκεῖν, Existimans numquam parituram esse mulam: *sed interpretari etiam possis,* Existimans nequaquam parere posse mulam: *sin omnino* τεκεῖν *ibi pro* τέξειν *positum cum Porto statuas, referendum fuerit hoc exemplum eorum in numero, ubi Præsens vel Aoristus notione Futuri ponitur, non vi particulæ* ἂν *adjectæ, sed quoniam ita per se fert usus loquendi etiam ubi abest illa particula; cujus usus frequentia exempla idem Portus proposuit, hoc præfixo titulo:* "Ἂν particula non expressa, sed subaudita, vim Futuri denotans." *Quo sub titulo Portus, quoniam olim* iii. 151 *extr. aberat vulgo* ἂν *particula, eundem hunc locum retulit. Sic* παρθενεύεσθαι, iii. 124 *extr. pro* παρθενεύσεσθαι: στρατεύσασθαι, iv. 136 *extr. pro* στρατεύσεσθαι: ὑποτελέειν, iv. 201. *m. pro* ὑποτελέσειν: ἐπιτελέεσθαι, *pro* ἐπιτελεσθήσεσθαι, vi. 140. *f.* γενέσθαι, viii. 60, 3. *pro* γενήσεσθαι. *Sed pro* ἀνακτήσασθαι, *quod ex* i. 50. *a. huc retulit idem Portus, alii codices ipsum Futurum* ἀνακτήσεσθαι *dederunt; et pro olim vulgato* βασιλεύειν i. 56. *a. nunc* βασιλεύσειν *legitur.*

Ἂν *particula, in eodem orationis membro non tam pleonastica ratione, quam perspicuitatis causa, nonnumquam iteratur.* εἰ ταῦτα οὕτω εἶχε, ὁ ἥλιος ἂν—, ἤϊε ἂν τὰ ἄνω *etc.* ii. 26. *b.* καὶ γὰρ ἂν χρηστοὶ τότε ἐόντες ὠὗτοὶ νῦν ἂν εἶεν φλαυρότεροι, ix. 27. *m.*

ὃς ἂν *cum subjunct.* Quicumque, Si quis. ὃς ἂν λέπρην ἔχῃ, i. 138. *a. Var. lect.* ἣ δὲ ἂν τὰ πλεῖστα ἔχῃ, i. 32. *f.*

Pro πολλαχῇ ἂν ἴσχον i. 42. *m. ex aliis codd.* ἀνίσχον *edidimus. Particulam* ἂν i. 75 *extr. invitis libris omnibus adjecerunt novissimi editores, ubi nil opus erat.*

Ἀνὰ, *præpos. regens accus. De Loco usurpata, idem fere valet ac* ἐν *vel* κατὰ, In, Per, Passim per. ἀνὰ δώματα, In ædibus, i. 85. ἀνὰ τὴν ἤπειρον, i. 96. *a.* ἀνὰ πᾶσαν τὴν Μηδικὴν, *ib. m.* ἀνὰ τὰς κώμας, i. 97. *m.* ἀοίδιμος ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, ii. 135. *f.*

Ubi de flumine agitur, Ἀνὰ τὸν ποταμὸν πλέειν *est* Adverso flumine navigare, i. 194. *f. Sic est* ἀνάπλους ἀνὰ τὸν ποταμὸν ii. 4 *extr. Cui opponitur* κατὰ τὸν ποταμὸν, Secundo flumine, i. 194. *a. et m.* ἀνὰ τὸν ποταμὸν μὲν οὔ,—κατὰ ῥόον δὲ, ii. 96. *m. Conf. Valck. Not. ad* iii. 13.

ἀνὰ τοὺς πρώτους ἔσαν, ix. 86. *idem valet ac* ἐν πρώτοισι, *ibid.* In primis, Inter primos erant.

De Tempore vario modo usurpatur. Ἀνὰ χρόνον, Interjecto tempore, Successu temporis, Ad extremum, i. 173. *m.* ii. 151. *a.* v. 27. vii. 10, 6. *Sed* ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην *est* Quotidie, ii. 37. *a.* 130. *a.* vi. 61. *m.* ix. 38. ἀνὰ πάντα ἔτεα, Quotannis, viii. 65. *m. et* ἀνὰ πᾶν ἔτος, i. 136. *m.* iii. 160. *m.* ii. 99. *m.*

Ἀναβαθμὸς, οῦ, ὁ, Gradus *scalæ*, ii. 125. *a.*

Ἀναβαίνειν, 1. Adscendere, Conscendere (*montem*), vii. 218. *a.* ἀναβὰς ἐπὶ δένδρεον *vel* ἐπὶ δένδρος, iv. 22. vi. 79. *Sic de profectione ex regione inferiore in Superiorem:* ἀναβὰς ἐς τοὺς Βακτρίους, ix. 113. *Item de* Coitu *animalium, quum mas* inscendit *feminam:* οἱ ἵπποι ἀναβαίνοντες τὰς θηλέας, i. 192. *m. ubi mox* αἱ δὲ βαινόμεναι, *et dein* ἀνέβαινε δὲ ἕκαστος τῶν ἐρσένων *etc.* Adscendere *dicitur Fluvius, quum ejus* Augetur altitudo: ἢν μὴ ἐπ' ἑκκαίδεκα πήχεας ἀναβῇ ὁ ποταμὸς, ii. 13. *a.*

2. *Aor.* 1. *act. notione transitiva:* ἄνδρας ἐπὶ καμήλους ἀνέβησε, Homines camelis Imposuit, Conscendere jussit camelos, i. 80. *a. m. quod alias* ἀναβιβάζειν.

3. *Nonnumquam pro eo ponitur quod alias est* περιελθεῖν. *Sic* θελήσει ἐς τὴν θυγατέρα ἀναβῆναι ἡ τυραννὶς, Ad filiam transiturum est regnum, i. 109. *f.* οὕτω ἐς Λεωνίδην ἀνέβαινε ἡ βασιληΐη, vii. 205. *a. Conf.* Ἀναχωρεῖν.

4. *Alibi idem valet ac* ἀποβαίνειν, Evenire, Eventum habere: ἢν μὲν τῇ σὺ λέγεις ἀναβαίνῃ βασιλέϊ τὰ πρήγματα, vii. 10, 8. *quemadmodum Latine dicimus* Res eo Redit.

Ἀναβάλλεσθαι, Rejicere *in aliud tempus,* Differre. ἀναβάλλομαί τοι ἐς τρίτην ἡμέρην ἀποκρινέεσθαι, v. 49 *extr.* ἀνεβάλλοντο ἐς τὴν ὑστεραίην ὑποκρίνασθαι, ix. 8. *a.* ἐξ ἡμέρης ἐς ἡμέρην ἀναβαλλόμενοι, *ibid.* οὐκ ἔτι ἀνεβάλλοντο μὴ οὐ τὸ πᾶν μηχανήσασθαι, vi. 88.

Ἀναβάλλεσθαι μάχας πρός τινα *est* Pugnas suscipere, Pugnare cum aliquo, v. 49. *extr. nisi ibi* ἀναλαβέσθαι *legendum. Vide quæ in Var. Lect. disputavimus.*

Ἀνάβασις, ιος, ἡ, Adscensus *montis,* vii. 223. *a.*

Ἀναβιβάζειν, Conscendere jubere, Imponere. ἀναβιβάσας τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, i. 63. *f.* ἀνεβίβασε τὸν Κροῖσον ἐπὶ τὴν πυρὴν, i. 86. *a. bis.* ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ πύργον, iii. 75. *a.* ἀναβιβάζουσι αὐτοὺς ἐπὶ τὰς ἀψῖδας, iv. 72. *m.* ἕνα ἕκαστον ἀναβιβάζουσι ἐπὶ τὸν ἵππον, iv. 72. *f. ubi perperam olim* ἐπὶ ἵππων.

Ἀναβλαστάνειν, Repullulare, Regerminare, Renasci. *Metaphorice:* οὐ μή τι τοι ἔκ γε ἐκείνου νεώτερον ἀναβλαστήσει, Nihil novarum rerum ex illo quidem tibi renascetur, iii. 62. *f.* αἱ Συράκουσαι παραυτίκα ἀνέβλαστον, Rursus floruerunt, vii. 156. *a.*

Ἀναβοᾷν, *et Ionica forma* Ἀμβοᾷν, Exclamare. οὔτε ἀνέβωσε, i. 10. iii. 155. *a.* ix. 28. *a.* οὔτε ἀνέβωσας, οὔτε ἀπέκλαυσας, iii. 14. *m. f.* ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας, i. 8. *m.* ἀμβώσαντες μέγα, iii. 38. *f.* ἀμβώσας μέγα, vii. 18. *a.*

Ἀναβολὴ, ῆς, ἡ, Rejectio in aliud tempus, Dilatio, Mora. οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, Non amplius distulerunt (In longum traxerunt) discessum; Nullam discedendi moram fecerunt, viii. 21. *f. quæ* ῥῆσις *in H. Stephani Thesauro perperam Thucydidi tribuitur.*

Ἀνάγειν, Educere. στράτευμα ἀνάξεις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, Educes exercitum adversus Græciam, vii. 10, 8. *Præsertim frequentatur locutio,* Ἀνάγειν νῆας, Educere naves in altum, Evehi navibus: *cui* κατάγειν, Ad littus reducere, Revehi, *opponitur.* τὰς νέας οἱ ναύαρχοι ἀναγαγόντες ὅσον τε τέσσερα πλέθρα ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ, vii. 100. *f.* ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν ἰσθμὸν, viii. 57. *a.* 79. *m.* ἀνῆγον τὰς νῆας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα, viii. 70. *a.* 76. *m.* ἀνῆγον τὰς νῆας ἁπάσας, navibus omnibus evecti sunt, viii. 83. ἀνῆγον πρὸς τὴν ἤπειρον τὰς νῆας τὰς ἄλλας, Cæteris navibus evecti sunt (*scil.* a Samo ins.) versus continentem *Asiæ*, ix. 96. *a.*

Et nude Ἀνάγειν, *subintellecto accusativo* τὰς νῆας, Evehi *navibus. Sic* viii. 76. *a.* ἀνῆγον μὲν—ἀνῆγον δὲ, *ubi non (ut videtur Æm. Portus accepisse) juncta intelligenda sunt verba* ἀνῆγον τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας, *nam accusativus iste a verbo* κυκλούμενοι *regitur.*

Item in Medio, ἀνάγεσθαι, *scil.* ταῖσι νηυσὶ, Evehi. ἀναγομένοισι δέ σφι ἐπεκέατο οἱ βάρβαροι, viii. 84. *a.* ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους ἀνάγοντο, vi. 96. *extr.*

Ἀνάγειν θυσίας *Herodotus dicit* Sacra facere, Offerre victimas; ii. 60. *f. an quod* altioribus in locis *plerumque locata sunt templa deorum, quibus sacra fiunt? (Sonat enim* Ἀνάγειν *proprie,* Ducere in altiorem locum, in superiorem regionem: *ut* vi. 30. *f.* οὐ ζώοντα ἀνήγαγόν μιν, *nempe ex inferiore Asia in superiorem.)* ὁρτάζουσι μεγάλας ἀνάγοντες θυσίας, ii. 60. *f.* vi. 111. *m. Similiter* ὁρτὴν ἀνάγειν *dicit pro eo quod alii* ἑορτὴν ἄγειν *usurpant.* ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὴν ὁρτὴν, Isidi festum agunt, ii. 61. *a.* 40. *a.* ἄλλην ἀνάγουσι ὁρτὴν τῷ Διονύσῳ, ii. 48. *a. Et absque dativo casu:* ὁρτὴν ἀνάγειν Αἰγυπτίους ἔφασαν, ii. 122. *a.* ὁρτὴν μεγάλην ἀνάγουσι, ἣ κέκληται ὑπὸ Περσέων Μαγοφόνια, iii. 79. *f.*

Ἀναγινώσκειν, 1. Agnoscere. ἀναγνῶναι τοὺς συγγενέας πάντας, Agnoscere cognatos omnes, ii. 91. *f. Pro eo quod in communi Græcorum et in Attico sermone* ἀναγινώσκειν Legere *significat, Herodotus verbo* ἐπιλέγεσθαι *utitur.*

2. *Ex Ionum usu verbum* Ἀναγινώσκειν *Herodotus usurpat pro eo quod alii* ἀναπείθειν *dicunt,* Persuadere, Impellere, Inducere *aliquem ad aliquid faciendum. Conf. Harpoc. et Suid. in* Ἀναγινώσκομ.

et Gregor. Dial. Ion. §. 95. ἀναγινώσκεις στρατεύεσθαι βασιλέα, vii. 10 *extr.* τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε πολέμιον ἀντὶ φίλου μοι καταστῆναι, i. 87. *m.* ὡς ἀνέγνωσε, *sc.* αὐτὸν, i. 68. *f.* τοῦτον ἀναγνώσας ὁ Μάγος, ὥς οἱ πάντα διαπρήξει, iii. 61. *f.* τούτους ἀναγνώσας ἅμα ἐκείνοισι ἕπεσθαι, v. 106. *a. Similiter*, iv. 158. vi. 75. 83. vii. 144. *a.* 165. *m.* viii. 57. 58. 100. *a. Item Passiva cum forma, tum notione:* ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἀναγνωσθεὶς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο, iv. 154. *m.* ὡς δὲ ἀναγνώσθη Ξέρξης στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, vii. 7. *a.* δείσας μὴ ἀναγνωσθῇ Ξέρξης ποιέειν ταῦτα, vii. 236. *a.* ὡς δὲ οὗτοί οἱ ἀνεγνωσμένοι ἔσαν, Postquam hi ab illo Persuasi fuerunt, viii. 110. *a.*

Ἀναγκαίη, ης, ἡ, (*Ion. i. q. comm.* ἀνάγκη) Necessitas. Ἀναγκαίη κατέλαβε Ἴωνας ἄνδρας ἀπενειχθῆναι ἐς Αἴγυπτον, ii. 152. *m.* iii. 27. *m.* εἰ δὲ ἀναγκαίη εἴη, vii. 204. *m.* οὐδεμιῆς ἐούσης οἱ ἀναγκαίης, vii. 99. *a.* ἀναγκαίην φασὶ εἶναι τὸν ὀφείλοντα καί τι ψεῦδος λέγειν, i. 138. *a.* ἄρα ἀναγκαίην προκειμένην, ἢ τὸν δεσπότεα ἀπολλύναι, ἢ αὐτὸν ἀπόλλυσθαι, i. 11. *f.* ἀναγκαίην ἡμῖν οὐδεμίην οἷοί τέ ἐστε προσφέρειν, vii. 172. *f.* (*Conf.* Ἀνάγκη.) ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους, Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην, viii. 111. *a.*

ὑπ' ἀναγκαίης ἐμήδισαν, vii. 172. *a.* ix. 17. *a.* ὑπ' ἀναγκαίης ἐχόμενοι, Necessitate coacti, vii. 233. *a. et m.* ὑπ' ἀναγκαίης μεγάλης ἐχόμενος, ix. 15. *m.* εἰ ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε, Si graviore necessitate estis adstricti, viii, 22. *m.*

ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδεῖν, (Ne se necessitati illigaret) διακρῖναι τοιαύτην αἵρεσιν, i. 11. *m. f.* ἑπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι, Necessitate adstricti sequimur, ix. 16. *f.* οὐ γὰρ ἀναγκαίῃ ἐξέργομαι, vii. 96. *Conf.* Ἐξέργειν, *suo loco.* ἄνδρας ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας, Homines ad necessitatem redactos, viii. 109. *a.*

Ἀναγκαίως ἔχει *seq. Accus. et Infinit.* Necesse est, i. 89. *f. Cum Dativo personæ:* ἀναγκαίως ἔχει μοι ποιέειν ταῦτα, viii. 140, 1. *a. m.* ix. 27. *a.*

Ἀναγκαστὸς, Coactus, vi. 58. *m. ubi monstrose olim* ἀναμασθοὺς *edd. ante Wess. pro* ἀναγκαστούς.

Ἀνάγκη, ης, ἡ, (*communis forma nominis pro qua plerumque Ionicam* Ἀναγκαίη *usurpat Herodotus*) Necessitas. εἰ δὴ πᾶσα ἀνάγκη ὀφθῆναι, i. 112. *m.* πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ὗσαι, ii. 22. *m.* τρέφειν τοὺς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ οὐδεμίη ἀνάγκη, τῇσι δὲ θυγατράσι πᾶσα ἀνάγκη, ii. 35. *extr. Sic* iv. 179. *f.* v. 52. *a.* οὐδαμᾶ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ, vii. 172. *f.*

Plur. αἱ ἀνάγκαι, Angustiæ. ἐς ἀνάγκας μεγάλας ἀπικνέεσθαι, i. 116. *f. Item*, Tormenta. ὁ δὲ ἀγόμενος ἐς τὰς ἀνάγκας, *ibid. ubi haud multo ante ait*, ἵνα τὸν βουκόλον λαβὼν βασανίσῃ. *conf. Not. ad l. c.* κακότητος ἀνάγκαι *in Orac. apud Nostrum*, vii. 140. *extr. sunt* Calamitates necessitate fati impendentes.

Ἀνάγνωσις, ιος, ἡ, *i. q.* ἀναγνώρισις, Agnitio. τὸν Ἀστυάγεα ἐσήιε ἀνάγνωσις αὐτοῦ, i. 116. *a.*

Ἀναδαίειν, Dividere, Distribuere. γᾶς ἀναδαιομένας, iv. 159. *in Orac.*

Ἀναδασμὸς, οῦ, ὁ, Divisio, Distributio, Partitio. ἐπεκαλέοντο (αὐτοὺς) οἱ Κυρηναῖοι ἐπὶ γῆς ἀναδασμῷ, iv. 159. *a.* συνήγειρε πάντα ἄνδρα ἐπὶ γῆς ἀναδασμῷ, iv. 163. *a.*

Ἀναδέειν, Religare. *Peculiari notione dicitur aliquis* ἀναδῆσαι τὴν πατριὴν (*vel* ἑωυτὸν) ἐς ἑκκαιδέκατον θεὸν, Familiæ suæ originem continua serie ad sedecimum progenitorem deum referre, ii. 143. *a. et m.* οὔτε ἐς θεὸν οὔτε ἐς ἥρωα ἀνέδησαν αὐτοὺς, (*i. q.* ἑαυτοὺς,) Nec a deo quodam, nec ab heroë, generis sui originem repetebant, ii. 143. *f. Not.*

Ἀναδεικνύναι, *vide* Ἀναδέξαι.

Ἀναδέκεσθαι, (*Ion. pro comm.* ἀναδέχεσθαι) Recipere, Polliceri, Promittere. ἀναδεκομένους ὑποχειρίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας, v. 91. *m.*

3. *Denique, per metonymiam,* βύβλος *Nostro dicitur etiam* Charta conscripta, Scriptum, Scriptus libellus. κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βύβλου ἄλλων βασιλήων—οὐνόματα, De scripto, Ex scripto libello, recensuerunt sacerdotes *etc.* ii. 100. *a.*

Confer quæ supra sub voc. Βιβλίον *monita.*

Βύειν *et* βύζειν, Replere, Farcire, Obturare. τοῦ τὸ στόμα ἐβέβυστο, *scil.* χρυσῷ, vi. 125. *f.*

Βύρση, ης, ἡ, Corium, *præsertim* bubulum. ἐπεὰν καταδήσωνται βύρσῃσι καὶ δέρμασι ἄλλοισι πᾶν τὸ σῶμα, iv. 110. *a.*

Βύσσινος, η, ον, Ex bysso contextus. κατειλίσσουσι πᾶν τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι, Sindonis byssinæ fasciis totum corpus involvunt, ii. 86. *f. N. ubi de Ægyptiorum more condiendi cadavera. Similiter vero* vii. 181. *f. ubi de obligandis vulneribus.*

Βυσσὸς, οῦ, ὁ, *i. q.* βυθὸς, Fundus, Imum, Profundum. πάντα χωρέειν ἐς βυσσὸν, iii. 23. *m. f.* ὁ λίθος ἐὼν ἐν βυσσῷ, ii. 96. *f.*

Βωθέειν, *vide supra in* Βοηθέειν.

Βῶλος, ου, ὁ, Gleba, Solum, Terra. Ἐρυθρὴ βῶλος, *nomen* oppidi Ægyptiaci, ii. 111. *f.*

Βωμὶς, ίδος, ἡ, *quasi dicas* Arula; Gradus. ἀναβαθμῶν τρόπον, τὰς μετεξέτεροι κρόσσας, οἱ δὲ βωμίδας ὀνομάζουσι, ii. 125. *a. N.*

Βῶσαι, *et alia conjugata, vide in* Βοᾷν.

Γ.

Γαλαθηνὸς, ή, ὸν, Lactens. *θύειν γαλαθηνὰ πρόβατα*, i. 183. *a. m.*

Γαλακτοπότης, ου, ὁ, Lacte potu utens, Lactis potu vivens, i. 216. *f. νομάδες εἰσὶ, κρεοφάγοι τε καὶ γαλακτοπόται*, iv. 186. *a.*

Γαλῆ, ῆς, ἡ, Mustela. *γαλαῖ ἐν τῷ σιλφίῳ γινόμεναι*, iv. 192. *f.*

Γαμβρὸς, ὁ, (*pro γαμερὸς*) Adfinitate (Per initas nuptias) alicui conjunctus: *itaque non modo* Gener, *ut* v. 30. *a.* 67. *m. f. et alibi; verum etiam* Adfinis, *veluti* Sororis maritus, *ut* i. 73. *a. coll.* 74. *f.* Gener *intelligitur in illo Oraculi responso, τὸν γαμβρὸν ἐπίκουρον καλέσασθαι*, vii. 189. *a. m.*

Γαμέειν, Uxorem ducere. *ἄλλην (γυναῖκα) γῆμον*, Aliam duc uxorem, v. 39. *m. f. οἰκία ἐδείματο ἐν Βορυσθένεϊ, καὶ γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτὰ* (*scil. ἐς ταῦτα τὰ οἰκία*) *ἐπιχωρίην*, iv. 78. *f. N. Simili ratione dicitur ἐξ ἐμεῦ* (*scil. ἐκ τῶν ἐμοῦ οἰκίων, vel ἐξ ἐμοῦ οἴκου*) *γῆμαι*, Ex mea domo (*id est*, filiam meam) uxorem ducere, vi. 130. *b. ubi pro ἐξ, quod veteres libri et scripti et editi tenent omnes, temere ἐς in nostram editionem irrepsit: quod erratum jam supra sub voc.* Ἀξίωσις *notavimus. Conf.* Γάμος. *Passiv. γαμέεται παρθένος*, Nubit virgo, iv. 117.

Γαμόρος, ου, ὁ, *Siculorum sermone, id est, Dorica dial., i. q. comm. γημόρος, aut Atticum et Ionicum γεωμόρος*, Agrorum possessor, Prædii rustici *vel* Prædiorum rusticorum dominus. *τοὺς γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκουσίων*, vii. 155. *m. Vide Valckenar. ad* vi. 22. *et Valesium ad Diodor. T. ii. p.* 549. *laudatum a Wess. ad h. l. Monuit Portus, vocem γαμόρος usurpasse etiam Æschylum ἐν Ἱκέτισι vs.* 328.

Γάμος, ου, ὁ, Nuptiæ. *οἱ δὲ αὐτίκα γάμους ἔγημον*, Nuptias contraxerunt, iv. 145. *f. γάμους τοὺς πρώτους ἐγάμεε Πέρσῃσι ὁ Δαρεῖος*, Uxores duxit nobilissimas inter Persas, iii. 88. *a. m. Not.*

Γὰρ, *conjunctio causalis, qua frequenter per hyperbaton ita utitur Herodotus, ut Causam rei enunciet ante Remipsam cujus redditur ratio. Vide quæ adnotavimus ad* i. 24, 17. *ad* iv. 149, 8. *seqq. denique ad* iv. 200, 4. *seq. et confer quæ a Valcken. monita sunt ad* viii. 137, 9. *seq. In eadem Valckenarii Nota, quæ in nostra editione T.* vi. *P.* ii. *p.* 211. *seq. exhibetur, ubi p.* 212. *lin.* 1. *paginas editionis Gronovianæ a Valck. citatas ad suum quemque Librum et Caput, quo spectant Valckenarii citata, retuli, pro* vi. 57, 5. *oportebat* vi. 87, 5. *et pro* iv. 96, 7. *corrigi velim* iv. 76, 7.

Γαυλὸς, οῦ, ὁ, 1. Situla, Haustrum. *ἀντὶ δὲ γαυλοῦ, ἥμισυ ἀσκοῦ οἱ προσδέεται*, vi. 119. *m. ubi in oxytonam scripturam libri omnes consentiunt.*

2. Navis oneraria, *præsertim* Phœnissa. *καταβάντες — Φοινίκης ἐς Σιδῶνα πόλιν, τριήρεας δύο ἐπλήρωσαν, καὶ γαυλὸν μέγαν*, iii. 136. *a. τὸν γαυλὸν τὸν ἅμα ἄγοντο*, iii. 137. *m. γαυλούς τε Φοινικηΐους συνέδεε*, viii. 97. *a. m. Quamvis Grammatici, quos in Var. Lect. ad* iii. 136. *citavi, (quibus Suidas etiam adjici poterat) γαῦλος* penacute, *ubi de* Navi *agitur, efferri moneant, tamen tribus istis locis apud Nostrum* Acutum accentum in ultima *tenent scripti et editi libri omnes. Pariter* vi. 17. *m.* (*ubi vide Var. Lect.*) *ex codicum msstorum et veterum edd. consensu γαυλοὺς scriptum volueram, ubi temere γαύλους ex ed. Schæf. in nostram propagatum est.*

Γε. *De hujus particulæ vi et elegantia videndus Valckenarius, laudatus a Wess. ad* iii. 73. *De eadem partic. vide Var. Lect. et Not. ad* i. 112, 10. *Eadem paucis interjectis verbis, repetita in probis nonnullis codicibus: vide Var. Lect. et Not. ad* iii. 29, 6. *seq.*

γε μὴν, Certe vero. *ἀπορχήσαό γε μὴν τὸν γάμον*, vi. 129. *f. Cf. Herm. ad Vig. not.* 298.

Γελᾷν, Ridere. *γελῶ ὁρῶν γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς,—καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην*, iv. 36. *m. ubi Wess. cum Gron. ποιεύντων idem ac ποιεύσαν valere censuit; equidem ποιεύντων pro genitivo absolute posito accepi: et* (*rideo*) quum Asiam nonnulli Europæ æqualem faciunt. Γελᾷν *et* Γελεῖν *olim* Splendere *significaverat; unde* Γελέοντας v. 66. *b. forsan sunt* Splendidi, Illustres. *Vide ibi Notata.*

Γέλως, ωτος, ὁ, Risus. *γέλωτά με θήσεσθε*, Ludibrio me habebitis, iii. 29. *m. γέλωτα τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι*, Talia ludibrio habere, iii. 38. *a. ἐπὶ γέλωτι*, Ludibrii causa, ix. 82. *m.*

Γενεὴ, ῆς, ἡ, 1. Generatio, Ætas hominum. *γενεαὶ τρεῖς ἀνδρῶν, ἑκατὸν ἔτεά ἐστι*, ii. 142. *a. m. τρίτῃ γενεῇ μετὰ Μίνωα τελευτήσαντα*, vii. 171. *a. Genit. plur. τῶν γενεέων*, ibid.

2. Nativitas. *ἐκ γενεῆς νοῦσον μεγάλην λέγεται ἔχειν*, iii. 33. *ἐκ γενεῆς φαλακροὶ γινόμενοι*, iv. 23. *a. ubi olim γενετῆς.*

3. *ἡ ἀνθρωπηΐη λεγομένη γενεὴ*, Humana quæ vocatur ætas, *i. e.* Tempus historicum, *a quo distinguitur Mythica vel Heroica ætas*, iii. 122. *a. m. ibique Not.*

Γενεηλογέειν, (*pro comm. γενεαλογεῖν,*

scilicet idem quod καταλέγειν τοὺς ἄνω αἰεὶ πατέρας, vi. 53. *f.*) Generis originem recensere. ἀπὸ τούτου γενεηλογέουσι αὐτέων τὴν γένεσιν, ii. 146. *f.* ἀρξάμενος ἀπὸ Ἀχαιμένεος, ἐγενεηλόγησε τὴν πατριὴν τὴν Κύρου, iii. 75. *a.* Ἑκαταίῳ γενεηλογήσαντι ἑωυτὸν, ii. 143. *a. et m.* ἐμοὶ οὐ γενεηλογήσαντι ἐμεωυτὸν, ibid. *a.* ἀπὸ τούτων γενεηλογέοντες κατέβαινον ἐς τὸν Περσέα, ii. 91. *f.* ταῦτα μέν νυν—γεγενεηλόγηται, Hæc igitur *illorum* genealogia (generis recensio) est, vi. 53. *f.*

Γένειον, τὸ, Barba, vi. 117. *f.* ἀνιεῖσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ γενείῳ, ii. 36. *a.* γένεια μεγάλα, iv. 23. *a. cum aliis interpretibus de* Mento prælongo *accepi: videndum vero, ne* Barbas prolixas *dixerit Scriptor; quo magis mira res fuisset, quod* capita *quidem* calva, *sed* prolixas barbas *homines isti habuissent. Nec vero existimandum est, in hanc sententiam* βαθέα *potius quam* μεγάλα, γένεια *dicturum fuisse Herodotum: nam, licet* βαθὺν πώγωνα *vulgo Græci* prolixam barbam *dicant, tamen* μέγαν πώγωνα *Noster dixit* i. 175. *et* viii. 104.

Γενέσια, τὰ, Dies quo quis e vivis excessit, iv. 26. *f. N.*

Γένεσις, ιος, ἡ, Nativitas, Ortus. γενεηλογέουσι αὐτέων τὴν γένεσιν, ii. 146. *f.*

Γενετὴ, ῆς, ἡ, Nativitas, Ortus. *Vide* Γενεὴ, *num.* 2.

Γενέτωρ, ορος, ὁ, Genitor, Progenitor. τοῦ Ἀλεξάνδρου ἕβδομος γενέτωρ, viii. 137. *a.*

Γένος, εος, τὸ, 1. Genus. Λυδὸς ἦν γένος, *non* τὸ γένος, i. 6. *a. ibique Var. Lect.* Γένος *et* ἔθνος *subinde ita distinguuntur, ut* γένος *intelligatur Pars* τοῦ ἔθνους. *Sic* τὸ Μηδικὸν ἔθνος *plura comprehendit* γένεα, i. 101. *Sic Ægyptiorum* septem *memorantur* γένεα, ii. 164. Persarum *plura* γένεα *recensentur* i. 125. *Similiter* τὸ Δωρικὸν γένος i. 56. *est pars* τοῦ Ἑλληνικοῦ ἔθνεος, *et* τὸ Ἰωνικὸν γένος, *pars* τοῦ Πελασγικοῦ ἔθνεος.

2. Proles, Soboles. ἵνα σφι γένεα ὑπογίνηται, ut illis subnasceretur soboles, iii. 159. *m.*

Γεραίρειν, Honorare, Honore prosequi. τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χόροισι ἐγέραιρον, v. 67. *f.*

Γέρας, ατος, τὸ, Honor, Privilegium. τῷ Δαρεῖος κοτὲ ἔδωκε γέρας, Cui aliquando singularem honorem habuit, *scil. honorificentissimis verbis eum laudans,* iv. 143. *a.* τοῖσι αἱ κηρυκήϊαι πᾶσαι γέρας δέδονται, Quibus hic honos habetur, Qui hoc privilegio fruuntur, ut omnes legationes obeant, vii. 134. *a.*

Plur. τὰ γέρεα, (*Ion. pro* γέρα *vel* γέρατα). γέρεα δέ σφι ἦν τάδε ἐξαραιρημένα, ii. 168. τὰ τῶν προγόνων γέρεα, iv. 162. *a.* ἡ δὲ εἶχε αὐτὴ τοῦ παιδὸς τὰ γέρεα ἐν Κυρήνῃ, iv. 165. *a.* τὰ τῶν βασιλήων γέρεα, vi. 57. *f.* οἵ με τιμήν τε καὶ γέρεα ἀπελόμενοι πατρώϊα, vii. 104. *a.*

Γέῤῥον, τὸ, Crates viminea, Clypeus ex viminibus contextus. Πέρσαι εἶχον,—ἀντὶ ἀσπίδων, γέῤῥα, vii. 61. *a.* φράξαντες τὰ γέῤῥα οἱ Πέρσαι, ix. 61. *m. N.* ἐγίνετο περὶ τὰ γέῤῥα μάχη, ix. 62. *a. m.* συνεφόρησαν τὰ γέῤῥα ἕρκος εἶναί σφι, ix. 99. *extr.* ἕως μὲν ὄρθεα ἦν τὰ γέῤῥα, ix. 102. *a.* διωσάμενοι γὰρ τὰ γέῤῥα οὗτοι, ibid. *m.*

Γέρων, Senex, *Compar.* Γεραίτερος, Natu major, vi. 52. *f. Not.*

Γέροντες, Senatores *apud Spartanos,* i. 65. *f.* οἱ ἔφοροι καὶ οἱ γέροντες βουλευσάμενοι, v. 40. *a.* παρίζειν βουλεύουσι τοῖσι γέρουσι, vi. 57. *f.*

Γεύειν, Gustandum dare. ὁ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, vii. 46. *f.* Γεύεσθαι, Gustare. *Vitiose autem olim* ii. 14. *a.m. legebatur* εἰ μή τε γεύσεταί σφι ἡ χώρη τὰ ἀπὸ Διὸς, *pro* εἰ μήτε γε ὕσεταί σφι ἡ χώρη.

Γέφυρα, (*non* Γεφύρη) ης, ἡ, Pons, i. 186. *extr.* iv. 85. *a.* γέφυραν ζευγνύναι, Struere pontem, iv. 97. *m.* (*ubi vide Var. Lect.*) iv. 118. *a. et alibi. Conf. Not. ad* vii. 36. *a.*

Γεφυροῦν, *absolute,* Struere pontem, vii. 34. *a. Cum Accus.* Ponte jungere. Βόσπορον γεφυρώσας, iv. 88. *m.* γεφυροῖ ποταμὸν Ἴστρον, iv. 118. *a.* τὸν Στρυμόνα ποταμὸν ζεύξαντας γεφυρῶσαι, vii. 24. *extr.* ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, vii. 36. *f.* ὅταν Ἀρτέμιδος ἀκτὴν νηυσὶ γεφυρώσωσι, *in orac.* viii. 77. *a. Metaphorice dicitur* γεφυρῶσαι τὸ καιόμενον, Igni veluti pontem imponere, *quo transiri possit,* ii. 107. *f. Conf.* Ἀπογεφυροῦν.

Γεώπεδον, τὸ, Fundus, Prædium, Ager. *Et Diminutivum,* Γεωπέδιον, τὸ, Agellus, Prædiolum. ἐμοὶ ἀπ' ἀνδραπόδων τε καὶ γεωπεδίων (*sive* γεωπέδων) ἀρκέων ἐστὶ βίος, vii. 28. *extr. ibique Var. Lect. et Not. Conf. Schæf. ad Gregor. p.* 518.

Γεωπείνης, ου, ὁ, Qui parum terræ, parum agri, possidet. ὅσοι μὲν γεωπεῖναί εἰσι τῶν ἀνθρώπων,—οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, ii. 6. *a.* Ἀνδρίους εἶναι γεωπείνας, ἐς τὰ μέγιστα (*scil.* τῆς γεωπεινίης) ἀνήκοντας, viii. 111. *m. Glossa Herod. ex lib.* ii. Γεωπεῖναι· οἱ γῆς πεινῶντες καὶ ἀπορούμενοι. *Sic et Hesych. et Suidas, et Gregor. Dial. Ion.* §. 114. *Equidem istud vocab. non tam a verbo* πεινᾶν, Esurire, *quam ab adjectivo* πένης, Pauper, *aut a verbo* πένεσθαι, Pauperem esse, *derivatum arbitror. Itaque commodius apud eumdem Suidam et apud Timæum in Lexic. Plat. p.* 68. *definiuntur* Γεωπεῖναι, οἱ μικρὰν καὶ λυπρὰν γῆν ἔχοντες. *Ac disertius etiam Etymologus Sorbon. a Bastio ad Gregor. p.* 519.

laudatus: Γεωπεῖναι, παρὰ τὸ γῆς πένεσθαι.

[Γεώπους, οδος, ὁ, *Vocabulum nihili, temere fictum ex vitiosa olim lectione* γεωπόδων vii. 28. *f. pro* γεωπέδων *vel* γεωπεδίων.]

Γεωρυχέειν, Terram fodere, Cuniculos agere, iv. 200. *f. quod* ibid. *paulo ante,* ὀρύσσειν ὀρύγματα ὑπόγαια.

Γῆ, ἡ, Terra. γῆν πολλὴν ἐπελήλυθας, Multas terras (*sive,* Magnam terræ partem) obiisti, i. 30. *m. N.* γῆν πολλὴν θεωρήσας, iv. 76. *a.* αἰτήσοντες γῆν τε καὶ ὕδωρ τῷ βασιλέϊ, v. 17. *a. et* 18. *a.* διδοῖς βασιλέϊ Δαρείῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ, v. 18. *m.* 73. *m.* vi. 94. *m.* ἀπέπεμψε ἐπὶ γῆς αἴτησιν κήρυκας, vii. 133. *a.* γῆν τε καὶ ὕδωρ φέρειν παρὰ βασιλῆα, vii. 133. *m. Conf. Indic. Rerum et Pers. voc.* Terra.

Genit. plural. αὕτη ἡ γῆ ὁμοίη τῇ ἀρίστῃ γεῶν, iv. 198. *a.*

Γηγενὴς, Terra genitus, Terræ filius. Ἐρεχθῆος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι, viii. 55. *a.*

Γηοχέειν, Agrum *vel* Agros (Prædium *sive* Prædia) possidere. ἀνδρὶ Μάγνητι, γηοχέοντι περὶ Σηπιάδα, vii. 190. *a.*

Γῆρας, αος, τὸ, Senectus. ἐς ὃ γήραϊ μέγα ὄλβιος ἐὼν ἐτελεύτησε, vi. 24. *f. Quod H. Steph. ait, Thes. T.* i. *col.* 847. c. "γῆρας ὄφεις ἐκδύνουσι *legi apud Herodotum," id nusquam in Musis legere memini.* Exteriorem cutem, *quam verno tempore serpentes et cancri exuere solent, ut Romanis* Senectam, *sic Græcis* τὸ γῆρας *dici, satis notum est. Qua de re et alii auctores, et Aristoteles cum alibi, tum Hist. Anim. lib.* v. *cap.* 15. (*aliis* 17.) *extr. his verbis mentionem facit,* ἐκδύουσι δὲ (οἱ κάραβοι) τὸ κέλυφος τοῦ ἔαρος, ὥσπερ οἱ ὄφεις τὸ καλούμενον γῆρας.

Γίνεσθαι, Nasci, Fieri, Esse. *Tertia pers. plur. Imperf.* ἐγινέατο, Fuerunt, i. 67. *a. m. pro* ἐγίνοντο *vel* ἐγένοντο, *quod habent ibi alii. Pro* ἐγεγόνεε, ix. 128. *extr. et* 139. *a. alii* ἐγένετο *præferunt. Notemus varios verbi hujus usus hosce.*

1. Gigni, Nasci. ἡμέρη τῇ ἕκαστος ἐγένετο, i. 133. *a.* ii. 82. *a.* ἡμέρη τῇ ἐγένετο βασιλεὺς, Natalis dies, ix. 110. *f. Præt. Med.* γέγονα, Natus sum. ἔτεα τρία καὶ δέκα γεγονὼς, xiii. annos natus, i. 119. *a. et similiter alibi.* ἀπ' ἡμέων γεγόνατε, A nobis estis progeniti, A nobis oriundi, viii. 22. *m. f.* (*non, ut Portus interpretatur,* A nobis stetistis.) ἀπὸ τούτου τοῦ Περδίκκεω Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε, ix. 139. *a. Referri huc etiam illa phrasis potest,* ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, Ex quo primum exstiterunt, ex quo ortum cœperunt Athenienses, vi. 109. *a. m.* ix. 110. *m. N. Aoristus pr. Med. habet Activam significationem.* οἱ γεινάμενοι, Qui genuerunt, Parentes, i. 120. *extr.* 122. *a.* ἡ γειναμένη, Quæ peperit, Mater, iv. 10. *m. f.*

2. Fieri, Effici, Perfici. τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων, Quæ ab hominibus facta, gesta sunt, *Exord. lib.* i. *ubi vid. Not.* ὕβρισμα ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον, Ad hos pertinebat contumelia a Samiis patrata, iii. 48. *a.*

Cum Dativo maxime casu constructum hoc verbum commode interdum reddas per Latina Accidere, Obvenire, Evenire, *Bene aut male* Cedere, *et similia.* χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, i. 8. *a. N.* τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, ix. 109. *m.* ἡ ἁμαρτάς οἱ ἐς δέον ἐγεγόνεε, Delictum bene ei cessit; Exitum habuit eum quem habere debebat, i. 119. *a.* τὸ ὀρυχθὲν—ἐς δέον ἐδόκεε γεγονέναι, i. 186. *f.* οὔ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστὰ, Non contigerunt illis boni ominis victimæ, ix. 61. *m.* ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστὰ, ix. 62. *a. Et omisso vocabulo* χρηστὰ, *sed subintellecto:* καὶ τῶν σφαγίων οὐ γινομένων, ix. 61. *f. Not. et* ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγένετο, ix. 62. *a. conf. Not. ad* vii. 134. *Eodem pertinet istud:* οἰκότα βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι, viii. 60. *f. ubi possis intelligere* ἐθέλει χρηστὰ γίνεσθαι, *quemadmodum* vii. 157. *f. ait* τῷ εὖ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι: *at ibi* (viii. 60.) *multo commodius repetitum intelligetur vocab.* οἰκότα, *nempe* τοῖς οἰκότα βουλευομένοισι ἐθέλει οἰκότα γίνεσθαι.

3. Esse. Γίνεσθαι *Nostro tantumdem ac* εἶναι *valere recte Wess. ad* vii. 11, 21. *monuit, provocans potissimum ad* vii. 21. *ubi frequens hoc verbum recurrit. Jungit tamen Herodotus* viii. 86. *b. utrumque verbum ita, ut majorem quamdam vim habere* γίνεσθαι *quam* εἶναι *videatur:* ἔσαν γε καὶ ἐγένοντο ἀμείνονες, Fuerunt et ipso facto sese præstiterunt fortiores; *nisi forsan nil aliud dicere voluit nisi* Fuerunt et facti sunt isto die fortiores; *scil. Regis præsentia fortiores illos reddiderat.*

οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι, Qui in poësi fuerunt, *i. e.* Qui in poësi versati sunt, Qui poësin tractarunt, ii. 82. *m.* ἦν γεγονὼς, vi. 37. *a. idem quod alibi* ἐγεγόνεε. *Similis periphrasis est ista,* ἐπεὰν—διεξιὼν γένωμαι, Quando exponam, Quando in expositione mea eo pervenero, vii. 77. *a.*

4. *Ubi agitur de* Tempore elapso, *frequenter verbum* γίνεσθαι *adhibet, præsertim cum Dativo constructum; quibus in locis* γίνεσθαι *idem fere ac* διαγίνεσθαι, Interesse, Interjectum esse, *valet.* ὡς γὰρ διέτης χρόνος ἐγεγόνεε ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσσοντι, ii. 2. *m. N.* ὡς δὲ τρίτη ἡμέρη τῷ παιδίῳ ἐκκειμένῳ ἐγένετο, i. 113. *m. Similiter* iii. 56. *a.* ix. 39. *a. Conf. Wess. ad* ii. 175, 22. *ubi commode compositum*

occurrit verbum, χρόνου ἐκγεγονότος πολλοῦ.

Γινώσκειν, Cognoscere. οὐ γινώσκεται τούτων (id est περὶ τούτων) εἰ μὴ ὅσα αὐτέων λεγόντων, nempe γινώσκεται, iv. 25. f. Decernere. Ἀλυάττεα ἔγνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀστυάγεϊ, Decreverunt ut Alyattes filiam suam daret Astyagi, i. 74. f. Judicare, Censere, Pronunciare. οἱ Τελμησσέες τάδε ἔγνωσαν, στρατὸν ἀλλόθροον etc. Telmessenses vates consulti censuerunt, pronunciarunt, i. 78. m. ἔγνωσαν Ἀριστόδημον ἔργα ἀποδέξασθαι μεγάλα, ix. 71. m. ταὐτὰ γινώσκειν, i. q. ὁμοφρονεῖν, Idem sentire, Concordes esse, ix. 2. m.

Γλαυκὸς, ἡ, ὸν, Glaucus, Cæsius, Cæruleus. ἔθνος γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς καὶ πυῤῥὸν, iv. 108. a. N. Alii ad oculorum et ad pilorum colorem referunt, alii cæruleo et rubro colore pictum corpus intelligunt.

Γλίχεσθαι, Cupidum, Studiosum esse. Semel junctum habet περὶ præpositionem: δεινῶς γλιχομένοισι περὶ τῆς ἐλευθερίης, ii. 102. m. ubi quidem aut μαχομένοισι corrigendum, aut delendam voculam περὶ censuerunt nonnulli interpretes. Alibi quidem abest præpositio. ἐλευθερίης γλιχόμενοι legitur viii. 143. a. τοῦ αὐτοῦ γλιχόμεθα, iii. 72. m. γλιχόμενοι Αἰγύπτου, Ægyptum petentes, iv. 152. a. ὡς στρατηγήσεις τῆς Ἑλλάδος γλίχεαι, Imperator esse Græciæ cupis, vii. 161. a.

Γλοιὸς, οῦ, ὁ, Viscum, Gluten, Viscida, Mucosa materia, iii. 112.

Γλουτοὶ, οἱ, Nates, Clunes. τὰ ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων, iv. 9. a.

Γλυκὺς, Dulcis. Vide in Γεύειν.

Γλυκύτης, Dulcedo, iv. 177.

Γλύφειν, Scalpere, Insculpere. τύπους εὖ γεγλυμμένους olim legebatur ii. 136. a. ubi rectius nunc ἐγγεγλυμμένους: (conf. Ἐγγλύφειν.) λίθος ὀξὺς, τῷ τὰς σφρηγῖδας γλύφουσι, vii. 69. a. m.

Γλυφὶς, ίδος, ἡ, proprie, Crena sagittæ; sed et Tota sagitta, certe Inferior sagittæ pars, γλυφὶς dicitur, ut apud Eurip., (Orest. 274.) οὐχ ὁρᾶθ' ἑκηβόλων τόξων πτερωτὰς γλυφίδας ἐξορμωμένας, ubi τὰς γλυφίδας Scholiastes τὰ βέλη interpretatur. Et apud Nostrum τοξεύματος περὶ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες βυβλίον, viii. 128. a. N. conf. omnino Πτεροῦν.

Γλῶσσα, ης, ἡ, Lingua, Sermo. βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες, Barbara lingua utentes, Barbare loquentes, i. 57. m. Sic Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα, ix. 16. a. ἥν τινα γλ. ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, i. 57. a. Περσίδα γλῶσσαν μετεὶς, vi. 29. extr. κατὰ γλῶσσαν τὴν σφετέρην, Sua lingua, Suo sermone, vi. 98. f. χαρακτῆρες γλώσσης τέσσερες, i. 142. extr. τὸν τῆς γλώσσης χαρακτῆρα ἔχουσι ἐν φυλακῇ, i. 57. extr.

τὴν αὐτὴν γλῶσσαν οὗτοι νομίζουσι, Eadem lingua utuntur, i. 142. a. idem quod ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν, ibid. m. f. τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται, iv. 109. a. γλῶσσαν οὐδεμιῇ ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, iv. 183. f. δι' ἑπτὰ γλωσσέων διαπρήσσονται, iv. 24. extr.

ἐσθῆτα δὲ φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην, γλῶσσαν δὲ ἰδίην. Sic olim edd. et mssti iv. 106. et ferendum hoc censuere Wess. et Schæf. bene quidem intelligentes, Græce vix dici posse γλῶσσαν φορέειν, sed accusativum γλῶσσαν referri ad aliud verbum quod in scriptoris mente hæsisset. Nos cum Reizio verbum ἔχουσι adjecimus; cujus facti rationem reddidimus in Var. Lect. ad h. l.

ἀπὸ γλώσσης, Ore, Oretenus; nempe Non scripto aut per literas. ἐντειλάμενός οἱ ἀπὸ γλώσσης, i. 123. f. ubi hoc ἀπὸ γλώσσης opponitur ei quod præcessit, ἐσέθηκε βιβλίον, γράψας τά οἱ ἐδόκεε. Sed nunc maxime animadverto, parum commode hoc loco incisam vulgo esse orationem, quasi ἀπὸ γλώσσης ad ἐντειλάμενός οἱ pertineret. Immo ante ἀπὸ γλώσσης incidenda erat oratio: nam verum si quæris, structura naturalis verborum in hunc modum fuerit intelligenda, ἐντειλάμενός οἱ, διδόντα τὸν λαγὸν Κύρῳ, ἐπειπεῖν αὐτῷ ἀπὸ γλώσσης.

Γνάθος, ου, ἡ, Maxilla. γνάθος ἔχουσα ὀδόντας μουνοφυέας, ix. 83. f.

Γνῶμα, τος, τὸ, i. q. alias γνώρισμα, Id quo quid cognoscitur, Indicium, Documentum. τῶν ἔχομεν γνῶμα μέγιστον, vii. 42. a. N.

Γνώμη, ης, ἡ, 1. Notitia. ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ ἐν γνώμῃ γεγονὼς, In Crœsi notitiam venerat Miltiades, Notus, Familiaris fuerat Crœso, vi. 37. a. N.

2. Sententia, Opinio. κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν, ii. 26. a. v. 3. m. κατὰ γνώμας τὰς ἡμετέρας, Ut mea fert sententia, iv. 53. a. τήνδε ἔχω γνώμην, ii. 27. a. τήνδε ἔχω τὴν γνώμην, Hanc habeo sententiam, iv. 31. a. Sed ubi absque articulo ponitur ἔχω γνώμην, ut iii. 82. f. ibi hæc dictio ita accipienda videtur, ac si esset ἔχω οὕτως κατὰ γνώμην, certe adjectum etiam diserte adverbium habes, ἐγὼ γνώμην ἔχω—τὰ ἔμπαλιν ἢ οὗτοι, i. 207. a. γνώμην ἀποφαίνειν, i. 40. f. a. sed frequentius ἀποφαίνεσθαι, Dicere sententiam, i. 207. a. ii. 120. f. iii. 71. a. vii. 152. a. Item γνώμην ἀποδείκνυσθαι, i. 207. a. iii. 82. a. 160. a. m. iv. 79. a. ἐκφαίνειν τὴν ἑωυτοῦ γνώμην, v. 36. a. Et ἐκφέρεσθαι τὴν γνώμην, unde mox ibidem, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες γνώμην κατὰ τωυτὸ ἐξεφέροντο, κελεύοντες etc. τίθεσθαι γνώμην, Sententiam aliquam in medium proponere, iii. 80. f. vii. 82. a. Item ἐσφέρειν γνώμην, quod La-

fine reddere possis Sententiæ alicujus esse auctorem, iii. 80. *f.* 81. *f.* *γνῶμαι τρεῖς προεκέατο*, Propositæ erant, iii. 83. *a.* *τῶν δὲ κατὰ τωυτὸ αἱ γνῶμαι συνεξέπιπτον, κελευόντων etc.* Horum sententiæ in hoc consentiebant, i. 206. *f.* *ἀμφοτέρων ἐς τωυτὸ αἱ γνῶμαι συνέδραμον*, i. 53. *f.*

Ἀρισταγόρῃ ἡ πλείστη γνώμη ἦν seq. infinitivo, Aristagoræ sententia eo maxime inclinabat, *sive* Aristagoras id maxime urgebat et in hac persistebat sententia, (*coll. infra voc.* Πολλὸς *num.* 4.) ut *etc.* v. 126. *a.* *πλέον μέντοι ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα*, viii. 100. *a.* (*ubi ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη idem valet ac ἡ γνώμη αὐτοῦ ἔφερε, sicut τῶν ἡ γνώμη ἔφερε συμβάλλειν.*) *Et inversa constructione: ταύτῃ πλεῖστος γνώμην* (*i. q.* *κατὰ γνώμην vel γνώμῃ*) *εἰμὶ*, i. 120. *m.* *ubi conf. Var. Lect.* *ταύτῃ καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλεῖστός εἰμι*, vii. 220. *a.*

3. Γνώμη, Consilium, Voluntas. *γνώμῃ ἱκανὸς ἀνὴρ*, Consilio præstans, Plenus consilii vir, iii. 4. *a.* (*eidem mox* ibid. *σοφίῃ tribuitur.*) *τίνα ἔχουσα γνώμην*, Quo consilio? Quid spectans? Quid tibi volens? iii. 119. *m. f.* *ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεωμένῃ ἔλεξα ταῦτα*, ibid. *f.* *γνώμην ἔχε seq. infinit.* Hunc indue animum, Hoc tibi stet consilium, Hoc tibi sit propositum, vii. 236. *f.* *οὔ οἱ ἔγωγε προσθήσομαι τῇ γνώμῃ*, Non ego consilio ejus me adjungam, Non ad illius voluntatem me componam, Non ei morem geram, i. 109. *a. m.* *Alibi quidem* *προστίθεσθαι τῇ γνώμῃ τινὸς nil aliud significat, nisi* Ad sententiam alicujus accedere, ut iii. 83. *a.* vi. 109. *f.* *At* i. 109. *γνώμη non nuda* Sententia, *sed* Consilium, Voluntas, Jussum et imperium *regis, intelligitur.* *Similiter* *παρέστησαν ἐς τῶν Περσέων τὴν γνώμην*, vi. 99. *f.* Voluntati, Imperio Persarum se subjecerunt.

Γνώμων, *ονος*, ὁ, Gnomon, Horologium solare, ii. 109. *f.* *N.*

Γνωσιμαχέειν, Mutare sententiam, Meliora docere, Melius sibi consulere. *Recte H. Steph. Thes. T.* i. *col.* 1831. *monuit, nimis restrictum esse significatum illum, τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχὺν, qui verbo isti cum apud alios Grammaticos tum in Glossis Herodoteis ex libro* iii. *tribuitur.* *Nempe γνωσιμαχέειν, apud Herodotum quidem, proprie nil aliud sonat nisi τῇ γνῶσι i. e. τῇ γνώμῃ* (*nempe τῇ προτέρῃ ἑαυτοῦ γνώμῃ*) *μάχεσθαι*, Priori suæ sententiæ repugnare, Mutare sententiam, Melius consilium capere, *μετανοῆσαι, μεταγνῶναι.* *Sic εἰ μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν,—ἦν ἂν σοφὸς ἀνὴρ*, iii. 25. *m.* *Sic item* viii. 29. *a.* *ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι* (*nempe καὶ γινώσκετε μὴ εἶναι*) *ὅμοιοι ἡμῖν*, Nunc saltem meliora edocti intelligite pares vos nobis non esse. *Neque aliter accipiendum istud γνωσιμαχέοντες*, vii. 130. *a.* *ubi in Latina versione, pro eo quod Valla posuerat,* Suæ tibi imbecillitatis conscii, *aut quod nos eamdem in sententiam posuimus,* Pares se nobis non esse intelligentes, *nil aliud positum oportebat nisi* mutata sententia, *aut* melius sibi consulentes. *Scilicet Thessali olim, quum a Græciæ populis Darius terram et aquam petiisset,* (vi. 48.) *sese ei non tradiderant: deinde vero, quum Aleuadæ se Xerxi tradidissent, putavit rex,* (*ut docet Noster sub finem hujus cap.* 130. *coll.* vii. 6.) de communi gentis consilio id esse factum; *adeoque laudat eos, quod* mutassent sententiam et melius sibi consuluissent.

Γόη, *ης*, ἡ, Incantatio, *i. q.* *γοητεία*, *si modo vera est scriptura, quam olim editi libri præferebant* vii. 191. *m.* *καταείδοντες γόησι τῷ ἀνέμῳ*: *ubi γοῆσι saltem malles, sed accentum in antepenult. tenent libri omnes; itaque γόοισι probabili ratione corrigunt nonnulli Interpretes, a sing.* ὁ *γόος*, Ululatus, *quum præsertim τὴν γοητείαν ἀπὸ τῶν γόων nomen invenisse tradant Grammatici.* (*Vide Suidam in* Γοητεία, *ab Æm. Porto citatum.*) *Nos cum nostro cod. F. qui iota subscribendum aut ad latus ponendum raro negligit, γόησι absque iota scripsimus, quo significetur* per præstigiatores, *a sing.* ὁ *γόης*. *Vide Not. ad l. c.*

Γόης, *ητος*, ὁ, Præstigiator, Incantator. *γόητας εἶναι πάντας*, ii. 33. *a.* *κινδυνεύουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι γόητες εἶναι*, iv. 105. *f.* *Conf. vocab. præced.* Γόη.

Γόμος, *ου*, ὁ, (*a verbo γέμειν*) *i. q.* ὁ *φόρτος*, Onus quo oneratur navis. *τὰ μέγιστα* (*τῶν πλοίων*) *πεντακισχιλίων ταλάντων γόμον ἔχει*, i. 194. *m.*

Γόμφος, *ου*, ὁ, Clavus ligneus. *περὶ γόμφους πυκνοὺς καὶ μακροὺς περιείρουσι τὰ διπήχεα ξύλα*, ii. 96. *a.* *N.* *Conf.* Περιείρειν.

Γονεὺς, *έος*, ὁ, Progenitor; *cui ex adverso respondet* ὁ *ἀπόγονος*, i. 17. *f.* *Κροῖσος δὲ πέμπτου γονέος ἀμαρτάδα ἐξέπλησε*, i. 91. *a.* *N.* Pater, Parens. *τῷ γονεῖ τιμωρέοντα τὰ τέκνα*, Liberi ulciscuntur patrem, iii. 109. *m.* *ubi de Serpentibus agitur.* *οἱ γονέες*, Parentes. *Sic τοῦ δὲ Ταργιτάου τοὺς γονέας præferunt plures libri* iv. 5. *a.* *ubi nos cum aliis τοὺς τοκέας.*

Γονὴ, *ῆς*, ἡ, Semen genitale. *ἡ γονὴ τῶν Αἰθιόπων τὴν ἀπίενται ἐς τὰς γυναῖκας*, iii. 101. *a.* *ubi mox dein τοιαύτην ἀπίενται θορήν.* *Item de Serpente mare, ἀπιευμένου αὐτοῦ τὴν γονὴν*, iii. 109. *a.*

Γόνος, *ου*, ὁ, 1. Proles, Soboles. *ὁ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γόνος*, i. 108. *m.* *τὸν μέλ-*

λοντα Ἡετίωνι γενέσθαι γόνον, v. 92, 3. *a.* *et* 92, 4. *a.* ἄπαις ἔρσενος γόνου, i. 109. *m.* ἄπαιδα τὸ παράπαν ἐόντα ἔρσενος καὶ θήλεος γόνου, iii. 66. *m.* μαντευομένῳ περὶ γόνου, Consulenti oraculum de sobole, ix. 33. *a.* πρεσβύτατος παντὸς τοῦ γόνου, Natu maximus universæ familiæ, omnium Darii filiorum, vii. 2. *f.*

2. Sexus. τὰ ἐς ἔρσενα γόνον ἄῤῥητα ἱρὰ ἐκφήνασαν, vi. 135. *f.*

Γόνυ, τὸ, Genu. ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε, In genu projecit civitatem, *i. e.* Misere eam adflixit, adtrivit, vi. 27. *f. coll.* 26. *f.*

Plur. Γούνατα. ii. 80. *f.* ἐς γούνατά σφι αὐτὰ πεσέειν, v. 86. *m.* λαβομένη τῶν γουνάτων, Genua illius amplexa *mulier,* ix. 76. *m.* κολοσσοὶ τοῖσι γούνασι ἐρηρεισμένοι, Genubus innixi, iv. 152. *f.* Camelum, *ait Herodotus,* habere ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι τέσσερας μηροὺς καὶ γούνατα τέσσερα, iii. 103. *N. ubi* γούνατα, *cum Gesnero* (*a Schneid. ad Ælian. Hist. Anim.* iii. 3. *laudato*) Articuli *videntur intelligendi. Sic et* Equo, qui herum excusserat, famuli illius ἐν τοῖσι γούνασι ἀπέταμον τὰ σκέλεα, crura in Genubus (in Articulis) præciderunt, vii. 88. *f. Conf.* Σκέλος.

Γόος, ου, ὁ, *vide* Γόη.

Γοργύρη, ης, ἡ. *Glossæ ex lib.* iii. δεσμωτήριον, Subterraneus carcer. ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο, iii. 145. *a.* δήσας (με) γοργύρης ἠξίωσας, ibid. *m.*

Γουνὸς, οῦ, ὁ, *apud Homerum quidem vulgo* Fertile solum *intelligitur: apud Nostrum vero* iv. 99. *m. est* Extremus terræ cujusdam angulus in mare prominens. *Ibi nempe* ὁ γουνὸς ὁ Σουνιακὸς *dicitur ille* Atticæ tractus angularis, qui inter duo maria excurrens, in Suniacum desinit promontorium. *Vide Notas ad locum citatum, et conf. voc.* Ἄκρη *et* Γωνίη.

Γράμματα, τὰ, 1. Literæ, Elementa scripturæ, Scriptura. οἱ Φοίνικες ἐσήγαγον ἐς τοὺς Ἕλληνας—καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, v. 58. *a.* λίθος γραμμάτων Ἀσσυρίων πλέος, iv. 87. *f.*

2. *i. q.* ἐπιγραφὴ, Inscriptio. ἐνεκόλαψε ἐς τὸν τάφον γράμματα, λέγοντα τάδε, i. 187. *a. et f.* iv. 91. *a.* στήλας ἔστησε δύο, ἐνταμὼν γράμματα, ἐς μὲν τὴν Ἀσσύρια, ἐς δὲ τὴν Ἑλληνικὰ, iv. 87. *a. Not.*

[Γραμματεὺς, ὁ, Scriba. *In Zonaræ Lexico, sub voce* Ἐπελέξαντο *leguntur hæc:* Ἡρόδοτος· ὁ δὲ γραμματεὺς ἐπελέγετο τὰ γράμματα: *quæ verba nusquam apud* Herodotum *reperiuntur, apud quem vocab.* γραμματεὺς *ne semel quidem occurrit. Leguntur quidem in Musis* (iii. 128. *a. m.*) *verba hujusmodi,* ἐδίδου (ἓν ἕκαστον τῶν βιβλίων *vel* βυβλίων) τῷ γραμματιστῇ τῷ βασιληΐῳ ἐπιλέγεσθαι: *sed ista, quæ Herodoto Zonaras tribuit, ex alio petita Scriptore esse videntur. Hausit ista sua Zonaras, ut fere omnia, e Suidæ Lexico, in quo* (*sub eadem voce* Ἐπελέξαντο) ῥήσει *cuidam ex Herodot.* vii. 239. *ductæ subjiciuntur hæc verba:* Καὶ αὖθις· ὁ δὲ γραμματεὺς ἐπελέγετο τὰ γράμματα. *At ista formula,* καὶ αὖθις, Et rursus, *nil aliud significat, nisi* " *Idem verbum* ἐπιλέγεσθαι *notione* Legendi *etiam in sequente* ῥήσει *positum reperiri;" non utique indicat,* ῥῆσιν *hanc ex eodem Auctore esse ductam.*]

Γραμματιστὴς, οῦ, ὁ, (*i. q. aliis* ὁ γραμματεὺς, *monente Polluce* iv. 19.) Scriba, Notarius. ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης, Scriba rerum pretiosarum Minervæ dedicatarum *in templo Saitano,* ii. 21. *a. Not.* Mæandrius γραμματιστὴς *fuit Polycratis,* iii. 123. *a. Apud Persas,* γραμματιστὰς βασιληΐους οἱ πάντες ὕπαρχοι ἔχουσι, iii. 128. *a. m.* Xerxe copias suas lustrante, singulorum populorum nomina ἀπέγραφον οἱ γραμματισταὶ, vii. 100. *a.* In pugna Salaminia οἱ γραμματισταὶ regis ἀνέγραφον πατρόθεν unumquemque trierarcham qui bene rem gessisset, viii. 90. *f.*

Γράφειν, 1. Pingere. 2. Scribere, τοῦτον αἴτιον γράφω, vii. 214. *extr.*

Medium. Γράφεσθαι, Sibi notare, suum in usum scripto consignare. γενομένου τέρατος, φυλάσσουσι γραφόμενοι τὠποβαῖνον, ii. 82. *f. ubi alii interpretantur* Adnotari curantes. *Sic* ζῶα γραψάμενος, *et* ταῦτα γραψάμενος, Hæc postquam pingenda curavit, iv. 88. *a. Verum tamen* συγγράψασθαι (*itidem verbo Medio*) i. 47. *m. dicitur etiam is qui* Ipse aliquid scripto consignat, idque non suum in usum, sed in usum alterius.

Γραφὴ, ἡ, 1. Pictura. ἐγὼ μέν μιν (phœnicem avem) οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ, ii. 73. *a. et mox* ibid. οἱ τῇ γραφῇ παρόμοιος.

2. Descriptio, Delineatio. δηλώσω μέγαθός τε ἑκάστης αὐτέων (*nempe* Europæ et Asiæ), καὶ οἵη τίς ἐστιν ἐς γραφὴν ἑκάστη, Declarabo—qualis fere sit utraque quoad descriptionem, *i. e.* quoad figuram; qualis fere sit utriusque figura, iv. 36. *f. Simili quodam modo* iv. 99. *a. ait* ἔρχομαι σημανέων τὸ πρὸς θάλασσαν τῆς Σκυθικῆς χώρης ἐς μέτρησιν.

Γρὺψ, υπὸς, ὁ, Gryphus. χρυσοφύλακες γρύπες, iv. 13. *a.* 27. *a.* iii. 116. *a.* Circa Scylæ ædes, Scytharum regis, λευκοῦ λίθου, σφίγγες τε καὶ γρύπες ἔστασαν, iv. 79. *a.* γρυπῶν κεφαλαὶ πρόκροσσοι, iv. 152. *f. N.*

Γυμνάζεσθαι, Gymnasticis exercitationibus vacare. τοὺς μὲν γυμναζομένους τῶν ἀνδρῶν, vii. 208. *m.*

Γυμνάσιον, Exercitatio gymnica. προσεῖχε γυμνασίοισι, ix. 33. *a.*

Γυμνὴς, ῆτος, ὁ, Leviter armatus. πρὸς ὁπλίτας ἐόντες γυμνῆτες ἀγῶνα ἐποιεῦντο,

ix. 63. *f.* *Conf.* Γυμνός.

Γυμνικὸς, ἡ, ὸν, Gymnicus. ἀναιρησόμενος γυμνικοὺς ἀγῶνας, ix. 33. *a. m.*

Γυμνοπαιδίαι, αἱ, Solenne ludicrum *sic nominatum* apud Lacedæmonios. ἦσαν μὲν δὴ Γυμνοπαιδίαι, vi. 67. *a.*

Γυμνὸς, ἡ, ὸν, Nudus. παρὰ τοῖσι Λυδοῖσι—καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει, i. 10. *f.* γυμνοὶ ὅπλων, Armis nudati, Nudi armis, *præsertim* Clypeis non tecti, ii. 141. *f. N. qui* ἄνοπλοι *dicuntur* ix. 62. *f.* *Conf.* Γυμνής.

Γυμνοῦν, Nudare. γυμνωθὲν τὸ ξίφος, iii. 64. *m.*

Γυναικηΐη, ης, ἡ, Gynæceum, Conclave mulierum. ἐξελθούσας ἀπέπεμπε ἐς τὴν γυναικηΐην, v. 20. *m.*

Γυναικήϊος, Muliebris. δόλῳ γυναικηΐῳ ἐπισπόμενος, Mulieris dolo obsecutus, i. 91. *a.* ἐνδύντες τὴν γυναικηΐην ἐσθῆτα, iv. 146. *f.* ἔργα γυναικήϊα οὐκ ἐμάθομεν· αἱ δὲ ἔργα γυναικήϊα ἐργάζονται, iv. 114. *m. et f.*

Γυνὴ, αικὸς, ἡ, 1. Mulier. ταχέως σφέας γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας, i. 155. *extr.* οἱ μὲν ἄνδρες, γεγόνασί μοι γυναῖκες· αἱ δὲ γυναῖκες, ἄνδρες, viii. 88. *f.* γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι, ix. 107. *a.* 2. Uxor. γυναῖκα ἄγεσθαι τῷ παιδὶ, Filio suo dare uxorem, i. 34. *m. f.* γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία, i. 59. *a.* (*Conf.* Ἄγειν, *num.* 1.) τὴν γυναῖκα ἀπέντα, ἄλλην ἐσαγαγέσθαι, v. 39. *f.* ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἐσάγαγε γυναῖκα τεκνοποιὸν, v. 40. *f.*

Γύψος, ου, ἡ, Creta. τοῦ σώματος τὸ ἥμισυ ἐξηλείφοντο γύψῳ ἰόντες ἐς μάχην, vii. 69. *m.*

Γυψοῦν, Creta obducere, illinere. γυψώσας ἄνδρας ἑξακοσίους, viii. 27. *m.*

Γῶν, (*Ion. pro* γοῦν) 1. Saltem, Certe. δοκέων δευτερεῖα γῶν οἴσεσθαι, i. 31. *a.* 2. Igitur, Enim, *interprete Æm. Porto, qui huc refert istud*, ποιεῦσι γῶν τὰ ἂν ἐκεῖνος (ὁ νόμος) ἀνώγῃ, vii. 104. *f. ubi tamen* γῶν *haud minus commode* Certe, Certe quidem, *reddideris.*

Γωνίη, ης, ἡ, (*comm.* γωνία) Angulus. *Argenteus crater a Crœso Delphis dedicatus*, positus est ἐπὶ τοῦ προνηΐου τῆς γωνίης, In atrii Angulo, i. 51. *a.* viii. 122. *f. quasi in illo atrio nonnisi* unus *fuisset* angulus. *Vide Not. ad* i. 51. *Similiter vero etiam ait Noster:* τῆς δὲ γωνίης τελευτῶντος τοῦ λαβυρίνθου ἔχεται πυραμὶς, ii. 148. *f.* *An* γωνία *forsan non semper utique* Angulum, *verum etiam* quamlibet Extremitatem *significat? Et quoniam vocab.* Γῶνος, *cujus diminutivum* γωνία *est, per* γουνὸς *exponit Hesychius, forsan vocabulum* Γωνίη *etiam nil aliud nisi* Extremitatem *Nostro significaverit.*

Δ.

Δ *Ion. et Dor. pro comm.* σ. *ut* ὀδμὴ *pro* ὀσμὴ, Odor, i. 80. *m.* ἴδμεν *pro* ἴσμεν, Scimus, i. 142. *a.* 178. *f.* ii. 68. *a.*

Δαέειν, Discere. βαναυσίης οὐδεὶς δεδάηκε οὐδὲν, ii. 165. *f.*

Δάζειν, *et in Med.* Δάσασθαι, Dividere, Partiri, Distribuere. δυώδεκα μέρεα δασαμένους τῶν ὡρέων ἐς τὸν ἐνιαυτὸν, Duodecim partes succedentium invicem temporum distribuentes per annum, *i. e.* Annum in duodecim partes dividentes, ii. 4. *a.* δύο ὅπλα—δασάμενοι ἐς ἑκατέρην γέφυραν, Binos rudentes utrique ponti tribuerunt, vii. 36. *m.* δυώδεκα μοίρας (*non*, ἐς δυώδ. μοίρ.) δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν, ii. 147. *a. m. ubi vide Var. Lect.* τρεῖς μοίρας ὁ Ξέρξης δασάμενος πάντα τὸν στρατὸν, vii. 121. *m. N.*

Notione reciproca, Distribuere inter se, Partiri cum alio. δασάμενοι σῖτον, Frumentum inter se partiti, vii. 119. *a.* τριχῇ δασάμενος τὴν πόλιν ἀδελφέοισι Πανταγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνειμε, Trifariam divisam (In tres partes distributam) civitatem cum duobus fratribus administravit, iii. 39. *a.* πρὶν τῶνδ' ἕτερον διὰ πάντα δάσηται, Priusquam horum alterutrum quocumque modo (*sive* omnino, utique) Participaverit, Sortitus fuerit, vii. 220. *f. in Orac.*

Præt. Pass. Δέδασμαι. ἡ ἰατρικὴ κατὰ τάδε σφι δέδασται, Ars medica apud illos in hasce partes divisa est, ii. 84.

Δαίειν, (*i. q.* ἑστιᾶν) Convivio, Epulo excipere. τὸν Ἀστυάγης ἀνόμῳ τραπέζῃ ἔδαισε, i. 162. *a.*

Δαιμόνιος, 1. Miser. δαιμόνιε ἀνδρῶν, Miserrime hominum, Male feriate homo, iv. 126. *a.* *Sed* vii. 48. *a. videtur significare* O hominum optime, *aut* O vir mirifice. ὦ δαιμόνιοι, viii. 84. *f.* *Sed* 2. δαιμονίη τις ὁρμὴ, Impetus quidam divinitus immissus, vii. 18. *m.*

Δαίμων, ονος, ὁ, 1. Deus. ἄγαλμα δαίμονος, Dei cujusdam simulacrum—τίνα δαιμόνων παραβάντες, Quo numine læso, vi. 12. *m.* εἴ τις μιν δαιμόνων ῥύσεται, i. 86. *a. m.* εἰ δαίμων ἐθέλοι, iii. 119. *f.* ταῦτα δαίμοσι φίλον ἦν γενέσθαι, i. 87. *extr. Sic et* ἡ Δαίμων, Dea, τὴν μεγίστην δαίμονα ἥγηνται, *nempe Isin*, ii. 40. *a.* 2. Heros, Semideus. οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχειν, ix. 76. *m. f.* 3. Fortuna. κατὰ δαίμονα, (*i. q. alibi* κατὰ τύχην, *et* θείῃ τύχῃ, *conf. Valck. ad* iii. 153.) Forte fortuna, i. 111. *a.*

Δαινύειν, *i. q.* δαίειν. *Hinc* Δαίνυσθαι, Epulari, Vesci. κλιθέντες δαίνυντο, i. 211. *m.* δαινυμένοισι ἐπεῖναι τὸν ποταμὸν, ii.

160. *f.* τὰ κρέα δαίνυσθαι τὸν βουλόμενον, iii. 18. *f.*

Δαὶς, τὸς, ἡ, Epulum. τὴν προκειμένην ἰδόντες δαῖτα, i. 211. *m.*

Δαιτυμὼν, όνος, ὁ, Conviva. οἱ παρεόντες δαιτυμόνες, i. 73. *f.* 119. *m.* ii. 172. *a.* iv. 172. *m.* τοῖσι δαιτυμόνεσι, vi. 57. *a.*

Δάκρυμα, τος, τὸ, (*i. q. comm.* δάκρυον) Lacryma. μηνίων ὑμῖν ἔπεμψε δακρύματα, Iratus vobis misit lacrymas, *i. e.* lacrymarum materiam, vii. 169. *m.*

Δάκρυον, ου, τὸ, Lacryma. τῆς ἀκάνθου τὸ δάκρυον, Lacryma ex spina arbore stillans, ii. 96. *a.*

Δακτύλιος, ὁ, Annulus, ii. 38. *f.*

Δάκτυλος, ὁ, Digitus. ἐπὶ δακτύλων συμβαλλεόμενος τοὺς μῆνας, Digitis computans, vi. 63. *m.*

Δαμίης (*deæ sic nominatæ*) ἄγαλμα, v. 82. *a. Not.* 83. *m.*

Δαπανᾶν, Consumere, Impendere. *Med.* οὔτε τι τῶν οἰκηΐων δαπανέωνται, Nihil de suo impendunt, consumunt, ii. 37. *m.* (*Loco verbi istius plerumque verbum* ἀναισιμοῦν *usurpat Noster.*)

Δαπάνη, ης, ἡ, Sumtus. οἰκηΐῃ ἀνδρῶν δαπάνῃ, Cum militibus suo sumtu comparatis, v. 47. *m.*

Δάπεδον, ου, τὸ, Solum, Pavimentum, iv. 200. *m. f.*

Δαρεῖος, Persicum nomen, idem valens ac Græcum Ἑρξείης, *id est*, Coërcitor, vi. 98. *f. N.* Coërcere cupiens *interpretari maluit Portus. Nam, ut* ὀψείω (*inquit*) *valet* Videre cupio, *et* τυψείω, Verberare cupio; *sic ab* ἔρξω, *Futuro verbi* ἔργω, *formatur* ἑρξείω, Coërcere cupio.

Δάσασθαι *vide in* Δάζεσθαι.

Δασμοφόρος, ου, ὁ, ἡ, Tributarius, iii. 97. *a.* v. 106. *extr.* διέπεμπε ἐς τὰς ἑωυτοῦ δασμοφόρους πόλιας, vi. 48. *f.* προεῖπε τοῖσι ἑωυτοῦ δασμοφόροισι, vi. 95. *a. m.* Ἰωνίην πᾶσαν κατεστρέψατο δασμοφόρον εἶναι Πέρσῃσι, vii. 51. *a. m.* ἡ πᾶσα (χώρη) ἦν ὑπὸ βασιλῆα δασμοφόρος, vii. 108. *a.*

Δατέεσθαι, 1. Tribuere. τῶν θεῶν τῷ ταχίστῳ πάντων τῶν θνητῶν τὸ τάχιστον δατέονται, i. 216. *extr.* 2. Comedendi, Vescendi *notione legebatur olim* κυάμους οὔτε τρώγουσι οὔτε ἕψοντες δατέονται, ii. 37. *f. ubi nunc* πατέονται. *Sic et* δατέονται *præferunt probi codices* ii. 66. *a. m. ubi alii cum editis* πατέονται.

Δαψιλέως, Largiter, Abunde. *Vit. Hom.* 5. *f.*

Δαψιλὴς, έος, ὁ, ἡ, Largus. ἐδωρέετο αὐτὸν οὕτω δαψιλέϊ δωρεῇ, iii. 130. *f.*

Δὲ *particula*, 1. *In exceptione, quæ subjicitur Negationi, ponitur loco particulæ* πλὴν, Nisi, *aut* πλὴν ὅτι, Nisi quod. ἄλλῳ μέν νυν οὐκ ἐφράζετο ἔργῳ δυνατὸς εἶναι —, εἰ δ' ἑωυτὸν λωβησάμενος αὐτομολήσειε, iii. 154. *m. ubi* εἰ δὲ *idem valet ac* πλὴν εἰ, Nisi si. κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἀσθενέος δὲ ἐόντος *etc.* i. 143. *a. ubi* δὲ *idem valet ac* πλὴν ὅτι, Non aliam ob caussam, nisi quod *etc.* κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, φοβεόμενος δὲ *etc.* ix. 109. *m. f. id est*, πλὴν ὅτι ἐφοβεῖτο, Nisi quod metuebat. ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ ἔχω ἀποσημήνασθαι,—ὅτι δὲ *etc.* Nullo alio indicio confirmare possum,—nisi eo quod *etc.* ix. 71. *a.*

2. *Pleonastica quadam ratione ponitur* δὲ *particula initio apodoseos, repetita ex protaseos initio.* ἐπεὶ δὲ αὐτὸν εἴρετο ὁ Ἀστυάγης,—ὁ δὲ ἐξ ἑωυτοῦ τε ἔφη *etc.* Postquam vero ex eo Astyages quæsivit, —tum ille dixit, i. 116. *m.* ἢν δὲ μὴ ἔχων ὦτα φαίνηται, σὺ δὲ νόμιζε τῷ μάγῳ συνοικέειν, i. 69. *m.* ἐπεὶ δὲ—ἐδέοντο τῶν στρατηγῶν,—οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν, Quum vero—rogarent imperatores,—negarunt hi id se facturos, ix. 117. *a.* ὅσοι δὲ—ὁμόγλωσσοι τοῖσι Καρσὶ ἐγένοντο, τοῖσι δὲ οὐ μέτα, (*nempe* οὐ μέτεστι τοῦ ἱροῦ τοῦ Καρίου Διός.) i. 171. *extr.* ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἔσκον ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ *etc.* i. 196. *a. m. Sic et* iv. 66. *f. Similiter*, τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι—, τούτους δὲ *etc.* ix. 85. *m. ubi quidem vulgo* τούτους δὴ *legebatur, sed* τούτους δὲ *probati libri dederunt.*

3. *Etiam ubi in protasi non adest* δὲ *particula, adhibetur illa interdum in Apodosi, quando idem subjectum orationis in Apodosi est quod in protasi.* καὶ ἐπεὰν μὲν (ἡ λίμνη) ἐκρέῃ ἔξω, ἡ δὲ τότε *etc.* ii. 149. *f.* εἰ μὲν τοῖς Κορινθίοισι φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους (*id est*, εἰ οἱ Κορίνθιοι φίλοι ἦσαν τῶν Κερκυραίων), οἱ δὲ οὐκ ἂν συνελάβοντο *etc.* iii. 49. *a.* εἰ μὴ αὐτὴ (σὺ) Σμέρδιν γινώσκεις, σὺ δὲ παρὰ Ἀτόσσης πύθευ, iii. 68. *f.* τοῖσι (*Ion. pro* οἷσι) μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ,—οἱ δὲ *etc.* ii. 39. *m. Eadem intelligenda videtur orationis structura et ratio* i. 125. *m. ubi post* ἀπὸ Μήδων *non nisi leviter incidi debebat oratio:* καὶ τὰ μὲν αὐτέων (*Ionice pro* ἃ μὲν αὐτέων) ὁ Κῦρος συνάλισε καὶ ἀνέπεισε ἀπίστασθαι ἀπὸ Μήδων, ἔστι δὲ τάδε: Persarum, *inquit*, plures sunt gentes: quarum quas in concionem vocavit Cyrus et ad defectionem a Medis solicitavit, eæ hæ sunt: *quæ deinde enumerantur.*

4. δὲ *particula sub initium orationis posita, nonnumquam post interjectam parenthesin, ita repetitur, ut Latino sermone commodissime per verbum* Inquam, *aut per conjunctionem* Igitur, *reddi possit.* χρόνου δὲ ἐπιγινομένου, καὶ κατεστραμμένων σχεδὸν πάντων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ οἰκημένων· πλὴν γὰρ—Παμφυλοι· κατεστραμμένων δὲ τούτων *etc.* i. 28. *a. et* 29. *a.* ἡ δὲ μήτηρ Φερετίμη, τέως—κακὸν, ἡ δὲ εἶχε αὐτὴ *etc.* iv. 165. *a.* δεύτερά σφι λέγουσι τάδε,—λέγουσι δὲ αὐτοῖσι ταῦτα Ξέρξης ἔφη, vii. 136. *m. et f. ubi vide*

Not. πειθομένοισι δὲ ταῦτα Ἀθηναίοισι, καὶ λέγουσι "Ὦναξ — τελευτήσωμεν" ταῦτα δὲ λέγουσι ἡ πρόμαντις χρᾷ δεύτερα τάδε, vii. 141. *a. et m. Eodem pertinere videtur* i. 127. *a.* ἐκ δὲ τοῦ κόλπου τοῦ Ἰονίου Ἀμφίμνηστος, Ἐπιστρόφου, Ἐπιδάμνιος· οὗτος δὲ ἐκ τοῦ Ἰονίου κόλπου, Hic igitur (*vel* Hic, inquam,) ex Ionio sinu.

Δέειν, (Δέω, δήσω, δέδεκα) Ligare, Vincire. τοὺς χαλινοὺς ἐκ πασσάλων δέουσι, Frena paxillis (ad paxillos) adligant, et ex eis suspendunt, iv. 72. *f.* (*conf.* Ἐκδέειν.) ἐς πέδας δήσαντες (αὐτοὺς), Compedibus eos vincientes, v. 77. *m.* ἔδησαν αὐτὸν ἐπὶ θανάτῳ, ix. 37. *a.* συλλαβών σφεας ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ (*scil.* δέσιν,) iii. 119. *a. N.* αἱ πέδαι ἐν τῇσι ἐδεδέατο, (*Ion. pro* ἐδέδεντο) Compedes quibus vincti erant, i. 66. *f.* v. 77. *m.* οἱ μὲν δὴ ἐδεδέατο, iii. 143. *m.* δεθέντος δὲ τοῦ Σκύλακος, v. 33. *m.* δεδεμένοι, iii. 39. *extr. ubi* δεδεσμένοι *præfert noster cod. Pb.*

Δέειν, *contracte* Δεῖν, *fut.* δεήσειν, *quasi præsens* δέειν *per syncopen ex* δεέειν *esset formatum: In Accusativo non nisi Impersonaliter usurpatur, significatque.*

1. Oportere, Debere; *ut* εἰ πάντως ἔδεε πολεμεῖν, vii. 9, 2. *m.* ἑτέρας νῆας ἔδεε προσναυπηγέεσθαι, vii. 144. *f.* ἐπεί σφεας ἔδεε μάχῃ διακριθῆναι, ix. 58. *a. m. Hoc sensu, auctore Valckenario,* i. 155. *extr. correxi* ἐμοὶ—μελήσει τὰ δεῖ ποιεῖν, *pro eo quod olim erat* τάδε ποιεῖν. *Hinc derivatum* particip. δέον *vide infra suo loco. Imperfectum* ἔδεε, Oportebat, Debuit, *ita usurpare amat Herodotus ut significet* Hoc erat in fatis, In fatis erat ut hoc fieret. οὐ γὰρ ἔδεε Ναξίους ἀπολέσθαι, v. 33. *a.* ἔδεε ἀνάπυστα γενόμενα ταῦτα καταπαῦσαι *etc.* vi. 64. *a.* ἐπεί τε δὲ ἔδεέ οἱ κακῶς γενέσθαι, iv. 79. *a.* ix. 109. *a. m.* ἔδεε κατὰ τὸ θεοπρόπιον πᾶσαν τὴν Ἀττικὴν γενέσθαι ὑπὸ Πέρσῃσι, viii. 53. *a. Conf.* Δέον.

2. Abesse, Deesse, *ea sententia qua dicitur* πολλοῦ δεῖ, Multum abest. ἢν μὴ τῶν σῶν δεήσῃ, Nisi tu mihi defueris; *proprie,* Nisi ea, quæ tuarum sunt partium, mihi defuerint, iii. 155. *m.* τοῦ πλεῦνος αἰεὶ ἔδεε, Semper major pars (*itineris*) adhuc deerat, *i. e.* nondum confecta erat, iv. 43. *m. Conf.* Ἐπιδέειν.

3. *Huic usui verbi* δεῖ *adfinis ille est quo dicimus* δεῖ μοι τούτου, Hoc mihi deest, *id est,* Hac re indigeo, Hac re mihi opus est. *Cujus ex formulæ analogia* v. 38. *extr.* (*ubi legitur* ἔδεε γὰρ δὴ συμμαχίης τινός οἱ μέγαλης ἐξευρηθῆναι) satis fuerat dicere ἔδεε—μεγάλης, *et prorsus abundans videri possit verbum* ἐξευρηθῆναι, *nisi aut subintelligas* ὡς *aut* ὥστε ἐξευρηθῆναι, *aut statuas duas diversas verbi* δεῖ *constructiones in unam esse confusas; alteram hanc,* ἔδεε γάρ οἱ συμμαχίης τινὸς μεγάλης, *alteram hujusmodi,* ἔδεε συμμαχίην μεγάλην ἐξευρηθῆναί οἱ. *Nec vero solicitari librorum scriptura debuit. Certe similiter dictum habes apud Æschylum,* Prometh. vs. 876. μακροῦ λόγου δεῖ ταῦτ' ἐπεξελθεῖν τορῶς: *nempe* ὥστε ἐπεξελθ. τορῶς: *Simillimum item istud Platonis ex Repub. libro* v. *ab H. Steph. et Budæo citatum,* ὡς σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων.

Passivum Δέεσθαι, 1. Indigere, Cupere, Desiderare. μετρίων δεομένῳ, Modica desideranti, iv. 84. *a.* ἐδέοντο δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ, Vehementer eum desiderabant, Cupiebant eum sibi adjungere, ix. 35. *a.* ἐπεὰν δέωνται χρᾶσθαι αὐτοῖς, Quando illis cupiunt uti, ii. 173. *m.*

2. Rogare, Orare, Petere ab aliquo. ἐδεήθη Δαρείου, ἕνα αὐτῷ καταλειφθῆναι, iv. 84. *a.* δεόμενος Πολυκράτεος πέμψαι ἑωυτῷ στρατὸν, iii. 44. *b.* δέεσθαι (*scil.* αὐτέων) τὴν ταχίστην βοηθέειν, i. 81. *f.* δεόμενος (*nempe* αὐτῶν) Κροίσῳ βοηθέειν, i. 83. *a.* καί σευ δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων, Et te rogo (te oro) ne petas (ne postules) illicita, i. 8. *extr.* ἐδεήθη (*scil.* αὐτοῦ) ὡς καὶ παρ' ἑωυτὸν πέμψας δέοιτο στρατου, Rogavit eum ut etiam ad se mitteret et copias peteret, iii. 44. *a.* οἷα κάρτα δεόμενος, viii. 59. *m. possis perinde aut* quippe enixe flagitans *interpretari, nempe* Enixe rogans duces ut rescinderent decretum ante captum; *aut* quippe vehementer cupiens, *nempe* irritum reddere superius decretum, διαχέαι τὰ βεβουλευμένα, *ut ait Noster cap.* 57. *f.*

3. *Vexatus locus est* iv. 11. *a. m. N.* τὴν τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον κινδυνεύειν; *ubi in verbo* δεόμενον *hærent Interpretes; nec tamen obscura sententia est hujusmodi,* Neque necesse esse adversus plures adire periculum. *Nec vero cum Larchero aut cum Corayo* (*apud eumdem Larcherum*) *statuendum fuerit, in isto verbo* δεόμενον, *quum præcesserit vocab.* πρῆγμα *tautologiam inesse; quam tautologiam ferendam Corayus judicavit, Larcherus autem, illa offensus, delendum verbum* δεόμενον *censuit. Quin potius videndum, ne hoc loco plena locutione usus sit Herodotus pro elliptica quam alibi usurpavit. Nempe quum alias apud Scriptorem nostrum* (i. 79. *a.* 207. *a.* vii. 12. *a.*) *hæc formula,* πρῆγμά ἐστι (οὐ πρῆγμά ἐστι) τοῦτο ποιεῖν, *significat* Necesse est (Non necesse est) hoc facere; *videtur subintelligendum* πρῆγμα δεόμενόν ἐστι, Res debita (necessaria) est hoc facere; *aut* Res desiderat (petit, requirit) ut hoc fiat. *Denique, etiam si* δεόμενον *non ad præcedens* πρῆγμα *referretur, ne sic quidem*

statuendum foret, tautologiam ῥήσει *isti inesse; sed, vel sic, locum suum commodissime tueri hoc verbum potuerit, et* δεόμενον *idem ac* δέον *valuerit.*

Δείδειν, *sive* Δείειν, *fut.* δείσειν, Timere, Metuere. *Absolute positum verbum:* δείσας ᾤχετο φεύγων. *Sequente* μὴ *particula:* οὐ γὰρ ἔδεισα μὴ ἑσσωθέωμεν, iv. 97. *m.* δείσας μὴ *etc.* iii. 135. *f. Seq. Accus.* δείσας τὸ μῆκος τοῦ πλόου, iv. 43. *a.* δείσαντα τὴν τίσιν, i. 86. *f.* δεδοικὼς τὴν ὄψιν, i. 107. *b. Seq.* περὶ *cum Genit.* δείσας περὶ ἑωυτοῦ, μή μιν ἀποκτείνας ὁ ἀδελφεὸς ἄρχῃ, Sibi (De se) timens, iii. 30. *m. f. Seq.* περὶ *cum Dativo:* δείσας περὶ τοῖσι Ἕλλησι (Metuens Græcis) μὴ οὐ δυνέωνται τὸν βάρβαρον ὑπερβαλέσθαι, vii. 163. *a. N.*

Δείκηλον, τὸ, Imago, Species, Simulacrum. τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς ποιεῦσι, τὰ καλέουσι μυστήρια, ii. 171. *a.*

Δεικνύειν *et* Δεικνύναι, Monstrare, Ostendere. δεικνύασι παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα, ii. 86. *a.* οἱ δὲ τῷ βασιλέϊ δεικνύασι ἑωυτοὺς, iii. 119. *a.* δεικν. ἐς τὶ *vel* ἐς τινὰ, Digito monstrare, Digitum intendere. ἅμα τε ἔλεγε ταῦτα καὶ ἐδείκνυε ἐς τὸν Βάττον, iv. 150. *f.* δεικνὺς ἐς τὴν γῆς περίοδον τὴν ἐφέρετο ἐν τῷ πίνακι ἐντετμημένην, v. 49. *m.* δεικνύντα ἐς ἑκατέρην τοῦ δείπνου τὴν παρασκευὴν, ix. 82. *f.*

Aor. 1. Δέξαι (*Ion. pro* δεῖξαι.) *Sic* δέξαι ἕκαστα *cum Aldo agnoscunt probati libri* iii. 134. *f. ubi quidem alii* δεῖξαι *præferunt. In* δεῖξαι *vero cum edd. vett. bis consentiunt scripti libri omnes* vi. 61. *f. ubi nulla necessitas urgebat ut* δέξαι *corrigeretur. Vide ibi Var. Lect. In compositis quidem plerumque exsulat iota,* ἀποδέξας, ἐπιδέξας, διέδεξαν, καταδέξας. *Tamen etiam in* ἐπιδεῖξαι vi. 61. *f. consentiunt veteres libri omnes.*

Δείλη, ἡ, Vespera. περὶ δείλην, Sub vesperam, ix. 101. *m. ubi opponitur* πρωῒ ἔτι τῆς ἡμέρης. περὶ δείλην πρωΐην, *non,* Circa matutinum crepusculum *aut* Circa diluculum, *ut cum aliis Portus vertit; sed,* Post meridiem, Hora pomeridiana, viii. 6. *a. N.* δείλην ὀψίην γινομένην φυλάξαντες, Exspectantes illius diei vesperam, Sub occasum solis, viii. 9. *b.*

Δειλὸς, ἡ, ὸν, Timidus. *De animalibus,* ὅσα μὲν ψυχὴν δειλὰ, iii. 108. *a.*

Δεῖμα, τος, τὸ, *i. q.* φόβος, Metus. Κλεομένεα δεῖμα ἔλαβε Σπαρτιητέων, vi. 74. *a.* χρηστήρια ἐς δεῖμά σφεας βαλόντα, vii. 139. *f.* ἐν δείματι μεγάλῳ κατεστεῶτες, viii. 36. *a.* ἐς δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλῆα, viii. 118. *m.* δείματος μεγάλου ἐπικρεμαμένου (αὐτοῖς), ix. 33. *f.*

Δειμαίνειν, Metuere, Timere. *Cum Accus. ut* τὴν Περσέων δύναμιν, i. 159. *a.* τὸν θάνατον, iv. 164. *m.* τοῦτον, viii. 103. *m. f.* τὸ ἀπὸ Ξέρξεω, viii. 15. *a. Sequente* μὴ *particula,* i. 165. *a.* v. 16. *m.* viii. 68, 3. *Cum Præpos.* περί. περὶ ἑωυτῷ δειμαίνοντα, iii. 35. *f.* περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες, viii. 74. *a.* περὶ αὐτῷ τῷ Ξέρξῃ, viii. 99. *f.* περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ix. 73. *m. Cum* ὑπὲρ *Præpositione:* δειμαίνω ὑπὲρ ὑμέων, viii. 140. *f.*

Absolute ponitur iv. 136. *f.* δειμαίνοντες ἐμένετε, Metu mansistis. δειμαίνων, iii. 72. *m. ubi quidem* ἡμᾶς *subintelligitur.* καίπερ δειμαίνοντες (*nempe* δέχεσθαι), ὅμως ἐδέκοντο, iii. 51. *extr. Vitiose olim legebatur* δειμαινούσης οἱ τῆς στρατιῆς, vi. 28. *m. pro* λιμαινούσης.

Conf. Ὑπερδειμαίνειν *et* Ὑποδειμαίνειν.

Δειματοῦν, *i. q.* φοβεῖν, Timorem incutere, Terrere. ἐδειμάτου τοὺς Ἴωνας, vi. 3. *extr.*

Δεῖν, *vide supra in* Δέειν.

Δεινολογέεσθαι, (*i. q.* δεινὸν ποιεῖσθαι) Graviter ferre, Lamentari. Κροῖσος μᾶλλόν τι ἐδεινολογέετο (τὸν τοῦ παιδὸς θάνατον) ὅτι μιν ἀπέκτεινε *etc.* i. 44. *a. Hoc verbum, ut Herodoteum, adnotavit Pollux* ii. 124.

Δεινὸς, ἡ, ὸν, 1. Acer. ἀνὴρ δεινός τε καὶ σοφὸς, Vir acri ingenio et multæ scientiæ, Acer (Solers) et callidus, v. 23. *a. m. Ubi de Re agitur, commode* Validus, Vehemens, *redditur; ut* δεινὸς ἵμερος, Vehemens cupido, ix. 3. *a.*

2. Durus, Dirus, Sævus. ἀνὴρ δεινὸς καὶ ἀτάσθαλος, ix. 116. *a. Et in Neutro genere:* Δαρείῳ δεινὸν ἐδόκεε εἶναι *seq. Infin.* Durum, Grave, Indignum, Non ferendum videbatur Dario, i. 187. *m. Eodem referri potest formula,* δεινὸν *vel* δεινὰ ποιεῖσθαι, *de qua mox.*

Ἐπεῖναι, (*ab* Εἰμὶ, Sum,) 1. Insuper, Præter cæteros esse *vel* adesse. πεντήκοντα μυριάδες καὶ μία, χιλιάδες τε ἔπεισι ἐπὶ ταύτῃσι ἑπτὰ, vii. 184. *m. Similiter* vii. 185. *f.*

2. Præesse, Præfectum esse. καί σφι ἐπῆν στρατηγὸς Κλεόμβροτος, viii. 71. *a. m.* ἐπῆσαν ἑκάστοισι ἐπιχώριοι ἡγεμόνες, vii. 96. *a.* ἔπεστί σφι δεσπότης, νόμος, vii. 104. *m. f.*

3. In *vel* super *aliqua re* esse. ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐπεόντων συχνῶν Περσέων, viii. 118. *m.* Ἅλυς ποταμὸς, ἐπ' ᾧ πύλαι ἔπεισι, Halys fluvius, Super quo (*vel* Super quem) porta est, v. 52. *a.* ἐν τῇ αἱμασιῇ ἐπῆσαν, In maceria Inerant portulæ, i. 180. *f.* τὸ παλαιὸν πύλαι ἐπῆσαν (ἐν τῷ τείχεϊ) Inerat olim porta in muro, vii.

176. *m. Eodem referri possunt locutiones quædam, in quibus* Ἐπεῖναι *pro simplici verbo* εἶναι *positum videri poterat.* τῶν ἄλλων πλοίων διαφθειρομένων οὐκ ἐπῆν ἀριθμὸς, Non erat (*vel,* Non inerat) numerus, vii. 191. *a. sive, quod* Iniri non potuerit numerus, *sive quod* Initus non fuerit, *quam in sententiam* ix. 32. *f. ait,* οἶδε οὐδεὶς ἀριθμὸν, οὐ γὰρ ὧν ἠριθμήθησαν. *Quare* οὐκ ἐπῆν ἀριθμὸς *reddi fortasse debebat,* Non exstabat (Non constabat) numerus. *Similiter* Ταραντίνων οὐκ ἐπέην ἀριθμὸς, vii. 170. *f. In oraculo quod legitur* vi. 86, 3. *habes* οὐδ' ἔπι (*pro* ἔπεισι *aut* εἰσὶ αὐτῷ) χεῖρες, οὐδὲ πόδες, Non sunt ei manus nec pedes.

Ἐπεῖναι, Adire, *vide* Ἐπιέναι *ab* εἶμι, Eo.

Ἐπεῖναι, (*Ion. pro* ἐφεῖναι) *ab* Ἐφίημι, *vide infra in* Ἐπιέναι.

Ἐπείνυσθαι, (*Ion. pro* ἐφέννυσθαι) *i. q.* ἐνδύεσθαι *vel* ἐπενδύεσθαι, Induere, Superne induere. ἐκ τῶν ἀποδερμάτων χλαίνας ἐπείνυσθαι ποιεῦσι, Ex detractis pellibus lænas, quas Induunt, conficiunt, iv. 64. *m. f.*

Ἐπειρέεσθαι, *i. q.* ἐπείρεσθαι, (*Ion. pro* ἐπερωτᾷν *et* ἐρωτᾷν) Interrogare, Sciscitari. *Hinc Particip.* ἐπειρεόμενος, iii. 64. *f.* (*ubi quidem plures codd.* ἐπειρόμενος *præferunt:*) *et Futur.* ἐπειρησομένους i. 67. *m. ubi olim* ἐπερησομένους. *Conf.* Ἐπέρεσθαι.

Ἐπείρεσθαι, *i. q. præcedens, et magis frequentatum.* τὸν θεὸν ἐπείρεσθαι, i. 19. *f.* ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθε, i. 30. *m. Eumdem Infinit. habes* i. 86. *m.* 90. *a.* 91. *m.* iv. 9. *a. Imperf.* ἐπείρετο ὅ τι σιτέεται ὁ βασιλεὺς, iii. 22. *m.* vii. 101. *a.* viii. 88. *m.* ὁ δέ μιν ἐπείρετο, iii. 130. *m. Subjunct.* πρὶν ἂν ἐπείρηται, i. 97. *f. Particip. præs.* ἐπειρόμενοι ix. 11. *f. Partic. fut.* ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς ἐπειρησομένους, iv. 161. *a.* vii. 148. *a. tamquam ab* Ἐπειρέεσθαι, *quod vide.*

Ἐπειρύεσθαι, (*Ion. i. q.* ἐπερύεσθαι) Super se attrahere. ἐπειρυσάμενος τὴν λεοντῆν, Adducens super se pellem leoninam, Tegens se pelle leonina, iv. 8. *f.*

Ἐπειρωτᾷν *et* Ἐπειρωτέειν, *i. q.* ἐπείρεσθαι *et* ἐρωτᾷν, Interrogare. ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾷν τὰ χρηστήρια, i. 53. *a.* ἐπειρωτᾷς (με) ἀνθρωπηΐων πρηγμάτων πέρι, i. 32. *a.* καὶ νῦν ὑμέας ἐπειρωτᾷ, i. 53. *m. Imperf. sing.* ἐπειρώτα λέγων τάδε, i. 11. *f. ubi quidem* ἐπηρώτα *habent alii, ut passim alibi.* ἐπειρώτα δὲ τάδε, i. 55. *a.* ταῦτα ἐπειρώτα, i. 30. *f.* v. 124. *extr. Plural.* οἱ μὲν ταῦτα ἐπειρώτεον, i. 47. *m.* i. 53. *m. f. ubi alii* ἐπηρώτων, *alii* ἐπειρώτων *præferunt.* ἐπεί τε ἐπειρώτευν τοὺς προφήτας, ix. 93. *f. ubi nonnulli* ἐπειρώτων, *unus codex* ἐπηρώτευν. *Particip.* ἐπειρωτέον ας i. 47. *a.* ἐπειρωτῶν ἑκάστας (νέας), Sciscitans de Singulis navibus, vii. 100. *m.*

Ἐπειρώτημα, τὸ, Interrogatio, Quæstio proposita. ὁ δὲ ἀλγήσας τῷ ἐπειρωτήματι, vi. 67. *m.*

Ἐπειρώτησις, ιος, ἡ, Interrogatio, Ipsa interrogandi actio. τὴν ἐπειρώτησιν ταύτην ἄρξειν μυρίης κακότητος, vi. 67. *f.* μετὰ τὴν ἐπειρώτησιν τῶν χρησμῶν, ix. 44. *a.*

Ἔπειτα, *vide in* Ἔπειτεν.

Ἐπεί τε, *i. q. nudum* ἐπεὶ, Postquam, *redundante et prorsus abundante* τε *particula, monente Gregor. Dialect. Ion.* §. 26. *et ibi Kœn.* ἐπεί τε δὲ ἐς τὴν Κύρνον ἀπίκοντο, i. 166. *a. Sic* i. 165. *a.* 196. *f.* 200. *m.* 202. *a. et alibi frequentissime. In oratione obliqua construitur cum Infinitivo.* ἐπεί τε δὲ οὐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν, οὕτω δὴ *etc.* i. 94. *f. Conf.* Ἐπεί.

Sed vitiose olim ἐπεί τε *legebatur* i. 146. *f. et* ii. 52. *a. ubi cum Reizio* ἔπειτεν *correximus, quod Nostro idem sonat ac* ἔπειτα, Postea. *Vide Var. Lect. ad* i. 146, 20. *et ad* ii. 52, 7. (*nisi forsan* ἔπειτε, *una voce antepenacuta, scriptum olim his in locis fuerat, quod idem ac* ἔπειτεν *et* ἔπειτα *valuisset.*) *Vicissim, pro vulgato* ἔπειτα ix. 93. *f. corrigendum* ἐπεί τε *censui. Vide Var. Lect. et Not. ad* ix. 93, 22.

Ἔπειτεν (*et* Ἔπειτε) *pro* Ἔπειτα *usurpasse Herodotum monuit Ælius Dionysius apud Eustathium, cujus verba supra sub voc.* Εἶτεν *adposuimus. Sed nusquam (quod quidem vel adnotaverim, vel nunc meminerim) servata a librariis nostris ista vocabuli forma est, sed constanter vel in* ἔπειτα *vel in* ἐπεί τε *mutata. Et* ἔπειτα *quidem subinde (veluti* iii. 72. *f.* ix. 33. *m. f.) tenuere Editores omnes; alibi (ut* ix. 98. *f.) mutarunt Schæf. et Borh. cum Reiz. Eis autem locis, ubi pro* ἔπειτα *vulgo* ἐπεί τε *scribebatur,* (i. 146. *f. et* ii. 52. *a.*) *quam scripturam etiam codex Arch.* ix. 98. *f. tenuit; his igitur in locis, ut paulo ante sub voc.* ἐπεί τε *monui, videtur* ἔπειτε *antepenacute scriptum oportuisse, et hæc ibi vera fuerit scriptura, quam eamdem ipsam noster cod. F.* ii. 52. *servavit. Quemadmodum promiscue* ἔμπροσθεν *et* ἔμπροσθε, ὄπισθεν *et* ὄπισθε, *usurpat Herodotus, sic nil vetat quo minus et* ἔπειτεν *et* ἔπειτε *perinde ab eodem usurpatum fuisse credamus. Pro* ἔπειτεν, *quod* vii. 219. *a. posuimus, vide quæ supra sub voc.* Ἐπεὶ *monuimus.*

Ἐπέκεινα, Ultra. θάλασσά ἐστι τὰ ἐπέκεινα Εὐρώπης (*scilicet* μέρη), iii. 115. *f.*

Ἐπελαύνειν, 1. Ducere *exercitum* contra. ἐπήλασε τὴν στρατιὴν (τῷ τείχεϊ), i. 164. *a.* ἐπελάσας (τὴν δύναμιν) ἐπὶ Βαβυλῶνα, iii. 151. *a.* ἐπελαύνων (*nempe* τὴν στρατιὴν τῇ Μιλήτῳ) ἐπολιόρκεε τὴν Μίλη-

τον, i. 17. *a.* 2. *Neutraliter*, Advehi. τρεῖς νῆες ἐπέλασαν (*i. q.* οἱ βάρβαροι ἐπέλασαν τρεῖς νῆας) περὶ τὸ ἕρμα, vii. 183. *a.* 3. *Rursus Active*, ἐπελαύνειν τινὶ ὅρκον, Jurejurando aliquem Adstringere. σφίσι αὐτῇσι ὅρκους ἐπήλασαν, i. 146. *f.* ἐπὶ τούτοισι ὅρκους ἐπήλασαν, *nempe* ἀλλήλοις, vi. 62. *m.*

Ἐπέλκειν, Post se trahere *vel* ducere. ἐκ τοῦ βραχίονος ἐπέλκουσα τὸν ἵππον, v. 12. *m. et f.* ἐπέλκειν τὰς μακρὰς οὐρὰς, iii. 13. *a. ubi de ovibus Arabiæ.*

Ἐπέλκεσθαι, Morari in itinere, Segnius sequi. τοὺς ὑπολειπομένους καὶ ἐπελκομένους ἐφόνευον, iv. 203. *f.* ἐπελκομένους κου (*sic scribo pro vulgato* οὐκ) ὁμοῦ ἀμφοτέρους, Morantes, Segnius sequentes subinde (*vel* passim) simul ambo, iii. 105. *m. f.*

Ἐπεξέρχεσθαι, *proprie* Adversus (aliquem) egredi, Persequi. (*conf.* Ἐπεξιέναι.) *Inde translata notione* ἐπεξελθεῖν *in Vit. Hom. cap.* 1. *a. vulgo interpretantur* Referre, *nempe, quod Latine etiam dicitur*, Oratione persequi (*conf. Thucyd.* iii. 67.) *Sed, quod ait ibi Pseudo-Herodotus*, ζητήσας ἐπεξελθεῖν (*scil.* περὶ Ὁμήρου γενέσιος καὶ βιοτῆς) εἰς τὸ ἀτρεκέστατον, *id videtur ille in eam dixisse sententiam in quam Thucydides* i. 22. *ait*, ὅσον δυνατὸν ἀκριβείᾳ περὶ ἑκάστου ἐπεξελθὼν, *ubi* ἐπεξελθὼν *recte Scholiastes interpretatur* ἐρευνῶν, Pervestigans, *nempe* Veritatem persecutus.

Ἐπεξῆς, (*Ion. pro* ἐφεξῆς) τρεῖς ἡμέρας ἐπεξῆς, Per tres continuos dies, ii. 77. *a.* ἐπεξῆς ἵζοντο, Ordine sedebant, v. 18. *f.* viii. 67. *f.* θέντες ἐπεξῆς, vii. 36. *f.*

Ἐπεξιέναι, *ab* ἐπέξειμι, 1. Egredi contra *aliquem.* πολλῷ μᾶλλον ἐπεξῄισαν ἐς τὸ εὐρύτερον, vii. 223. *m.* 2. *Hinc* Persequi, Ulcisci. θεοῖσι συμμάχοισι πίσυνοί μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι, viii. 143. *m. f. ubi Præsens notione Futuri.*

Ἐπέπειν, *i. q.* Ἕπεσθαι, Sequi *ducentem.* θεός τε οὕτω ἄγει, καὶ ἡμῖν πολλὰ ἐπέπουσι συμφέρεται ἐς τὸ ἄμεινον, vii. 8. 1. *m. Conf.* Ἐπισπέσθαι.

Ἐπέρχεσθαι, 1. Venire super *aliquid ; itaque, ubi de Fluvio agitur exundante*, Inundare, Tegere *terram.* ἐπέρχεται ὁ Νεῖλος, ἐπεὰν πληθύῃ, τὸ Δέλτα, ii. 19. *a.* (*Similiter* τὴν Αἴγυπτον ἐπιὼν, ii. 18. *f.*) 2. Supervenire, Advenire. ἐπὴν τάχιστα νὺξ ἐπέλθῃ, Simul ac adfuerit (ingruerit) nox, iv. 134. *m. f. N. ubi nude* ἔλθῃ *olim.* νὺξ ἐπελθοῦσα, vi. 2. *a.* viii. 11. *m. f.* στρατοπεδευομένοισι ἐπῆλθε ὁ ναυτικὸς στρατὸς, vi. 95. *a. ubi mox* παρεγένοντο, *eadem notione.* Ἀθηναίοισι ἐπῆλθον βοηθέοντες Πλαταιέες, vi. 108. *a.* 3. Adire. ἐπελθὼν ἐπὶ τὸν δῆμον, Adiens populum, In concionem populi progressus, v. 97. *a.* ἐπελθόντες ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους, ix. 7. *a.* ἐπῆλθον ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους, ix. 11. *a. Sic* ἐπελθεῖν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον, vii. 148. *ubi olim* ἐσελθεῖν. 4. Accidere, Incessere. καί οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν, vi. 107. *m.* ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθε, i. 30. *m. ubi olim* με, *ne id quidem male ; nam citra controversiam cum Accusativo constructum idem verbum habes* ii. 141. *m.* ὀλοφυρόμενον δ' ἄρα μιν ἐπελθεῖν ὕπνον, Lamentanti ei obrepsisse somnum. *Quare etiam* vii. 46. *a. m. ferri potuisset vulgatum olim* ἐπῆλθέ με κατοικτεῖραι, *nisi ibi* ἐσῆλθε *postulasset potiorum omnium librorum consensus.*

Ἐπερωτᾷν, *vide* Ἐπειρωτᾷν. *In Imperf. passim olim* ἐπηρώτα *edebatur, ubi Ionicam formam* ἐπειρώτα *alii libri dederunt. Sic et* Ἐπερωτήματι *olim legebatur* vi. 67. *m. pro* Ἐπειρωτήματι.

Ἕπεσθαι, Sequi *ducem.* ἤν οἱ ἕπωνται, vi. 132. *b.* ἑπομένους βασιλέϊ, viii. 66. *m.* ἅμα τῷ ναυτικῷ ἕψεται καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς, viii. 60, 1. οὐκ ἔφασαν Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, viii. 2. *f.*

[Ἐπέσπεσθαι, *vide* Ἐπισπέσθαι.]

Ἐπεστραμμένα, *vide* Ἐπιστρέφειν.

Ἐπεσφέρεσθαι, Incidere, Proponi. ἐπὶ τῷ αἰεὶ ἐπεσφερομένῳ πρήγματι, Super quaque re quæ incidit, quaque re proposita, vii. 50, 1.

Ἐπέτειος *et* Ἐπέτεος, ου, ὁ, ἡ, Annuus. τὴν βύβλον τὴν ἐπέτειον γινομένην, Papyrum quæ quotannis nascitur, ii. 92. *m. f.* φόρων πρόσοδον τὴν ἐπέτεον, Annua tributa, iii. 89. *m.* θυσίῃσι ἐπετείῃσι ἱλάσκονται τὸν Πᾶνα, vi. 105. *f.* τροφὴν ἕξειν τὸν ἐπέτειον καρπὸν, viii. 108. *f.*

Ἐπευρίσκειν, Reperire, Deprehendere. φοβεόμενος μὴ οὕτω ἐπευρεθῇ πρήσσων, ix. 109. *f.*

Ἐπέχειν *variis modis usurpatur apud Nostrum, significatque* 1. Occupare *locum aliquem vel spatium quoddam*, Obtinere, Sub se (in sua potestate) habere. τὴν ἄμπελον ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν, i. 108. *a.* τῆς ἐλαίης τοὺς κλάδους γῆν πᾶσαν ἐπισχεῖν, vii. 19. *a.* οἱ Σκύθαι τὴν Ἀσίην πᾶσαν ἐπέσχον, i. 104. *f.* ὁκόσα ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον, viii. 32. *f.* ὅσα ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα ἐσιναμώρεον, viii. 35. *a. Sed et Negotium quoddam dicitur* ἐπέχειν τινὰ, Occupare aliquem. *Sic* ἡ ὀπώρη (Collectio fructuum) ἐπ' ὀκτὼ μῆνας Κυρηναίους ἐπέχει, per octo menses Occupat Cyrenæos, iv. 99. *f. Denique Res quæpiam dicitur* ἐπέχειν, *verbo absolute posito, sicuti Latine dicimus* Hæc res Obtinet, Locum habet. *Sic* ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ, ii. 96. *m. interpretatus sum* Nisi secundus idemque validus Obtineat ventus : *nam quod* ἐπέχῃ *ibi vulgo* Ingruat *vertunt, quod Schneiderus intelligit*

tamquam qui Propellat navem, *id vereor ne ibi non fuerit in mente Scriptoris.*

2. ἐπέχειν, In oculis *vel* in animo habere, Tendere aliquo *aut* adversus aliquem, *et similia.* ἐπεῖχε ἐπὶ Λακεδαιμονίους τε καὶ Τεγεήτας μούνους, Ἀθηναίους γὰρ ὑπὸ τῶν ὄχθων οὐ κατεώρα, Lacedæmonios et Tegeatos solos In oculis habuit, Adversus hos solos Tetendit, Sese direxit ; Athenienses, obstantibus clivis, non conspexerat, ix. 59. (*olim* 58.) *m. In re Tactica,* ἐπέχειν τινὰ *sonat,* Contra aliquem in acie locatum esse, Recta sibi oppositum illum habere. *Sic* ix. 31. *a.* Μαρδόνιος κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους, Persas locavit ex adverso Lacedæmoniorum ; sed quoniam Persarum longe major erat numerus quam Lacedæmoniorum, Persæ etiam ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας, Tegeatis oppositi stabant. *Similiter mox ibidem,* Medi, qui proximi Persis erant locati, ἐπέσχον Κορινθίους, ex adverso Corinthios habebant : *et* Bactrii, Medis proximi, ἐπέσχον Ἐπιδαυρίους, adversus Epidaurios directi stabant, *et cet.*

Ad Mentem sive Animum relatum verbum Ἐπέχειν *significat* In animo habere, Cogitare, Sibi proponere. τῷ (ἱππικῷ) ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδὸς, i. 80. *f. N.* ἐπ' οὓς ἐπεῖχε στρατηλατέειν αὐτὸς, i. 153. *m.* ἐπὶ ταύτην πρώτην ἐπεῖχον στρατεύεσθαι οἱ Πέρσαι, vi. 96. *a. N.*

Lib. vi. 49. *m. idem verbum habent probi quidam codices et editiones nonnullæ:* Ἀθηναῖοι δοκέοντες ἐπὶ σφίσι ἐπέχοντας τοὺς Αἰγινήτας δεδωκέναι (γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ), Putantes hostili in ipsos Animo dedisse Æginetas terram et aquam Dario; Rati adversus se Tendere illud Æginetarum factum : *ubi nos quidem cum aliis simplex verbum,* ἐπὶ σφίσι ἔχοντας, *eamdem in sententiam prætulimus.*

3. Ἐπέχειν, *scil.* ἑαυτὸν, Continere, Retinere sese. πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχέειν (*scil.* χρὴ) μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, i. 32. *f.* οὐκ ἐπισχήσω (ἀποδέξασθαι τὴν ἐμὴν γνώμην), Non retinebor *metu* quin meam edam sententiam, vii. 139. *a.* λέγειν μιν ἐκέλευε τὰ βούλεται, μηδὲ ἐπισχεῖν τοῦ παιδίου εἵνεκα, v. 51. *a. m. Sic* Continere se ab abeundo *vel* a progrediendo, Inhibere suum iter, *adeoque* Subsistere, Morari, Manere. ἐπισχὼν ὀλίγον χρόνον, Breve tempus moratus, i. 132. *f.* ἐπισχόντες ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέσου ἡμέρης, τὸ ἀπὸ τούτου ἔπλωον *etc.* viii. 23. *f.* ἐπισχόντες ἡμέρας τρεῖς, ἔπλωον δι' Εὐρίπου, viii. 66. *a.* ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας, ἐξέλαυνον ἐς Βοιωτοὺς, viii. 113. *a.* ταῦτα εἴπας τε καὶ ἐπισχὼν χρόνον, —ἀπαλλάσσετο ὀπίσω, ix. 49. *a. Similiter* Retinere se ab agendo, a negotio quodam suscipiendo ; Abstinere et in aliud tempus Differre. εἰ μέν νυν δοκέει, αὐτίκα πειρώμεθα τῆς Πελοποννήσου· εἰ δὲ καὶ δοκέει ἐπισχεῖν, παρέχει ποιέειν ταῦτα, viii. 100. *m.* ἐπισχόντας ἀπὸ τοῦ Αἰγινητέων ἀδικίου τριήκοντα ἔτεα, τῷ ἑνὶ καὶ τριηκοστῷ—ἄρχεσθαι τοῦ πολέμου, v. 89. *m.* (*ubi verba* ἀπὸ τοῦ Αἰγιν. ἀδικίου *non, ut olim acceperant Interpretes, ad* ἐπισχόντες *referuntur, sed intelliguntur* τριήκοντα ἔτεα ἀπὸ τοῦ Αἰγινητέων ἀδικίου. *Conf. supra voc.* Ἀδίκιον.) *Denique, sicut* Ἐπέχειν *Philosophi dicunt,* Sustinere, Retinere assensionem, *sic etiam Nostro* Ἐπισχέειν (*hac verbi forma*) *est* Retinere, Inhibere suum judicium et in commodum tempus Differre, Cavere ne temere pronunciemus. πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχέειν (*nempe* χρὴ), μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, i. 32. *m. f.*

Ἐπηβᾷν, (*Ion. pro* ἐφηβᾷν) Ad pubertatem pervenire. ἐς ὃ ἐπήβησαν οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, vi. 83. *a. ubi perperam olim* ἐπέβησαν.

Ἐπήβολος, ου, ὁ, ἡ, Adsecutus, Adeptus, Compos. τουτέων ἐπήβολος γενόμενος, Hæc si nactus fuisset, ix. 94. *m.* τουτέων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας, Hosce quum Nacti essent (quum possideant) deos, viii. 111. *f.*

Ἐπηγορεύειν τί τινι (*i. q.* κατηγορεῖν τι τινὸς) Accusare aliquem de re quapiam, Conqueri aliquid de aliquo. ὅ τι οἱ ἐπηγορεύων, Quid de illo (*de Delphico deo*) conquerens, Cujus culpæ illum accusans, i. 90. *m. quam in eamdem sententiam mox cap.* 91. *m. ait* οὐκ ὀρθῶς Κροῖσος (τὸν θεὸν) μέμφεται.

Ἐπήκοος, ου, ὁ, ἡ, Qui audit, Auditor. ὅσοι τῶν βουλευτέων ἐν ταῖς λέσχαις ἐπήκοοι ἐγένοντο, *Vit. Hom.* 13. *a.*

Ἔπηλυς, υδος, ὁ, ἡ, Advena. Λίβυες μὲν καὶ Αἰθίοπες, αὐτόχθονες (εἰσὶ)—Φοίνικες δὲ καὶ Ἕλληνες, ἐπήλυδες, iv. 197. *f.* ἐπήλυδες ἐόντες, ἐγένοντο Ἀθηναίων βασιλῆες, v. 65. *m. f. Neutrum plurali numero :* τὰ λοιπὰ ἔθνεα—ἐπήλυδά ἐστι, viii. 73. *a. m.* (*Oppos.* αὐτόχθονα.)

Ἐπὴν, *i. q.* ἐπεάν. ἐπὴν τάχιστα νὺξ ἐπέλθῃ, Simulac aderit nox, iv. 134. *m. f.*

Ἐπηρεάζειν, Minitari. τάδε σφι λέγετε ἐπηρεάζοντες, vi. 9. *f. Not.*

[Ἐπηρωτεῖν *tamquam verbum Herodoteum adfertur ab Æm. Porto, quoniam non modo Imperf.* ἐπηρώτεον *frequenter olim in editis, præeuntibus nonnullis msstis, legebatur, verum etiam Præs. particip.* ἐπηρωτέοντας, i. 47. *a. pro eo quod verum erat* ἐπειρωτέοντας. *Vide supra,* Ἐπειρωτᾷν *et* Ἐπειρωτέειν.

Ἔπι, *pro* ἔπεισι, vi. 86, 3. *in Oraculo. Vide in* Ἐπεῖναι *ab* εἰμὶ, Sum, *num.* 3.

Ἐπὶ, *Præpositio, de cujus usu apud Nostrum hæc notemus :*

I. Ἐπὶ, *cum Genitivo, significat,*

1. Super *vel* In *cum Ablat. ut* παρῆσαν

ἐπὶ τῶν ἵππων, iii. 86. *a.* ἔλεγον ὡς ἄνθρωπος ἥκοι ἐπ' ἵππου, ix. 44. *f.* *Quo referri etiam possunt locutiones hujusmodi:* ἐπ' οὗ ἐτάχθημεν, Super qua re constituti sumus, Cui negotio præpositi sumus, v. 109. *f.* (*ubi alii quidem* ὅπου, *pro* ἐπ' οὗ: *Similiter vero apud Polyb. habes* ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς φρουρᾶς τῆς πόλεως, *et id genus alia apud eumdem et apud alios.*) αἱ νῆες ὅρμεον ἐπὶ ἀγκυρέων, *quasi dicas* Naves in statione stabant Super ancoris, *quod Latine rectius dicimus* In ancoris, vii. 188. *a.* ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, Super acie (In acie) novaculæ stant res nostræ, vi. 11. *a.* ἐπὶ τῆς γωνίης, In angulo, i. 51. *a. m.*

2. *Ubi de Motu ad locum agitur,* 'Ἐπὶ *cum Genitivo Æm. Portus et vulgo alii perhibent idem valere ac* εἰς *vel* ἐς. *Videtur tamen nonnihil differre: scilicet quicumque dicitur* Profectus esse, ἐς χώρην τινὰ, *is intelligitur* In illam regionem pervenisse; *sed* ἐπὶ χώρης τινὸς profectus esse *etiam is dicitur* Qui in Regionem, *de qua agitur,* Tetendit quidem, Qui eam petiit, Qui iter suum eo direxit, *nec tamen eo pervenit. Itaque* ἐπὶ *cum Genitivo, ubi de Motu ad locum agitur, subinde potius* Versus, *quam* In *vel* Ad, *significat.* ἐπ' Αἰγύπτου, Ægyptum versus, *vel* In Ægyptum, i. 1. *f.* ii. 73. *f.* 75. *f.* ἔπλεον ἐπὶ Χίου, i. 164. *f.* πλέοντες ἐπὶ Θρηΐκίης, i. 168. *m.* τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ ὕδατος ἐπ' Αἰγύπτου ῥέειν, (versus Ægyptum fluere) τὸ δ' ἕτερον ἥμισυ ἐπὶ Αἰθιοπίης, ii. 28. *m.* οἴχετο φεύγων ἐπὶ Λιβύης, Libyam versus iter intendens, ii. 119. *f.* ἀπελαύνειν ἐπ' οἴκου, Domum abire, ii. 121, 4. *f.* ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου, iv. 14. *m.* ἔπλει πρόφασιν ἐπ' Ἑλλησπόντου, v. 33. *a.* ἀπαλλάσσοντο ὡς εἶχον ἰθὺς ἐπὶ Θεσσαλίης, E vestigio recta versus Thessaliam abierunt, v. 64. *f.* τὰ τείχεα τὰ ἐπὶ Θρηΐκης, Castella Thraciam spectantia, vi. 33. *a.* ἔπλεον ἐς τὸν κόλπον τὸν ἐπὶ Παγασέων φέροντα, vii. 193. *a.* ὑπὸ Βοιωτῶν ἐξαναστάντες ἐτράποντο ἐπ' Ἀθηνέων, v. 57. *f.* vi. 34. *f.* *Promiscue cum Genit. et cum Accus. construitur* ix. 47. *f.* *ubi alter* ἦγε ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας, *alter* ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου. *Conf. mox num. 3. extr.*

3. *Ubi de Situ agitur, præpositio* ἐπὶ *cum Genit. nonnumquam constructa reperitur significans* Ad, Apud, Juxta. *Sic* iv. 87. *a. olim legebatur* στήλας ἔστησε δύο ἐπ' αὐτοῦ, *nempe* τοῦ Βοσπόρου, *ubi nos quidem cum Wess.* ἐπ' αὐτῷ *posuimus,* (*conf.* 'Ἐπὶ *cum Dativ. num.* 2.) *Schæf. vero veterem revocavit lectionem, quod et a me velim factum: nam quod in Nota l. c. scripsi, apud prosaicum scriptorem* ἐπὶ *cum genit. ista notione haud facile reperiri, non memineram tunc simillimorum exemplorum, quæ ex Polybio a me ipso collecta erant in Lexico Polyb. p.* 242. *num.* 4. *Accedit aliud quod apud eumdem Herodotum legitur,* vii. 115. 8. κόλπον τὸν ἐπὶ Ποσιδηΐου ἐξ ἀριστερῆς χερὸς ἔχων, Sinum qui est ad Neptuni templum, a sinistra habens. αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι, Insulæ prope Lemnum (*sive,* versus Lemnum, *coll. num.* 2.) sitæ, vii. 6. *m. f.*

4. *Designat Tempus vel Ætatem, qua gesta est res de qua agitur.* τὰ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα, (Quæ Mea ætate, Mea memoria, magna fuerunt) πρότερον ἦν σμικρὰ, i. 55. *f.* ἐγένετο ἐπ' ἐμεῦ τοῦτο τὸ τέρας, ii. 46. *f.* ἐπὶ τῆς ἐμῆς ζόης, i. 38. *f.* ἐπὶ τούτου τυραννεύοντος, Hoc regnante, i. 15. ἐπὶ Δευκαλίωνος βασιλῆος, i. 56. *f.* ἐπὶ Δώρου, ibid. ἐπὶ Λέοντος βασιλεύοντος, i. 65. *a.* ἐπὶ Ἄτυος βασιλέος *sive* βασιλῆος, i. 94. *a.* ἐπὶ Ἀστυάγεος, i. 130. *m.* ἐπὶ τούτου, ii. 4. *f.* ἐπὶ τούτων ἀρχόντων, iv. 5. *m.*

Etiam alia ratione ἐπὶ *cum Genit. in designando Tempore usurpatur.* εἷλε μὲν Δάρδανον, εἷλε Ἄβυδον, Περκώτην, Λάμψακον, Παισόν· ταύτας μὲν ἐπ' ἡμέρης ἑκάστης αἵρεε, v. 117. *ubi* ταύτας *valet* τούτων ἑκάστας, Harum singulas singulis cepit diebus.

5. ἐπ' ἑωυτοῦ, ἐπ' ἑωυτῆς, ἐπ' ἑωυτῶν, Separatim, Seorsim ab aliis, Privatim, *et similia.* Infantes voluit Psammitichus ἐν στέγῃ ἐρήμῃ ἐπ' ἑωυτῶν κέεσθαι, in solitaria casa Seorsim jacere, ii. 2. *m.* οἰκέοντας τῆς Φρυγίης χῶρόν τε καὶ κώμην ἐπ' ἑωυτῶν, v. 98. *a.* οἰκέωμεν ἐπ' ἡμέων αὐτῶν, iv. 114. *f.* *ubi paulo ante, in eamdem sententiam aiebant,* ἡμεῖς οὐκ ἂν δυναίμεθα οἰκέειν μετὰ τῶν ὑμετέρων γυναικῶν. *Similiter,* ἐκέλευσέ σφεας ἐπ' ἑωυτῶν ἵζεσθαι, ix. 17. *m. N.* τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη ἐπ' ἑωυτῆς, viii. 32. *a.* *quibus in verbis nihil videtur mutandum.* Caspium mare est ἐπ' ἑωυτῆς, Per se, Separatum a reliquo mari, i. 202. *f.* 203. *a.* εἶχον οὗτοι ἐπ' ἑωυτῶν μάντιν, Peculiarem, Suum sibi proprium haruspicem habuerunt, ix. 38. *a.* Χῖοι καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τὠυτὸ διαλέγονται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἑωυτῶν, Peculiari, Sibi propria, Diversa ab aliis Dialecto utuntur Samii, i. 142. *f.*

Eodem pertinet locutio familiaris Nostri, 'Ἐπὶ ἑωυτοῦ βάλλεσθαι, Secum solo, Seorsim, Re non communicata cum aliis, consilium capere. *Vide supra in* βάλλειν, *num.* 3. *Sed* προσκεψάμενος ἐπὶ σεωυτοῦ, vii. 10, 4. *nude significat* Tecum ipse delibera.

6. *Porro frequentatur* 'Ἐπὶ *cum Genit. ubi significatur* Unde (ὅθεν, *vel* ἐπ' οὗ, *ut ait Noster* iv. 45. *a.*) *alicui sive rei sive personæ* Nomen *aliquod* aut Cognomen fuerit impositum. ἡ Λιβύη ἐπὶ Λιβύης λέγεται ἔχειν τὸ οὔνομα, γυναικὸς αὐτόχθο-

νος· ἡ δὲ 'Ασίη ἐπὶ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην.—Λυδοὶ φάμενοι ἐπὶ 'Ασίεω κεκλῆσθαι τὴν 'Ασίην, iv. 45. m. ὁ ἄργυρος ὃν ὁ Γύγης ἀνέθηκε, καλεῖται Γυγάδας, ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος, ἐπωνυμίην, i. 14. f. ἐπὶ τούτου (τοῦ Τυρσηνοῦ) τὴν ἐπωνυμίην ποιευμένους ὀνομασθῆναι Τυρσηνοὺς, i. 94. f. Πελειάδες μοι δοκοῦσι κληθῆναι ἐπὶ τοῦδε, διότι etc. ii. 57. a. εἵματα μέλανα φορέουσι, ἐπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι, iv. 107. ἐπὶ τοῦ ἔπεος τούτου οὔνομα τῷ νεηνίσκῳ ἐγένετο, iv. 148. f. ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος (τοῦ Ἄτλαντος) οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἐπώνυμοι ἐγένοντο, καλέονται γὰρ Ἄτλαντες, iv. 184. f. Νισαῖοι καλέονται ἵπποι ἐπὶ τοῦδε, vii. 40. m. ἐκαλέοντο 'Αθάνατοι ἐπὶ τοῦδε, vii. 83. a. ἐπὶ τούτου τῷ χώρῳ οὔνομα γέγονε 'Αφέται, vii. 193. f.

Quemadmodum vero particula ὅθεν, *quam in eamdem sententiam ac* ἐπ' ὅτου *usurpatam* iv. 45. a. *vidimus, proprie idem valet ac* ἀπ' οὗ *vel* ἀπ' ὅτου, *sic ubi de Origine aut Occasione Nominis vel Cognominis impositi agitur, subinde loco præpositionis* ἐπὶ *etiam* ἀπὸ *apud eumdem Nostrum reperitur.* ἀπόγονος Λυδοῦ, ἀπ' ὅτευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη, i. 7. m. *nulla librorum variatione nisi quod* ἀπό τευ, *pro* ἀπ' ὅτευ, *scribunt nonnulli. Sic* 'Αμμώνιοι ἀπὸ τοῦδέ σφι τὴν ἐπωνυμίην ἐποιήσαντο, ii. 42. m. f. *consentientibus libris. Ubi nunc* ἐπὶ τοῦ Θάσου τούτου τὸ οὔνομα ἔσχε *legitur*, vi. 47. a. *ibidem olim* ἀπὸ τοῦ Θ. *edebatur præeuntibus pluribus msstis. Denique* iv. 45. (*ubi plus sexies repetitur hæc, de qua agimus, formula*) *postquam inter* ἐπὶ *et* ἀπὸ *fluctuarunt scripti libri, ad extremum in* ἀπό τευ (*aut, quod eodem redit,* ἀπ' ὅτευ) καὶ τὴν ἐν Σάρδισι φυλὴν *etc. consentiunt, uno Arch. excepto, qui hic* ἐπ' ὅτευ *præfert, quum antea constanter* ἀπὸ *exhibuisset; deinde vero* εἰ μὴ ἀπὸ τῆς Τυρίης *etc. communi consensu præferunt omnes.*

7. *Pro eo, quod magno librorum consensu* v. 89. a. *legitur,* ἐπ' Αἰγινήτας στρατεύεσθαι, Contra Æginetas suscipere expeditionem, *codices Arch. et Vind.* ἐπ' Αἰγίνης *præferunt; quam scripturam "satis commode" habere judicavit Wess. et in contextum recipere non dubitavit Schæf. Ego vero,* ἐπ' Αἰγίνην *aut* ἐπ' Αἰγίνῃ *facile probaturus,* ἐπὶ *cum genit. ista notione constructam nusquam nec apud nostrum, nec apud alium scriptorem, memini reperire.*

II. 'Επὶ *cum Dativo casu constructa apud Nostrum hosce significatus habet notabiliores:*

1. In *loco, vel* Super. κληρούχους ἐπὶ τῇ χώρῃ λείπουσι, v. 77. m. ἠώς τε διέφαινε, καὶ ἐγένοντο ἐπὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ τοῦ οὔρεος, vii. 217. a.

2. Ad, Apud, Juxta. ἀποθανόντα ἔθαψεν ἐπὶ τῇσι θύρῃσι, Ad fores, Prope fores, iii. 16. f. *ubi quidem* ἐν θύρῃσι *habent nonnulli.* Θεμισκύρην τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ, Ad Thermodontem fluvium, iv. 86. m. (*Alibi* ὑπὲρ ποταμοῦ *ait, puto de urbe quam fluvius mediam perfluit,* Μαγνησίη ἡ ὑπὲρ Μαιάνδρου ποταμοῦ, iii. 122. a.) στήλας ἔστησε δύο ἐπ' αὐτῷ, *scil.* τῷ Βοσπόρῳ, Ad Bosporum, in ipsa ora illius, iv. 87. a. *ubi quidem teneri* ἐπ' αὐτοῦ *in eamdem sententiam potuerat, ut supra monui sub* 'Επὶ *cum Genit. num.* 3. *Ubi de Sinope urbe loquitur Noster, ait* Σινώπην τὴν ἐν (*non* ἐπὶ) Εὐξείνῳ πόντῳ, i. 76. a. *et* ii. 34. b. *scilicet, quoniam in peninsula condita est quæ in Euxinum pontum excurrit, ut docet ipse* iv. 12. ἔστι ἐπ' αὐτῇ (τῇ Λακωνικῇ) νῆσος ἐπικειμένη, vii. 235. a. *vertunt,* Adjacet illi insula: *rectius tamen dixeris fortasse,* Ex adverso illius sita est, Opposita illi est insula. *Sic* 'Υδρίην τὴν ἐπὶ Πελοποννήσῳ, iii. 59. a.

3. Contra, Adversus. μαθὼν τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ, i. 61. m. πᾶν (κακὸν) ἐπ' αὐτῇ μηχανωμένη, iv. 154. m. τὸ πᾶν μηχανήσασθαι ἐπ' Αἰγινήτῃσι, vi. 88. a. ἐπὶ σφίσι ἔχοντας, Adversus se tendentes, vi. 49. m. συνιστὰς τοὺς 'Αρκάδας ἐπὶ τῇ Σπάρτῃ, vi. 74. a. πάντων Πελοποννησίων συνομοσάντων ἐπὶ σοὶ, vii. 235. f. θυομένῳ ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, Sacra facienti adversus Persam, ix. 10. f. (*quo sensu alibi cum Accus.* v. 44. f.) *Huc Æm. Portus refert etiam illam locutionem,* ὃς ἐπὶ θυγατρὶ ἀμήτορι ἔγημε ἄλλην γυναῖκα, iv. 154. a. *quasi ibi* ἐπὶ θυγατρὶ *idem valeret ac* ἐπὶ κακῷ θυγατρός. *Parique ratione Barnesius simillima Euripidis verba* (*Alcest.* 372 *seq.*) μὴ γαμεῖν ἄλλην ποτὲ γυναῖκ' ἐφ' ὑμῖν, *interpretatus est,* Nullam aliam ducturum umquam uxorem In vestrum damnum. *Percommode vero apud Nostrum loc. cit. teneri poterant Vallæ Latina:* Amissa uxore, induxit filiæ novercam: *ac fortasse utroque loco, quum agatur de Mortua matre, præpositio* ἐπὶ *similiter intelligi debet ac in illa formula* ἐπὶ παισὶν τελευτᾶν. *Immo vero, quoniam* (*ut post Hemsterh. ad Dial. Mort.* vii. 1. *Hermannus docuit ad Viger. Adnot.* 3, 97.) *etiam dici aliquis potest* ζῆν ἐπὶ παισὶν, *nempe* Vivere liberos habentem, φεύγειν ἐπὶ τέκνοις, Exsulere relictis liberis: *sententiam Herodoti l. c. haud male expressisse videbor, sic vertendo,* Is quum filiam haberet matre orbam, aliam duxit uxorem.

4. Post, *tam quoad Tempus, quam quoad Locum. Sic* ἐπὶ τούτοις, Post hæc, *et* Post hos, A tergo horum. *Nonnumquam etiam, nullo respectu habito vel Temporis vel Loci,* (*perinde ac* πρὸς *cum Dativo*) Præter *redditur. Sic* i. 45. a. ἐπ' ἐκείνῃ τῇ

συμφορῇ *Æm. Portus* Præter illam calamitatem *interpretatur; at ibi pariter proprius significatus* Post *locum habet.* ἐπ' ἐξεργασμένοισι, Re peracta, iv. 164. *m. Not.* viii. 94. *f.* ix. 77. *a.* αὕτη Βίαντος γνώμη ἐπὶ διεφθαρμένοισι Ἴωσι *dupliciter intelligi potest, sive* Hæc fuit Biantis sententia postquam perditæ res Ionum fuere, *sive* Hæc fuit Biantis sententia De Ionibus, (super Ionibus,) postquam perditæ illorum res erant, i. 170. *m. f.*

5. Ob, Propter. ἐπὶ μίῃ αἰτίῃ i. 137. *a. idem valet ac* μιῆς αἰτίης ἕνεκα ibid. *paulo ante. Sic etiam ubi in Latino sermone Ablativum casum ponimus absque præpositione; ut,* ἐκπλαγέντες ἐπὶ τῷ γινομένῳ, Perculsi hoc facto, iv. 4. *a.* ἐπ' ᾧ σὺ ἀπολομένῳ μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀλγήσεις, iii. 40. *f. et* 41. *a.*

6. De, Super, Quod ad *hoc vel illud* spectat. ἐχρηστηριάζοντο ἐπὶ τῇ Ἀρκάδων χώρῃ, De Arcadum terra consuluerunt oraculum, i. 66. *m.* τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι (In tali re, Ubi de re hujusmodi agitur) ἐξαγορεύειν τοὔνομα, ii. 170. *a.* τὠυτὸ ἐποίησε τὸ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ, Idem fecit quod etiam Quoad filiam (Intuitu filiæ, Ubi de filia agebatur; *rectius Latine,* quod et in filia) fecerat, iii. 14. *m.*

7. *Pro* ἐπὶ τούτῳ δὲ *aut* ἐπὶ τούτοις, *ubi* ἐπὶ *sonat* Post, Præter, *aut etiam* Super, *ellipticam formulam* ἐπὶ δὲ *amat Noster.* ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται· ἐπὶ δὲ, (*scil.* τούτοις, Post hos) Ἀθηναῖοι, viii. 93. *a.* πλεῖστον ἔθνος Πέρσας αἱρέετο· ἐπὶ δὲ, Μήδους, viii. 113. *f.* ἵζοντο, πρῶτος μὲν ὁ Σιδόνιος βασιλεύς· μετὰ δὲ ὁ Τύριος· ἐπὶ δὲ, ὧλλοι, viii. 67. *f.* εἷς μὲν καὶ πρῶτος (ἀγὼν),—ἐπὶ δὲ,—μετὰ δὲ,—ἐπὶ δὲ, ix. 35. *m. Hinc* vii. 219. *a. ubi, loco vitiosæ scripturæ* ἐπεὶ δὲ *nos cum Schæf.* ἔπειτεν *posuimus, haud dubie* ἐπὶ δὲ (Deinde vero) *erat corrigendum. Eadem formula* ἐπὶ δὲ vii. 92. *a. non* Postea *aut* Deinde, *nec* Super, *sed* Præterea, Insuper, *sonat. At* vii. 75. *a.* ἐπὶ δὲ, (*scil.* ἐπὶ τοῖς κιθῶσι, Super tunicis) ζειρὰς περιβεβλημένοι ποικίλας. *Rursus,* ἐπὶ δὲ, (*scil.* ἐπὶ τοῖς καλαμίνοις ὀϊστοῖς) σίδηρον ἦν, Super telis arundineis ferrum erat; *i. e.* tela arundinea ferro erant præfixa, vii. 65. ἐπὶ δὲ, (*scil.* ἐπὶ τοῖς τόξοις) καλαμίνους ὀϊστοὺς εἶχον, Arcubus imponenda habebant tela arundinea, vi. 69. *a. Et mox* ibidem, ἐπὶ δὲ (*scil.* ἐπὶ ταῖς αἰχμαῖς) κέρας δορκάδος ἐπῆν ὀξὺ, Lancea cornu dorcadis acuto erat præfixa.

8. Ἐπὶ τούτῳ, Hac conditione, Hac lege. ἐπὶ τούτῳ ὑπεξίσταμαι τῆς ἀρχῆς, ἐπ' ᾧ τε (*Ion. pro* ἐφ' ᾧ) ὑπ' οὐδενὸς ὑμέων ἄρξομαι, Hac conditione—ut, iii. 83. *m. et mox,* συνεχώρεον οἱ ἓξ ἐπὶ τούτοισι, ibid. *f.* ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε τάδε ὑπίσχομαι, ἐπ' ᾧ ἡγεμὼν τῶν Ἑλλήνων ἔσομαι, vii. 158. *f.* ἡ διαλλαγή σφι ἐγένετο ἐπ' ᾧ τε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι, i. 22. *f.* ἐπὶ τοῖσδε καταλλάξαντες, ἐπ' ᾧτε Ἱπποκράτει Καμαρίναν Συρηκουσίους παραδοῦναι, vii. 154. *f.* ἔαδε δέκεσθαι τοὺς Μινύας ἐπ' οἷσι θέλουσι αὐτοὶ, iv. 145. *f.* ἐθέλοντες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι εἶναι τοῖσι καὶ Κροίσῳ ἦσαν ὑπήκοοι, Volentes eisdem conditionibus imperio illius esse subjecti, quibus Crœso paruerant, i. 141. *a.* πρὸς τούτους ὅρκιον Κῦρος ἐποιήσατο ἐπ' οἷσί περ ὁ Λυδὸς, i. 141. *f.* ὁμολογήσαντος ἐπὶ τούτοισι Πεισιστράτου, i. 60. *a. et* ibid. *paulo ante,* εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι, Hac conditione ut regno potiretur. ἐπ' οὐδενὶ, Nulla conditione, Nullo pacto, iii. 38. *m. f.*

9. *Rursus* Ἐπὶ τούτῳ, In hoc, *vel* Ad hoc, *id est,* Hoc consilio, Hunc in finem, Hujus rei efficiendæ caussa. ἐπὶ κακῷ ἀνθρώπου σίδηρος ἀνεύρηται, In perniciem hominis inventum est ferrum, i. 68. *m.* οὐκ ἐπὶ τούτῳ πλέοντες, Quum non hoc consilio navigassent, i. 59. *a.* (*ubi alii quidem* ἐπὶ τοῦτο, *nempe ex scholio.*) ἐπ' ᾧ ἐστάλη ἐποίεε, v. 45. *a. ubi vide Var. Lect.* ἐπὶ λύμῃ, Contumeliæ caussa, ii. 121. 4. *f. Not.* iii. 114. *a.* ἔδησαν (αὐτὸν) ἐπὶ θανάτῳ, Vinxerunt illum ad supplicium, *i. e.* Supplicio destinatum, capitali pœna adficiendum, ix. 37. *a.* μηχανῶνται ἐπὶ τῇ κατόδῳ (αὐτοῦ) πρῆγμα εὐηθέστατον, Ad illius reditum, Hoc consilio ut ei reditum patefacerent, i. 60. *a. m.* παῖδας ἐς Σάρδις ἐξέπεμψε ἐπ' ἐκτομῇ, Pueros Sardes misit ad castrationem, Castrationis caussa, Castrandos, iii. 48. *m. et mox ibidem,* πυθόμενοι οἱ Σάμιοι τὸν λόγον, ἐπ' οἷσι ἀγοίατο ἐς Σάρδις, Postquam Samii cognoverunt Qua caussa (Quo consilio, Quem in finem) illi Sardes ducerentur. *Huc referri posset formula* παραλαβὼν ἐπὶ ξεινίῃ, καλέει ἐπὶ ξεινίῃ, *si ita scripsisset Herodotus ut olim* iv. 154. *editum erat: at* ἐπὶ ξείνια (*in Accus. plurali*) *scripsisse auctorem ostendimus in Var. Lect. ad* iv. 154, 19. *et* v. 18, 5.

10. ἐπ' ἐμοὶ, ἐπὶ σοί ἐστι, Penes me, Penes te. ἐπ' ἡμῖν ἐστι ἠνδραποδίσθαι ὑμέας, viii. 29. *b.*

III. Ἐπὶ *cum Accusativo casu,*

1. *Vulgatissimo usu significat* Ad, In, Super *cum Accusat. Quo de usu pauca quædam paulo rariora hic notasse sufficiat.* ἦγον αὐτὸν ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων· καταστὰς δὲ ἐπ' αὐτὰ, Coram senatu constitutus, iii. 156. *m.* στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον, Stans ad introitum concilii, viii. 79. *a.* ἐπὶ συμφορὴν ἐνέπεσε, vii. 88. *a. idem valet ac* ἐς συμφορὴν, In calamitatem incidit. ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι, Adligare (Imponere) galeis cristas, i. 171. *m. De formula* παραλαβεῖν *vel* καλέειν ἐπὶ ξείνια

paulo ante dictum est. πέμπειν ἐπὶ ὕδωρ, Ad petendam (adferendam) aquam mittere, v. 12. *m.* εὖτ' ἐπὶ τὸ κῶας ἔπλεον, Ad petendum vellus, vii. 193. *b.* *Sic in Vit. Hom.* 17. *m. loco vulgati* ἐπὶ ξύλου πλεῖν *utique* ἐπὶ ξύλον *scriptum oportebat, quemadmodum* ibid. *cap.* 6. *a. recte* καταπεπλευκὼς ἐπὶ σῖτον *legitur.* ἦγε τοὺς Σπαρτιήτας ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας, Duxit in dextrum cornu, ix. 47. *f. de Motu in vel ad locum. Sed* ἐπὶ δεξιὰ, ἐπ' ἀριστερὰ *Situm indicant, qua notione etiam Latino sermone perinde et* Ad dextram, *et* A dextra *dicimus. Vide supra in* 'Αριστερὸς *et* Δεξιός. *Sic* ἐπὶ τὰ ἕτερα v. 74. *m. f. non* In alteram partem *significat, sed* In altera parte, Ab altera parte. *Porro, ubi de Mensura agitur tabularum aurearum, quas Crœsus Delphico deo dedicavit,* ἐπὶ μακρότερα (*scil.* μέρη) *significat directionem* In longiorem partem, In longitudinem; ἐπὶ τὰ βραχύτερα, In breviorem partem, *nempe* In latitudinem; ὕψος *vero* Crassities *intelligitur,* i. 50. *a. m. ibique Not.* ἐπ' ἀμφότερα νοέων, In utramque partem cogitans, Re in utramque partem deliberata, viii. 22. *f.* ἐπὶ μᾶλλον *et* ἐπὶ πλέον *vide in* Μᾶλλον *et* Πλέον.

2. Contra, Adversus *aliquem ire.* στρατεύεσθαι ἐπὶ Λυδοὺς, i. 71. *f.* στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πέρσας, i. 77. *f.* ἐλάσει ἐπὶ Σάρδις, ibid. ἐστρατεύσατο ἐπὶ Πέρσας, i. 90. *m.* 102. *a. et m.* 156. *f.* ἐπὶ Ἴωνας ἄλλον πέμπειν στρατηγὸν, i. 153. *f.* πυθόμενος ἀγχοῦ εἶναι στρατὸν ἐπ' ἑωυτὸν ἰόντα, i. 157. *a. Et sic frequenter alibi.*

3. 'Επὶ χρόνον, Per aliquod tempus, Aliquamdiu, ix. 22. *a.* ἐπὶ ἓξ ἡμέρας, Per, Intra sex dies, vi. 101. *f.* εὐδαιμόνησαν ἐπ' ἔτεα πέντε, iii. 59. *a.* ἐπὶ Δαρείου—ἐγένετο πλέω κατὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, Per viginti alias generationes, vi. 98. *m.* ὁ μέγα πλούσιος οὐκ ὀλβιώτερός ἐστι τοῦ ἐπ' ἡμέρην ἔχοντος, Cui victus suppetit In diem, i. 32. *m. Sed* ii. 181. *m. pro eo quod consentientibus libris editum erat* ἐπ' ἐκείνην τὴν νύκτα, *cum Schæfero* ὑπ' ἐκείνην τ. νύκτα *corrigendum putavi.*

4. *Nominibus numeralibus* 'Επὶ *adjici videtur ut alias* Εἰς, *et in Latino sermone* Ad. *Babylonica terra* ita frugum cerealium ferax est ut reddat ἐπὶ διακόσια, Ad ducena, nonnumquam etiam ἐπὶ τριηκόσια, Ad ter centena, i. 193. *f. Pro* ἐπὶ κοινὰ, *quod olim* i. 216. *a. edebatur, rectius nunc* ἐπίκοινα *legitur. Pro* ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, *quod libri omnes præferunt,* ix. 95. *a. ex doctorum virorum conjectura* ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα *posuimus: videndum vero ne in eamdem sententiam teneri potuerit, debueritque adeo, librorum scriptura; ut nempe* ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα *valeat* Passim per Græciam.

IV. 'Επὶ *cum Adverbio* μᾶλλον *vide sub vocab.* Μᾶλλον, *num.* 6. *De formula* ἐπὶ πλέον *vide Not. ad* vii. 42. *a.*

'Επιβαίνειν, 1. Intrare, *cum Accusat.* τῶν ἂν ἐπιβέωμεν γῆν, Quorumcumque Intrabimus fines, vii. 50. *f. Cum Genitivo constructum significat* Intrare hostili consilio, Invadere. ἀπηγόρευον μὴ ἐπιβαίνειν τῶν σφετέρων οὔρων, iv. 125. *m. ubi continuo dein,* εἰ πειρήσονται ἐσβαλόντες *eadem sententia.* 2. Conscendere, *navem, murum:* ἐπὶ νηὸς φοινίσσης ἐπιβὰς, viii. 118. *a.* ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα, viii. 120. *f.* (*pro quo est* ἐσβαίνειν ἐς τὰς νῆας, viii. 83. *f.*) *Post pertinacem oppugnationem postremo* ἐπέβησαν 'Αθηναῖοι τοῦ τείχεος, In murum adscenderunt, In murum evaserunt, ix. 70. *a. m.* 3. ἐπ' ἠλέκτρῳ βεβαυῖα, *Vit. Hom. cap.* 33. *Vide infra in* Ἤλεκτρον.

Perperam olim ἐπέβησαν *edebatur* vi. 83. *a. pro* ἐπήβησαν.

'Επιβάλλειν, 1. Insuper (*aut* Post) conjicere. ἑωυτὸν ἐπέβαλε ἐς τὸ πῦρ, Se ipse post illos (*aut* Super *illorum cadavera*) in ignem conjecit, vii. 107. *f. ubi alii quidem vulgo* ἐσέβαλε. 2. Imponere *tributum, pœnam et similia.* ἔπρησσον παρ' ἑκάστων τὸ ἑκάστοις ἐπέβαλον, i. 106. *a. ubi vide Var. Lect. et Not.* φυγὴν ἐπιβαλὼν ἑωυτῷ ἐκ Λακεδαίμονος, vii. 3. *a.* ἐπιβάλλει τὸν δακτύλιον, Inprimit annulum, ii. 38. *f.* 3. *Pro eo quod alii dicunt* τοῦτό μοι ἐπιβάλλει *aut* ἐμοὶ ἐπιβάλλει ποιεῖν τοῦτο, Hoc mihi incumbit, Ad me pertinet facere hoc, (*conf. Lexic. Polyb. voc.* 'Επιβάλλειν *num.* 6.) *Noster usurpat* ἐπιβάλλει ἐμὲ ποιεῖν τοῦτο. *Sic,* τοὺς Δελφοὺς ἐπέβαλλε τεταρτημόριον τοῦ μισθώματος παρασχεῖν, ii. 180. *m. ubi verbum* ἐπέβαλλε *non tamquam regens Accusativum casum, sed tamquam absolute positum intelligi debebit; nisi omnino suspicari liceat,* τοῖς Δελφοῖς *scripsisse auctorem. Alibi certe eadem notione usurpatum hoc verbum, haud secus atque alii scriptores, cum Dativo casu construit Noster:* μόριον ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλλε, vii. 23. *m. f.*

Hinc τὸ ἐπιβάλλον, *scil.* μέρος, Rata pars, Portio quæ *alicui* obvenit *vel* quæ *ad aliquem* pertinet. ἀπολαχόντες τῶν κτημάτων τὸ ἐπιβάλλον, iv. 115. *a. pro quo paulo ante aiebat* ἀπολαχόντες τῶν κτημάτων τὸ μέρος, *scilicet* τὸ ἐπιβάλλον μέρος.

'Επίβασις, ιος, ἡ, Adgressio, Invasio, Actio quæ alicui *coram judice* intenditur; *qua notione Hyperides orator* τὴν δίκην, *teste Polluce* ii. 200. ἐπιβασίαν *dixit. Sic vulgo verba illa Herodoti* vi. 61. *a.*

διὰ πρῆγμα τοιόνδε ἐπίβασιν ἐς αὐτὸν ποιεύμενος, *praeunte Laur. Valla interpretantur*, Ob hanc rem intendens in eum actionem. *Equidem* ἐπίβασιν *hoc loco* Aditum, *id est* Ansam et Occasionem *intelligebam*, qua quis utitur adversus aliquem. *Rectius vero etiam fortasse* Fundum *sive* Fundamentum *interpretaberis* cui aliquis Insistit, *id est*, Argumentum quo quis Nititur: *qua notione paulo post* (vi. 65. *f.*) *eadem in re verbo* ἐπιβατεύειν *utitur Noster*, τούτου ἐπιβατεύων τοῦ ῥήματος, Huic verbo Insistens, Hoc verbo (tamquam fundamento et argumento) nixus. *Similiterque Appianus, frequens Herodotei sermonis imitator, ipso vocabulo* Ἐπίβασις *usus est lib.* i. *de Bell. Civ. c.* 37. *ubi ait*, οἱ ἱππεῖς ἐπίβασιν ἐς συκοφαντίαν τῶν ἐχθρῶν τὸ πολίτευμα αὐτοῦ τιθέμενοι, Equites Romani instituto Drusi tribuni pl. tamquam Argumento et Fundamento usi ad calumniandos suos inimicos. *De vario usu hujus vocabuli, præter ea quæ ab H. Steph. adnotata sunt, consuli potest Lexicon nostrum Polybianum et Concordantiæ Græcæ Vet. Test. e quibus (quod obiter moneo) discimus, Hesychianam glossam* Πρὸς ἐπίβασιν *spectare ad librum Sapient.* xv. 15.

Ἐπιβατεύειν. 1. Insistere. *Vide sub vocab.* Ἐπίβασις. 2. ἐπιβατεύειν τοῦ οὐνόματος τινὸς, Nomen alicujus Invadere, *id est*, Usurpare, Falso sibi vindicare. ἐπιβατεύειν τοῦ Σμέρδιος οὐνόματος, iii. 63. *f. et vocab.* οὐνόματος *subintellecto*, ἐπιβατεύων τοῦ ὁμωνύμου Σμέρδιος τοῦ Κύρου, iii. 67. *a. Rursus*, ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος *de eo qui* Euenii nomen ita usurpavit, ut se filium Euenii falso prædicaverit, ix. 95. 3. *i. q.* ἐπιβάτην εἶναι, Nave vehi. ἐπεβάτευον ἐπὶ τουτέων τῶν νεῶν, vii. 96. *a.* 184. *a.*

Ἐπιβάτης, ου, ὁ, Vector, *præsertim* Qui navi vehitur, Miles classiarius. οἱ τῆς Ἀργοῦς ἐπιβάται, Argonautæ, iv. 145. *a.* ὅκως τοὺς ἐπιβάτας ὁπλίσειε, vi. 12. *a.* (*ubi* ἐπιβάται *diserte distinguuntur a* ναύταις) vii. 100. *f.* τῶν ἐπιβατέων τὸν καλλιστεύοντα, vii. 180. χωρὶς τῶν ἐπιχωρίων ἐπιβατέων, vii. 184. *a.* viii. 118. *m.* ix. 32. *m.*

Ἐπιβήτωρ, ορος, ὁ, Qui equo vehitur. ἐπιβήτορες ἵππων, *Vit. Hom.* 14. *a. m. in carmine. Sic Odyss.* σ'. 262.

Ἐπιβοᾷν *et* Ἐπιβοᾶσθαι, Adclamare, Inclamare. εἰ δὲ μὴ ἐπιβώσονται, (*contractione Ionica, pro* ἐπιβοήσονται) v. i. *m. ubi de* Clamore bellico. *Alibi*, Alta voce implorare, Auxilio vocare. Κροῖσον ἐπιβώσασθαι, (*i. q.* ἐπιβοήσασθαι) τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλεόμενον, i. 87. *a.* τὴν ἄλλην στρατιὴν ἐπεβώσαντο, ix. 23. *a.*

Ἐπιβοηθέειν, Auxilio venire. κελεύοντάς σφι ἐπιβοηθέειν, vii. 207. *f.* ἡ ἄλλη στρατιὴ ἐπεβοήθεε, iii. 146. *f. Et facta contractione*, Λοκροί σφι ἐπεβώθεον, viii. 1. *f.* 14. *a.* ἐπεβώθησαν, viii. 45.

Ἐπιβουλεύειν, *seq. Infinit.* Agitare consilium. τοὺς δὲ ἐπιβουλεύειν, τὸν Ἀρίονα ἐκβαλόντας ἔχειν τὰ χρήματα, i. 24. *a.* ἐπιβουλεύοντας ἐπιχειρήσειν (σφίσι), vi. 137. *f. Cum Dativo rei*, Meditari, Moliri. πυνθάνομαι ἐπιβουλεύειν σε πρήγμασι μεγάλοισι, iii. 122. *m. ubi in bonam partem*, Magnas res moliri. *Cum Dativo pers. et Accus. rei:* ἐμοὶ Καμβύσης ἐπιβουλεύει θάνατον, iii. 122. *m. f.* ἐπεβούλευον θάνατον Στράττι· ἐπιβουλεύοντες δὲ ὡς φανεροὶ ἐγένοντο, viii. 132. *a.*

Ἐπίγαμος, ου, ὁ, ἡ, Nubilis, Nuptiis maturus, *sive* Nuptiarum cupidus. ὅσοι ἔσκον ἐπίγαμοι, i. 196. *m. De virginibus loquens* ibid. *a.* παρθένοι γάμων ὡραῖαι *dixerat.*

Ἐπιγίνεσθαι, 1. Post nasci, Post venire. οἱ ἐπιγενόμενοι τούτῳ σοφισταὶ, ii. 49. *a.* τῶν ἐπιγινομένων ἕνεκα ἀνθρώπων, Posterorum caussa, ix. 85. *f.* 2. Supervenire, Ingruere, Accidere. νὺξ ἐπεγένετο, viii. 70. *a.* πλώουσι αὐτοῖσι χειμών τε καὶ ὕδωρ ἐπεγίνετο, Navigantibus tempestas et imber incidit, viii. 13. *m.* ἐπιγίνεταί σφι τέρεα, viii. 37. *m.*

[Ἐπιγράφειν. *Perperam olim* ἐπιγραφέντων *editum erat, pro* ἐπιτραφέντων, ii. 121, 1. *a.*]

Ἐπίγρυπος, ου, ὁ, ἡ, Incurvus, Aduncus. πρόσωπον ἐπίγρυπον, ii. 76. *a. de* rostro *Ibidis avis.*

Ἐπιδαψιλεύεσθαι, Liberaliter offerre, Concedere, Exhibere. τὰς ἑωυτῶν μητέρας καὶ ἀδελφεὰς ἐπιδαψιλευόμεθα, v. 20. *m. f. ubi pro eo, quod pluribus verbis in Versione Latina posui, velim Vallæ tenuissem interpretationem*, Nostras ipsorum matres et sorores liberaliter vobis exhibemus: *nam potest quidem præpositio* ἐπὶ *vim adverbii* Insuper *adjicere; sed, plerumque etiam absque accessoria illa notione usurpari hoc verbum, satis declarant exempla ab Hemsterhusio, a Wess. ad Herodoti locum laudato, congesta. Similiter verbum* ἐπιδιδόναι *non semper significat* Insuper dare, *sed frequentius etiam simpliciter*, Dare, Tradere, Donare.

Ἐπιδέειν, Superne Adligare, Imponere, Superne adfigere. ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι, i. 171. *a. m.*

Ἐπιδέειν, Carere, Indigere. τετρακοσίας μυριάδας, ἐπιδεούσας ἑπτὰ χιλιαδέων, Quadringentæ myriades, quibus desunt septem millia, vii. 28. *f.*

Ἐπιδεικνύναι, *i. q. simpl.* δεικνύναι, Monstrare, Ostendere. *Sic* vi. 61. *f.* ἐπιδεικνύναι *et* ἐπιδεῖξαι *ait, pro quibus paulo ante, et paulo post, simplex* δεῖξαι

posuit. (*Ibi Schæferus Ionicas formas* ἐπιδέξαι *et* δέξαι *Herodoto tribuit, quas alibi frequentat Noster, sed h. l. veteres libri omnes ignorant.*) Jovem, aiunt Ægyptii, quum Hercules petiisset ut ei se conspiciendum daret, prætento arietis capite οἱ ἑωυτὸν ἐπιδέξαι, Se illi ostendisse, ii. 42. *m.* πᾶσαν ἐπιδέξας τὴν Ἑλλάδα τοῖσι Πέρσῃσι, iii. 135. *a. ubi paulo ante* (*cap.* 134. *f.*) *in eamdem sententiam* δέξαι ἕκαστα τῆς Ἑλλάδος *dixerat.*

Etiam in Medio notione Transitiva positum reperitur. ἐκέλευε τοὺς δορυφόρους ἐπιδείκνυσθαι (αὐτοῖσι) πάντα τε τὸν πεζὸν στρατὸν καὶ τὴν ἵππον, vii. 146. *f.*

Notione sequioribus scriptoribus usitata verbo Ἐπιδείκνυσθαι *usus est auctor Vitæ Homeri cap.* 12. *a.* τὰ ἔπεα τὰ πεποιημένα αὐτῷ ἐπεδείκνυτο, Carmina sua Ostentabat, *id est,* Coram auditoribus recitabat aut canebat, specimen artis suæ editurus. *Conf.* Ἐπίδεξις.

ἐπεδείκνυντο ῥώμης ὅσον εἶχον μέγιστον *ed. Schæf. cum mss. nonnullis* vii. 223. *m. f. ubi nos cum aliis* ἀπεδείκνυντο *tenuimus.*

Ἐπίδειξις, *vide* Ἐπίδεξις.

[Ἐπιδέξιος, Dexter, *tamquam vocabulum Herodoto usitatum profert Æm. Portus, provocans ad* "τὰ ἐπιδέξια, *subintell.* χωρία, Loca ad dextram, vi. 33. *a.*"—*At ibi divisis vocibus* ἐπὶ δεξιὰ *scriptum oportuit. Etiam Wesselingius quidem,* ii. 93. *m.* (*ubi conf. Var. Lect. et Not.*) *et* iv. 191. *a. una voce, sed ea acuta,* ἐπιδεξιὰ *ediderat; at idem Vir doctus, ubi ad* vi. 33. *pervenit, rectius divisis vocibus* ἐπὶ δεξιὰ *scribi intellexit. Vide Var. Lect. et Not. ad* vi. 33, 2. *et redi ad voc.* Δεξιὸς *supra, suo loco.*]

Ἐπιδευὴς, (*Ion. i. q.* Ἐπιδεὴς) Indigus, Inops. τῶν πάντων ἐπιδευέες ἐόντες, iv. 130. *a. ubi alii olim* ἐπιδεέες.

Ἐπίδεξις, ιος, ἡ, (*Ionice i. q.* Ἐπίδειξις) *proprie* Demonstratio, *vel* Ostentatio. *Non nisi semel, quod notaverim aut meminerim, vocab. hoc apud Nostrum occurrit,* ii. 46. *extr.* τοῦτο ἐς ἐπίδεξιν (*alii olim* ἐπίδειξιν) ἀνθρώπων ἀπίκετο, *haud satis liquida scriptoris sententia. Nos interpretati sumus,* Eaque res in omnium hominum notitiam pervenit. *Vide Adnot. ad l. c. Præiverat nobis Æm. Portus, Græca Herodoti verba his Latinis reddens:* "Hoc in hominum demonstrationem venit, *id est,* Hominibus innotuit, ita ut omnes hoc indicarent ac demonstrarent."

Notione sequiori ætate pervulgata occurrit vocab. Ἐπίδειξις *in Vita Hom.* 10. *m.* τῶν ἐπέων τὴν ἐπίδειξιν ἐποιέετο. *Conf. supra sub verb.* Ἐπιδείκνυσθαι *adposita.*

Ἐπίδηλος, ου, ὁ, ἡ, Manifestus, Notus, Cognitus. θέλων μὴ ἐπίδηλος εἶναι τοῖσι Ἕλλησι, Nolens Græcis manifestus esse; *id est,* Nolens consilium suum cognosci a Græcis, viii. 97. *a.*

Ἐπίδημος, *aut* Ἐπιδήμιος, ου, ὁ, ἡ, In urbe vel regione aliqua habitans, Inquilinus. τοῖσι δ' ἂν ἔωσι (in oppidis Ægypti) ἐπιδήμιοι ἔμποροι, ii. 39. *m. ubi* ἐπιδήμιοι *ex probatis msstis adscivimus, alii vulgo* ἐπίδημοι.

Ἐπιδιαβαίνειν, Post alium transire. διαβάντων τούτων τὸν Τάναϊν, οἱ Πέρσαι ἐπιδιαβάντες ἐδίωκον, iv. 122. *f.* ἔφθη ἐς Ζάκυνθον διαβάς· ἐπιδιαβάντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, vi. 70. *a. N.*

Ἐπιδιαγινώσκειν, Recognoscere. τὰ δ' ἂν νήφοντες προβουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγινώσκουσι, i. 133. *extr.*

Ἐπιδιαιρεῖσθαι, Inter se dividere. ἐπιδιελόμενοι τὰς πόλις ἐπόρθεον, v. 116. *extr.*

Ἐπιδιδόναι, *notione intransitiva,* Pergere, Progredi, Augescere. ἦν οὕτω ἡ χώρη κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος, ii. 13. *m.*

Ἐπιδίζησθαι, *non* Ἐπιδίζεσθαι, Quærere, Inquirere, Anquirere. ἐπιδίζηται τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος τὸν Κῦρον, ὅστις ἐὼν τὴν Κροίσου ἀρχὴν κατεῖλε, i. 95. *a. ubi perperam olim* ἐπιδίζεται *edd.* τί δ' ἂν ἐπιδιζήμενος ποιέοιμι ταῦτα; v. 106. *m. Conf.* Δίζησθαι.

Ἐπιδιώκειν, *i. q. simpl.* διώκειν, Persequi, vi. 104. *a.* viii. 93. *a.*

Ἐπίδοξος, *i. q.* προσδόκιμος, *dicitur de* Re quæ exspectari potest et debet, *de eo* Quod futurum videtur; *item de Persona* cui aliquid eventurum esse probabile est. τάδε τοι ἐξ αὐτέων ἐπίδοξα (*scil.* ἐστὶ) γενέσθαι, i. 89. *m.* πολλοὶ ἐπίδοξοι τὠυτὸ τοῦτο πείσεσθαι εἰσὶ, Probabile est multis hoc idem esse eventurum, vi. 12. *m.* λογισαμένους ὅσα φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνει, iv. 11. *f. N. ubi utique* καταλαμβάνειν *scripsisse videtur Herodotus, scilicet* ὅσα κακὰ ἐπίδοξα ἐστὶ καταλαμβάνειν αὐτούς.

Ἐπιδραμέειν, Ἐπιτρέχειν, 1. *cum Accusat.* Hostiliter incursare. τὰς κώμας πάσας ἐπέδραμον, viii. 23. *extr.* τὴν χώρην πᾶσαν ἐπέδραμον, viii. 32. *b.* ἐπέδραμε πεδίον πᾶν *tamquam ex lib.* i. *citavit H. Steph. Conf. Lexic. Polyb. voc.* Ἐπιτρέχειν. 2. *Cum Dativo,* Adcurrere, *et metaphorice,* Inhiare, Cupide arripere. οὔτι ἐπιδραμὼν, πάντα τὰ διδόμενα ἐδέκετο, iii. 135. *f. N. ubi constructio verborum in hunc modum intelligenda,* ἐδέκετο πάντα τὰ διδόμενα, οὔ τι ἐπιδραμὼν αὐτοῖς.

Ἐπιεικὴς, έος, ὁ, ἡ, *de Homine,* Probabilis, Satis idoneus. παῖς, τὰ μὲν ἄλλα ἐπιεικὴς, ἄφωνος δὲ, i. 85. *a. ubi Valla,* Habilis ad cætera; *nos,* Cætera quidem non ineptus. *De Re,* τὸ μέτριον καὶ καλῶς ἔχον *Ionas* Ἐπιεικέστατον *dicere, ait Gregorius Dial. Ion.* §. 116. *cui præivere*

Glossæ Herodoteæ ex libro ii. ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν, *ait Noster* ii. 22. *a.* (Tertia illarum viarum, *quibus rationem reddere volunt augmenti annui Nili*) πολλὸν ἐπιεικεστάτη ἐοῦσα, μάλιστα ἔψευσται: *Ubi Valla:* Ut multo modestissima, ita longe falsissima est; *nos,* Quum maxime speciosa sit, plurimum a vero aberrat. πολλοὶ τῶν δικαίων τὰ ἐπιεικέατερα προτιθέασι, Multi præponunt justioribus æquiora lenioraque; Æquum et bonum summo juri præferunt. *Usus hujus vocabuli complura ex variis auctoribus exempla collegit Kœn. ad Gregor. l. c.*

Ἐπιεικέως, Modice, Sic satis. ἡ ῥίζα τοῦ λωτοῦ ἐγγλύσσει ἐπιεικέως, Modice dulcis est, ii. 92. *m.*

Ἐπιέναι, (*ab* εἶμι, Eo.) 1. Contra *aliquem* ire. οἱ Πέρσαι, ὡς εἶδον ἐπιφανεῖσαν τῶν Σκυθέων τὴν ἵππον, ἐπήϊσαν (*scil.* ἐπ' αὐτὴν) *etc.* iv. 122. *m. ubi mox* ἐδίωκον *eadem in re.* δεινῶν ἐπιόντων τοῖσι Ἕλλησι, Periculo imminente Græcis, vii. 145. *f.* δεινοῦ ἐπιόντος οὐδενὸς, vii. 164. *a.* τὸν βάρβαρον τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, vii. 157. *a. N.* 177. *m.* ὁρέοντες δρόμῳ ἐπιόντας, vi. 112. *a.* βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ ἐπήϊσαν, ix. 59. *f.* 2. Advenire. ἐπιοῦσι τοῖσι πρεσβυτέροισι ἐξ ἕδρης ὑπανιστέαται οἱ νεώτεροι, ii. 80. *Hinc* ἅμα ἡμέρῃ τῇ ἐπιούσῃ, Proximo die (Postridie) prima luce, ix. 42. *f.* 3. Obire, Percurrere, Passim ire per *regionem.* ἐσίνοντο ἐπιόντες χώρους τῆς Ἀττικῆς, (*id est,* ἐσίνοντο τοὺς χώρους, ἐπιόντες αὐτοὺς) v. 74. *f. Hac notione ex Reiskii conjectura* ix. 95. *correxi* ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα, *pro eo quod erat* ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, *quod quidem ipsum fortasse, eamdem in sententiam, teneri debuerat, ut supra sub Præpos.* ἐπὶ *cum Accus. num.* 4. *monui.*

Ἐπιέναι, (*Ion. pro* Ἐφιέναι) *ab* ἵημι, 1. Immittere, Mittere contra. ὕδωρ θερμὸν ἐπῆκαν ἐπὶ τὴν ἔσοδον, vii. 176. *f.* ἐπῆκαν τῷ στρατοπέδῳ τὴν ἵππον, v. 63. *f.* ἐπῆκε τὴν ἵππον ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ix. 49. *a.* 2. Permittere, Concedere, Sinere. οὐδ', ἣν ὁ Λάκων ἐπίῃ τοι ἄρχειν, ἡμεῖς ἐπήσομεν, vii. 161. *m. f.* οὐδὲν ἐπιέντες *olim edd.* vii. 162. *a. pro quo rectius nunc* ὑπιέντες. εἴ τις ἐπείη σφι ἐπέλκειν τὰς μακρὰς οὐρὰς, iii. 113. *a.* 3. Admittere *marem feminæ.* ἐπιεῖσι τοὺς ὄνους ταῖς ἵπποις, iv. 30. *f. Pro quo est locutio plenior, sed diversa verborum constructio* iii. 85. *f. ubi Œbares* ἐπῆκε (*nempe* τῷ τοῦ Δαρείου ἵππῳ) ὀχεῦσαι τὴν ἵππον.

Ἐπιέννυσθαι, Indui. χαλκὸν ἐπιέσται, *sive* ἐπίεσται, Induta est æs; Operculo æneo tecta est, i. 47. *extr. in Oraculo. Vide Var. Lect. et Not.*

Ἐπιζέειν, Effervescere. ἀκούσαντί μοι τῆς Ἀρταβάνου γνώμης παραυτίκα μὲν ἡ νεότης ἐπέζεσε, vii. 13. *m.*

Ἐπιζευγνύναι, Præcingere, Inter se jungere. (*vide Lexic. Polyb. h. v.*) Sectos arborum stipites intentis super Hellesponto rudentibus continua serie impositos ἐνθαῦτα αὖτις ἐπεζεύγνυον, vii. 36. *f. ubi Valla,* Desuper innexuerunt; *Wess. cum Gron.* Superjunxerunt; *nos,* Arcte inter se constrinxerunt.

Ἐπιζώειν, In vita manere, Superesse. εἰ ἐπέζωσε καὶ μὴ ἐπέθανε, i. 120. *a.*

Ἐπιζωννύναι, Præcingere, Succingere. Mulieres Ægyptiæ in luctu discurrunt per urbem plangentes pectora ἐπεζωσμέναι, Succinctæ; atque etiam viri plangunt pectora ἐπεζωσμένοι, Succincti, ii. 28. *b. N.*

Ἐπιθαλάσσιος, Maritimus, Ad mare situs. τῶν ἐπιθαλασσίων ἄρχει πάντων, Universæ præest oræ maritimæ, v. 30. *f.*

Ἐπιθέειν (τινὶ *vel* ἐπί τινα), Irruere. καί μιν ἐπιθέοντα ὁρῶν, ix. 107. *m.*

Ἐπιθεσπίζειν τῷ τρίποδι, *i. q.* θεσπίζειν ἐπὶ τῷ τριπ. Ex tripode oracula reddere, iv. 179. *m. f.*

Ἐπίθημα, ατος, τὸ, Operculum. χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθεὶς, i. 48. *f.*

Ἐπιθυμητὴς, οῦ, ὁ, Cupidus, Studiosus. νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμητὴς ἐὼν, vii. 6. *a.*

Ἐπιθυμίη, ης, ἡ, Desiderium. ἐπιθυμίην ἐκτελέσαι, i. 32. *m. Et paulo post* ibid. ἐπιθυμίην ἐνεῖκαι, Patienter ferre desiderium.

[Ἐπιθωυμάζειν. *Pro* ἀπεθωύμαζε, iii. 148. *m. plures codd.* ἐπεθωύμαζε *aut* ἐπεθώμαζε *præferunt.*]

Ἐπικαλέειν, 1. *i. q. simpl.* καλέειν, Nominare. ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι, viii. 44. *f. ubi eadem notione præcedit verbum* οὐνομαζόμενοι, *et sequitur* ἐκλήθησαν.

2. Ἐπικαλέειν *et* ἐπικαλέεσθαι, Ad se vocare, Invitare. αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικαλεομένων, i. 187. *m.* ἐπεκαλέοντο (αὐτοὺς) οἱ Κυρηναῖοι, Invitarunt eos Cyrenæi *ad coloniam in Libyam deducendam,* iv. 159. *m. Hinc* Auxilio vocare. ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους, viii. 64. *f. et mox* ibidem, ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντα τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλέοντο. *Rursus,* αὐτοὶ σφεας ἐπεκαλέσαντο οἱ Ἕλληνες, vii. 203. *a. Similiter* v. 63. *m.* 80. *b. Sed et* Invitare ad pugnam, Inclamare, Provocare, v. 1. *a.*

3. Ἐπικαλέειν *et* Ἐπικαλέεσθαι, Invocare, Implorare *deum.* ἐπικαλέσαντες τὸν θεὸν, ii. 39. *a.* ἐπικαλέει τὸν Διόνυσον, iii. 8. *m.* θεοὺς ἐπικαλέων, iii. 65. *m.* v. 93. *a.* ἐπικαλέεσθαι τὸν θεὸν, i. 87. *a.* ἐπικαλέσασθαι τὴν θεὸν, v. 61. *f.* ταῦτα ἔτι τούτου ἐπικαλευμένου, Dum ille adhuc *deam* ita invocat; hæc *a dea* precatur, v. 62. *a.* τίνα τοῦτον ἐπικαλέοιτο, Quis esset quem ille invocaret, i. 86. *m.* ἐπικαλέω τοι τὴν θεὸν, i. 199. *m. ubi Valla,* Ego tibi deam imploro; *nos,* Deam, ut tibi adsit, precor.

Sed vide ne sententia hæc sit, Per deam te obtestor; Deæ nomine te compello et invitatum velim. *Similiter, sed accedente notione* Imprecationis *et* Comminationis, θεοὺς τοὺς βασιληΐους ἐπικαλέων ὑμῖν, iii. 65. *m.* *Et* ἐπιμαρτυρόμεθα ἐπικαλεόμενοι ὑμῖν τοὺς θεοὺς, μὴ κατιστάναι *etc.*

4. Ἐπικαλέειν, *i. q.* ἐγκαλεῖν, Accusare, Postulare, Crimini dare. *Hinc in Passivo,* τὰ ἐπικαλεύμενα χρήματα, Pecuniæ quarum caussa (*utpote furto ablatarum*) aliquis accusatur; Pecuniæ et res pretiosæ quæ repetuntur, ii. 118. *f.* *Confer* Ἐπίκλητος.

Ἐπικαμπὴ, ῆς, ἡ, Incurvatio, Inflexio. αἱ ἐπικαμπαὶ, Inflexiones *muri*, i. 180. *m. N.* *Conf.* Καμπή.

Ἐπικάρσιος, ίη, ιον, Obliquus, Transversus. τὰς ἐπικαρσίας ὁδοὺς, i. 180. *f.* τῆς Σκυθικῆς τὰ ἐπικάρσια, iv. 101. *f.* *Cum Genitivo.* τριήρεας, τοῦ μὲν Πόντου (*nisi* πόρου *legendum*) ἐπικαρσίας, τοῦ δὲ Ἑλλησπόντου κατὰ ῥόον, vii. 36. *a. N.*

Ἐπικαταβαίνειν, Descendere adversus *hostem.* ἔδοξέ σφι ἐπικαταβῆναι ἐς Πλαταιὰς, ix. 25. *a. m.*

Ἐπικατακλύζειν, Inundare. ἐπικατακλύειν τὴν Ἀσίην πᾶσαν, i. 107. *a.*

Ἐπικατακοιμᾶσθαι *vel* Ἐπικατακοιμέεσθαι, Incubare, Dormire super. ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτέοντες τὰ σήματα καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμέωνται, (*sive,* ἐπικατακοιμέονται,) iv. 172. *f.*

Ἐπικαταλαμβάνειν, Antevertere, Occupare, Opprimere. *Olim* i. 79. *a. sic edebatur,* ἐλαύνειν ὡς δύναιτο τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδις, ὅκως, πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἁλισθῆναι τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν, αὐτὸς ἐπικαταλάβοι, *id est,* Quam celerrime posset exercitum adversus Sardes duceret, ut, priusquam iterum contraherentur Lydorum copiæ, ipse hostem occuparet, *ut Valla reddidit; sive,* ipse occuparet capere *Sardes,* et opprimere *hostem. Ibi tria verba,* ὅκως *et* αὐτὸς ἐπικαταλάβοι, *quæ a Gronovio et posterioribus Editoribus ex codicum nonnullorum præscripto abjecta sunt, restituenda auctori equidem putem. Similem verbi* ἐπικαταλαμβ. *usum ex Platone, Theophrasto et Xenophonte post Guil. Budæum adnotavit H. Stephanus Thes. T.* ii. *col.* 574. *h.*

Ἐπικατασφάζειν, Mactare, Jugulare *aliquem* super *cadavere aut* super *busto alterius.* ἐπικατασφάξαι μιν κελεύων τῷ νεκρῷ, i. 45. *a.* ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ, ibid. *f.*

Ἐπικαταψεύδεσθαι, Mendacium aliquod adjicere dictis. οὐδὲν ἐπικατεψευσμένος, iii. 63. *m. f.*

Ἐπίκαυτος, Adustus, Præustus. ἀκοντίοισι ἐχρέωντο ἐπικαύτοις, vii. 74. *m. N. et* 71. *a.* Præustis sudibus *ait Virgil. Æn.* vii. 524. Obustis, xi. 894.

Ἐπικέεσθαι, 1. Situm esse versus (prope, contra, adversus) *locum aliquem.* αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι, vii. 6. *m. f.* 2. Incumbere, Urgere, Instare, Premere; *sive* Hortando *ut* πάγχυ ἐπικείμενος ἐνῆγε, v. 104. *m.* (*conf.* Ἐνάγειν.) *sive* Hostiliter imminendo, persequendo *aut* adgrediendo. ἐπικειμένων αὐτέων Βοιωτοῖσι, v. 81. *b.* ποιήσασι ταῦτα ἰθέως Ἀθηναῖοι ἐπεκέατο, vi. 49. *m.* πεσόντι αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι ἰθέως ἐπεκέατο, Impetum in eum fecerunt, ix. 22. *a.* viii. 84. *a.*

Ἐπικέρδιον, ου, τὸ, *i. q.* τὸ κέρδος, Lucrum, Quæstus. τὴν δεκάτην τῶν ἐπικερδίων ἐξελόντες, iv. 153. *m. f. ubi olim* ἐπικερδέων, *quod ad* τὸ ἐπικερδὲς (*Neutr. adjectivi* ἐπικερδὴς) *retulit Æm. Portus.*

Ἐπικερτομέειν, Mordacibus verbis insectari. βώσας τὸν Θεμιστοκλῆα ἐπεκερτόμησε, viii. 92. *m. f. ubi delendum incisum quod post* Θεμιστοκλῆα *ex superioribus editionibus in nostram irrepsit.*

Ἐπικηρυκεύεσθαι, Misso præcone de pace aut induciis agere cum hoste, Per caduceatorem edicere. ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι, i. 60. *a.* ταῦτα ἐπεκηρυκεύσατο τοῖσι Δηλίοισι, vi. 97. *f.* ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς Παυσανίην οἱ Θηβαῖοι, ix. 87. *f.*

Ἐπικηρύσσειν τινὶ (*vel,* ἐπί τινι) ἀργύριον, Caput alicujus proposita pecunia proscribere; Per præconis vocem pretium ei polliceri, qui proscriptum aliquem sive vivum sive mortuum nobis tradidisset. οἱ Πυλαγόροι ἐπεκήρυξαν ἀργύριον ἐπὶ Ἐπιάλτῃ τῷ Τρηχινίῳ, vii. 214. *m.* καί οἱ φυγόντι ὑπὸ τῶν Πυλαγόρων ἀργύριον ἐπεκηρύχθη, vii. 213. *m.*

Ἐπικιδνάναι, Inspergere. κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμὸν, vii. 140. *extr. in Orac. Vide Not. et conf. Iliad.* β'. 850. *et* η'. 451 *et* 458.

Ἐπικίνδυνος, ου, ὁ, ἡ, Periculosus. ἐπικίνδυνον ἦν μὴ λαμφθείη, Periculum erat ne deprehenderetur, vii. 239. *m.*

Ἐπικιρνάναι, Miscere. ἐπικίρναται ὁ κρατὴρ, Miscetur in cratere vinum, Repletur crater, i. 51. *m.*

Ἐπίκλητος, ου, ὁ, ἡ, 1. Advocatus *in concilium,* Convocatus. σύλλογον ἐπίκλητον Περσέων τῶν ἀρίστων ἐποιέετο, vii. 8. *a. N. Hinc substantive,* οἱ ἐπίκλητοι, Qui in concilium vocari solent, Concilii participes. ἐβουλεύετο ἅμα Περσέων τοῖσι ἐπικλήτοισι, viii. 101. *a.* σιγώντων δὲ τῶν ἐπικλήτων, ix. 42. *a. ubi vide proxime præcedentia.* 2. Invocatus, Auxilio vocatus, *i. q.* σύμμαχος, *ut ait Hesychius,* Auxiliaris, v. 75. *f. Conf.* Ἐπικαλέεσθαι.

Ἐπικνέεσθαι, (*Ion. pro* ἐφικνεῖσθαι) 1. Pervenire ad, Attingere. ἐς τὰ ἄλλα λέγων

ἐπίκεο ἀληθέστατα, Sermone tuo verum acu tetigisti, vii. 9. a. 2. Perstringere, Percutere. τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγὰς, vii. 35. a. N.

πολλῷ μᾶλλον ἐπικνέεται καταγνάφων legebatur olim iii. 108. f. ubi nunc ἐσικνέεται. Vide Var. Lect. et Not. et confer ἐξικνέεσθαι.

Ἐπίκοινα, Adverb. i. q. ἐπικοίνως, (ab Adject. ἐπίκοινος) In commune, Promiscue. χρηστήριον τὸ ἐπίκοινα ἔχρησε ἡ Πυθίη τούτοισί τε καὶ Μιλησίοισι, vi. 77. m. ταῖσι γυναιξὶ ἐπίκοινα χρέωνται οἱ Μασσαγέται, i. 216. a. ubi olim quidem ἐπὶ κοινὰ edd. Conf. mox Ἐπίκοινος.

Ἐπίκοινος, ου, ὁ, ἡ, Communis, Ad plures in commune pertinens, Promiscuus. Ἀργείοισι καὶ Μιλησίοισι ἐχρήσθη ἐπίκοινον χρηστήριον, vi. 19. a. ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται, iv. 104. a. 172. a. m. 180. f. Conf. Ἐπίκοινα.

Ἐπικουρέειν, Auxilio venire. ὁ δὲ πεζὸς ἂν ἐπεκούρεε, iv. 128. f.

Ἐπικουρίη, ης, ἡ, Auxilium, Auxiliares. ἐπεκαλέοντο ἐκ Θεσσαλίης ἐπικουρίην, v. 63. m. 80. f. vi. 100. a. ἐπικουρίη ψυχρὴ, vi. 108. a. m.

Ἐπίκουρος, ου, ὁ, Auxiliator. οἱ ἐπίκουροι, Auxiliares, ii. 152. m. et f. iii. 91. f. 145. f. 146. m. et f. Etiam Satellites intelliguntur ἐπίκουροι, ut i. 64. a. vi. 39. f.

Ἐπικουφίζειν, Levare. τὴν νῆα ἐπικουφισθεῖσαν οὕτω ἀποσωθῆναι, viii. 118. f.

Ἐπικρατέειν, 1. Vincere, Victoriam reportare, Superare. ἐπικρατέειν ἢ ἀπόλλυσθαι, Vincere aut mori, vii. 104. f. ἐπεκράτησε τῇ στάσει Μίνως, Sua factione vicit; vel Superior discessit e lite, ii. 1. f. ὁ Νεῖλος πλήθεϊ ἐπικρατέει, scil. τοῦ Ἴστρου, Aquæ copia vincit (superior est) Nilus, iv. 50. a. ubi nunc quidem ex aliis codicibus ἀποκρατέει editur, sed nec spernendum istud. Simillimum certe exemplum, οἱ Πέρσαι ἐπεκράτησαν πλήθεϊ ex p. 187. ed. pr. H. Steph. citavit Portus; at ibi quidem verba hæc non leguntur, et vera illorum sedes adhuc me præteriit. πολλὸν ἐπεκράτεον, sc. ἐκείνων, vi. 138. m. τῇ μάχῃ ὡς ἐπεκράτησαν, v. 116. b. τοὔνομα Ὅμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελεσιγένεϊ, Vit. Hom. 13. Frequenter construitur cum Genitivo ejus quem vincimus. ἐπικρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν, viii. 94. m. ἐπεκράτησε μάχῃ τῶν Γελώων, vii. 155. m. τέῳ τρόπῳ τῶν ἀνδρῶν τουτέων ἐπικρατήσομεν, vii. 234. f. τοὺς σκύλακας ἐπικρατῆσαι τοῦ σκύμνου, iii. 32. a. ἢν ἐπικρατήσῃ αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλέϊ, Si apud regem (i. e. judicio regis, lite a rege judicata) illum vicit, iv. 65. m. f. οὐ δύνασθαι ἔτι τοῦ πυρὸς ἐπικρατῆσαι, Non amplius potuisse illos vim ignis superare, i. 86. extr.

2. Potiri, In potestatem suam redigere. ἐπικρατήσας τῶν πρηγμάτων, Potitus rerum, iv. 164. a. καταλαβεῖν τὴν ἀκρόπολιν ἐπειρήθη· οὐ δυνάμενος δὲ ἐπικρατῆσαι, nempe αὐτῆς, v. 71. m. ἑπτὰ τῶν νεῶν ἐπεκράτησαν, vi. 115. a.

3. Obtinere (Tenere) imperium, In potestate habere. τῆς θαλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, Maris imperium tenebant, i. 17. f. Sic, βασιλέος ἐπικρατέοντος τῆς θαλάσσης, vii. 139. m. f. πολλὰς εἶχε ἐλπίδας ἐπικρατήσειν τῆς θαλάσσης, v. 36. m. ἐπεκράτει γὰρ ταύτης, Nam hæc (insula) imperio illius erat subjecta, iii. 52. f. Sic τῶν ἐπεκράτεε, ii. 1. f. idem valet ac τῶν ἦρχε ibid. ἐπεκρατέετε τῶν Περσέων ὅσον χρόνον ὑμῖν ὁ θεὸς παρεδίδου, iv. 119. m. f.

Ἐπικτᾶσθαι, sive Ἐπικτέεσθαι, Insuper adquirere, Adsciscere. πατρίοισι χρεώμενοι νόμοισι, ἄλλα οὐδένα ἐπικτέωνται, ii. 79. a.

Ἐπίκτητος, ου, ὁ, ἡ, Adquisitus. Delta Ægyptiorum ἐστι Αἰγυπτίοισι ἐπίκτητος γῆ καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ, ii. 5. a. 10. a. τὴν ἀπ' Αἰγύπτου ἐπίκτητον (γυναῖκα) ἐν τιμῇ ἔχει, Uxorem ex Ægypto adquisitam, Insuper ductam, Adventitiam, iii. 3. m.

Ἐπικυΐσκεσθαι, Superfœtare. ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων ὁ λαγὸς, iii. 108. m. N.

Ἐπικυρέειν, i. q. κυρέειν, Nancisci. καθαρσίου ἐδέετο ἐπικυρῆσαι, olim edd. i. 35. a. ubi nunc simpl. κυρῆσαι, sed neutiquam aspernandum compositum.

Ἐπιλαμβάνειν, 1. Prehendere, Corripere, Invadere. ἐπιλαβὼν λοιμὸς τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη, viii. 116. m. (qua notione quidem alibi verbum ὑπολαβεῖν frequentat Noster: vide vi. 27. a. et ibi Not.) 2. Cohibere, Retinere. ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ii. 87. m.

Med. Ἐπιλαμβάνεσθαι, cum Genitivo, 1. Insuper nancisci, et simpliciter Nancisci. προστάτεω ἐπιλαβόμενοι, i. 127. a. v. 23. m. f. προφάσιος ἐπιλαβέσθαι, Occasionem (Speciosam caussam) nancisci, iii. 36. f. et vi. 13. m. f. ubi etiam reddi potest Arripere occasionem, sicut vi. 49. f. ubi ἄσμενοι προφάσιος ἐπελάβοντο. 2. Manu prehendere et firmiter tenere, ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηὸς, vi. 114. Quando simpliciter Prehendere vel Arripere significat, construitur etiam cum Accusativo: τὰ δόρατα (τῶν πολεμίων) ἐπιλαμβανόμενοι κατέκλων, ix. 62. m.

3. Manum injicere, Adgredi, Invadere, Adoriri. ἐπελάβοντο τῶν νεῶν, vi. 113. extr. (Conf. Συνεπιλαμβάνεσθαι.) 4. Corripere verbis, Invehi in aliquem. Sic olim quidem edebatur, χαλεπῶς ἐπελαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ παιδὸς, ii. 121, 4. a. ubi nunc simpl. ἐλαμβάνετο ex msstis adscitum, sed istud denuo revocavit Schæf.

Ἐπιλάμπειν, Illucescere, Adparere. ὥς σφι ἡμέρη ἐπέλαυψε, viii. 14. *a.* ἔαρος ἐπιλάμψαντος, Adpetente vere, Primo vere, viii. 130. *a.* *Conf.* Ὑπολάμπειν.

Ἐπίλαμπτος, ου, ὁ, ἡ, (*Ion. pro* ἐπίληπτος) Deprehensus. εἰ ἐπίλαμπτος ἀφάσσουσα ἔσται, Si Deprehensa fuerit palpans *illum*, iii. 69. *m. ubi perperam olim* ἐπίλαμπος. *Vide Var. Lect. et Not.*

Ἐπιλανθάνεσθαι, Oblivisci. τουτέων μὲν τῶν ἐντολέων μεμνημένος ἐπελανθάνετο, iii. 147. *b.* *Conf.* Ἐπιλήθεσθαι.

Ἐπιλεαίνειν, Lævigare, Lenire. *Metaph.* τοσαῦτα ἐπιλεήνας τὴν Ξέρξεω γνώμην, Lenivit, Mollivit Xerxis sententiam, vii. 9, 3. *extr.* *Conf.* Λεαίνειν.

Ἐπιλέγειν, 1. Dictis adjicere. λόγον τόνδε ἐπιλέγοντες, Narrationem *vel* Rationem hanc adjicientes, ii. 156. *m.* vii. 147. *a.* viii. 49. *m. f.* *Sic* τοιαῦτα ἐπιλέγοντες ποιεῦσι ἐμοί γε οὐκ ἀρεστὰ, ii. 64. *f.* Simul *vel* Deinde dicere: κεφαλὰς ταύτας παραφέρει, καὶ ἐπιλέγει ὡς *etc.* iv. 65. *f.* παίζουσι—ἐπιλέγοντες *etc.* v. 4. *f.* 2. Seligere. ἐπιλέξας τῶν ἀστῶν τοὺς *etc.* iii. 44. *f.*

Medium Ἐπιλέγεσθαι, 1. Deligere, Seligere sibi. ἐπιλεξάμενος τῶν Βαβυλωνίων (*scil.* ὅσους ἐβούλετο, *aut simile quid,*) ἐξήγαγε, Selectos Babylonios eduxit, iii. 157. *m.*

2. Legere, Perlegere *epistolam, librum; quod vulgo* ἀναγινώσκειν. λαβὼν τὸ βιβλίον (*vel* τὰ γράμματα) ἐπελέγετο, i. 124. *a.* 125. *a.* ii. 125. *m.* iii. 41. *a.* 43. *a.* 128. *m.* v. 14. *b.* vii. 239. *extr.* viii. 22. *a.* 128. *f.* 136. *a.*

3. Secum cogitare, Reputare, Perpendere; *quod alias* ἀναλογίζεσθαι. Ταῦτα ἐπιλεγομένῳ Κροίσῳ, i. 78. *a.* ii. 120. *a.* vi. 9. *a. m.* 86, 1. *f.* ἄλλα τε πολλὰ ἐπιλεγόμενος, vii. 47. *f.* πᾶν ἐπιλεγόμενος πείσεσθαι χρῆμα, Reputans quidlibet accidere sibi posse, vii. 49. *f.* τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπιλέγεσθαι πρήγματα, Nil curare quid agant hostes, vii. 236. *f.* ἐπ' ἀμφότερα ἐπιλεγόμενοι παρεσκευάδατο, ix. 97. *f.* μήτε πᾶν ὁμοίως ἐπιλέγεο, vii. 50, 1. *a. et f.* ἐπιλεξάμενον ὡς οὐδὲν εἴη *etc.* i. 86. *f.* v. 30. *m.* οὐδαμᾶ ἐπιλεξάμενος μή κοτε τίς μοι ἐπαναστάίη, iii. 65. *m. ubi* Metuendi *notionem includit hoc verbum, sicut* vii. 149. *a. et passim alibi, vide Not. ad* vii. 149. ταῦτα τῶν στρατηγῶν ἐπιλεγομένων, Hæc dum Inter se disseruerunt duces, viii. 51. *a.* *In Vita Hom. c.* 2. ἐπιλεγόμενος τὴν αἰσχύνην, Commemorans *reddunt, sed et ibi commode* Reputans *intelligi potest.* *Conf.* Ἐπιλογίζεσθαι.

Ἐπιλείπειν, *idem fere ac* ἀπολείπειν, Relinquere, Deserere, Destituere, Deficere. *Cum Accusat.* τοῦ θέρεος, τῶν ὕμβρων ἐπιλειπόντων αὐτοὺς, *scil.* τοὺς ποταμοὺς, Æstate quum imbres Destituunt (Deficiunt) fluvios; quum cessant imbres augere illos, ii. 25. *f.* κοῖον δὲ πινόμενόν μιν (*nempe* τὸν Ξέρξεα) ὕδωρ οὐκ ἐπέλιπε, vii. 21. *m. N.* Σκάμανδρος—ἐπέλιπε τὸ ῥέεθρον, vii. 43. *a. non* (*uti olim in Not. ad h. l. et ad* ii. 19. *m. præeuntibus aliis censueram*) *intelligendum* κατὰ τὸ ῥέεθρον, sed ἐπέλιπε τὸ ῥέεθρον, Deseruit, Destituit fluxum *vel* cursum suum, *sive rectius* Alveum suum, (*nam* ῥέεθρον *manifeste* Alveum *dixit Noster* vii. 127. *m. et* ix. 51. *a.*) *id est* Desiit fluere, et aquam bibendam præbere exercitui. *Ibi alii olim* ἀπέλιπε, *unus codex* ἐπελίπετο. *Confer Wesselingii Notam, in qua perperam* vii. 125. *citatur, quum* vii. 127. *debuisset.*

Alibi absolute ponitur; sed ita ut, originem formulæ si spectes, subintellectus olim fuisse videatur Accusativus. Sic, Μέλανα ποταμὸν, οὐκ ἀντισχόντα τότε τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον, ἀλλ' ἐπιλιπόντα, *nempe* τὸ ῥέεθρον, vii. 58. *f.* *Similiter* vii. 127. *f.* ταῦτα πάντα πολύγονα πεποίηκε ἡ σοφὴ τοῦ θείου προνοίη, ἵνα μὴ ἐπιλίπῃ (*scil.* τοὺς ἀνθρώπους) κατεσθιόμενα, iii. 108. *a.* *ubi nonnulli quidem* ἐπιλίπηται, *perperam.*

Ἐπιλήθεσθαι, Oblivisci. ἀνὴρ, τοῦ ἐπιστάμενος τὸ οὔνομα ἑκὼν ἐπιλήθομαι, Vir cujus nomen sciens volens obliviscor, iv. 43. *f.* *id est,* Mentionem ejus facere (Edere illud) nolo, *quemadmodum* μέμνημαι *proprie* Memini, *dein* Mentionem facio *significat: alii quidem ibi* ἐπιλήσομαι *præferunt.* *In eamdem, quæ hic obtinet, sententiam alibi ait,* τοῦ ἐπιστάμενος τὸ οὔνομα, οὐκ ἐπιμνήσομαι, i. 51. *m. f.* *Imperf.* τούτων ἑκὼν ἐπελήθετο, Horum (*quæ rogatus fuerat*) ultro oblitus est; Nullam eorum fecit mentionem, iii. 75. *a.* *Præt. Med.* ὑπεκρίναντο, τὰ πρῶτα ἐπιλεληθέναι, (Oblitos se esse priora) τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνιέναι, iii. 46. *m.* *ubi alii* ἐπιλελῆσθαι, *sed vide Not.* *Conf.* Ἐπιλανθάνεσθαι.

Ἐπιλογίζεσθαι, Secum reputare. ἐπιλογισθέντες ὅτι *etc.* vii. 177. *a.* *Conf.* Ἐπιλέγεσθαι.

Ἐπίλοιπος, ὁ, ἡ, Reliquus. τὰ ἐπίλοιπα τοῦ λόγου, iv. 154. *a.* τὰς ἐπιλοίπους τῶν πολίων, vi. 33. *m. f.* μῆνας ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίπους τῆς πληρώσιος, iii. 67. *a. N.* *Conf.* Πλήρωσις.

Ἐπιλυπέειν, Insuper incommodare, Molestiam creare. ἄλλα γὰρ μᾶλλόν σφεας ἐπελύπεε, ix. 50. *a.* *ubi olim simpl.* ἐλύπεε.

Ἐπίμαχος, ὁ, ἡ, Qui oppugnari et expugnari potest. τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον τῆς ἀκροπόλιος, Qua parte expugnabilis erat arx, i. 84. *m. f.* (*ubi opponitur* τὸ ἄμαχον.) τῇ μάλιστα ἔσκε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος, vi. 133. *f.* ᾗ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντὸς, ix. 21. *a.* *ubi non de*

muro aut munimento agitur, sed de tractu terræ acclivi et quidem de Ea parte *illius tractus,* quæ impressioni equitatus hostis maxime patebat, in quam equites hostium facillime impressionem facere poterant.

'Επιμέλεια, ης, ἡ, Cura. διότι ἑωυτοῦ οὐδεμίην ἐπιμέλειαν ποιεῦνται, vi. 105. *f.* τῶν παιδίων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, *Vit. Hom.* 24. *m.* οὐκ ἐν ἐπιμελείᾳ εἶχε τὸν Ὅμηρον, *Vit. Hom.* 56. *m.* ἐπιμελίης προσγινομένης, *Vit. Hom.* 5. *a.* πολλὰ δεηθεὶς ἐπιμελίην ἔχειν (αὐτοῦ), ibid. 7. *m.*

'Επιμελὲς, έος, τὸ, Quod alicui curæ est; Quod animum alicujus advertit. Κύρῳ ἐπιμελὲς ἐγένετο τὰ Κροῖσος εἶπε, i. 89. *a.* ἐπιμελές μοι ἦν, (*nempe* δρᾶν τὸν χοῦν *etc.*) ii. 150. *a.* ἀλλά οἱ τοῦτ' ἦν ἐπιμελὲς, iii. 40. *a.* ὡς δὲ παρεξήϊε ἡ γυνὴ, ἐπιμελὲς τῷ Δαρείῳ ἐγένετο, *nempe* τοῦτο. *Et mox,* ἐπιμελὲς δὲ ὥς οἱ ἐγένετο, v. 12. *m.* vii. 37. *m. f.*

'Επιμέμφεσθαί τι, Conqueri de aliqua re. ὥστε σε μηδὲν ἐπιμέμφεσθαι, i. 116. *m.* ἐπιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν Μίνως ἔπεμψε δακρύματα, vii. 169. *m.* ἐπιμεμφ. τινὶ τὶ *vel* ἀντί τινος, Crimini dare alicui aliquid; Infensum esse, Succensere alicui ob aliquid. τὰ Κροῖσος ἐπιμεμφόμενος τῷ Κύρῳ, i. 75. *a.* ἴσως τι ἐπιμεμφόμενοι 'Αθηναίων τῷ δήμῳ, vi. 124. *a.* ἀντὶ τούτων Αἰγύπτιοι—ἐπιμεμφόμενοι 'Απρίῃ ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, iv. 159. *f. ubi quidem ambigi potest utrum juncta intelligi debeant verba* ἀντὶ τούτων ἐπιμεμφόμενοι; *an ista* ἀντὶ τούτων ἀπέστησαν, ἐπιμεμφόμενοι (*scil.* αὐτὰ) 'Απρίῃ. *Conf.* Μέμφεσθαι.

'Επιμήκης, εος, ὁ, ἡ, Prælongus. ἀγκύρας κατῆκαν ἐπιμήκεας, *sic bene noster cod. Flor.* vii. 36. *a. ubi alii vulgo (quod sciam) omnes* περιμήκεας.

'Επιμήνιος, ου, ὁ, ἡ, Menstruus. τὰ 'Επιμήνια, Menstrua sacrificia, *quæ* ἐμμήνια ἱερὰ *dicit Sophocl. Elect.* 281. *Et apud Tragicum quidem* Victimæ cæsæ *intelliguntur: apud Herodotum vero, quum* viii. 41. *m. ait* ὡς ἐόντι (serpenti qui Minervæ templum in Acropoli Athenarum habitare putabatur) ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες, Menstrua *ista* sacrificia, *sive* Oblationes menstruæ, *non* victimæ *sunt, sed* placentæ melle conditæ, quibus vesci serpens ille putabatur. *Vide Not. ad h. l. Similiter apud Polybium* xxxi. 20, 13. *et* 22, 12. *sunt* Menstrua cibaria, *sed illa quidem militibus distribuenda. Conf. quæ ad Polyb.* xxxi. 20. *olim notavimus.*

'Επιμήχανος, ὁ, ἡ, Qui machinatur, Molitur. κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων, vi. 19. *m. in Orac.*

'Επιμιμνήσκεσθαι, Mentionem facere, Commemorare. *Cum Genitivo:* ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων, i. 5. *extr.* τούτων ἐπιμνήσομαι, i. 177. *extr.* τοῦ καὶ πρότερον ἐπεμνήσθην, i. 85. *a.* τοῦ εἵνεκα τουτέων ἐπεμνήσθην, viii. 55. *a. Cum præpositione* περὶ *et Genitivo:* τῶν (πυραμίδων) τοῦ μεγάθεος πέρι ἐπιμνήσομαι, ii. 101. *f. Simul cum Accusat. et Genitivo sive expresso sive subintellecto:* τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτέων, ii. 3. *extr.* τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες, *scil.* περὶ αὐτοῦ, i. 14. *extr.* τῆς τε μάχης —πολλὰ ἐπιμεμνημένοι καὶ τὴν Λήμνου ἅλωσιν, vi. 136. *m. Not.*

'Επιμιξίη, ης, ἡ, Mutuum commercium. ἐούσης (αὐτοῖσι) ἐπιμιξίης πρὸς τοὺς Τεγεήτας, i. 68. *a.*

'Επιμίσγεσθαί τινι, Commercium aliquod cum aliquo habere. Κόλχοι ἐπιμισγόμενοι Αἰγύπτῳ,—Φοινίκων ὅσοι τῇ 'Ελλάδι ἐπιμίσγονται, ii. 104. *f.* μὴ ἐπιμίσγεσθαι τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ, ii. 151. *extr.* ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι, i. 185. *extr.*

'Επιμνᾶσθαι; *vide* 'Επιμιμνήσκεσθαι.

'Επινέειν, Adcumulare, Denuo Superne imponere. ἔτεος ἑκάστου ἁμάξας ἑκατὸν ἐπινέουσι φρυγάνων, iv. 62. *a. ubi paulo ante dixerat* φρυγάνων φάκελοι συννενέαται.

'Επίνειον, ου, τὸ, Navale, Portus. τοῦτο γὰρ (τὸ Φάληρον) ἦν ἐπίνειον τότε τῶν 'Αθηναίων, vi. 116. *f.*

'Επινέμεσθαι, Depasci, Depascendo absumere. τὸ πῦρ ἐπενέμετο τὸ ἄστυ ἅπαν, v. 101. *a.*

'Επινέφελος, Nubibus obductus. τὰ ἐπινέφελα, Cœlum nubibus obductum. οὔτε ἐπινεφέλων ἐόντων, vii. 37. *m. N.*

'Επινοέειν, 1. Excogitare. ἐπινοήσας τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν, i. 48. *f.* 2. Inducere in animum, In animo habere, Destinare. πάντα ὅσα ἐπινοέω ποιήσειν, iii. 134. *m.* ἐπέδρην ἐπενόεον ποιήσασθαι, v. 65. *a.* ἐπινοέω πρήγματα μεγάλα κατεργάσασθαι, v. 24. *a.* τῇ ποιήσει ἐπενόει ἐπιθήσεσθαι, *Vit. Hom.* 6. *m. f.* ἐπινοήσω δὲ τῇδε, v. 30. *m. non significat, ut Portus reddidit,* Sic sentio, Hoc animo voluto, Hoc in animo habeo; *sed e præcedentibus verbis repetendum est* ἐπινοέω τῇδε κατάξειν ὑμᾶς, In Hunc modum, Hac ratione in patriam vos reducere cogito.

Passivum ἐπινοηθῆναι *eadem notione usurpatur atque activum num.* 2. Πολυκράτης πρῶτός ἐστι 'Ελλήνων ὃς θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη, iii. 122. *a.* αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι, vi. 115. *f. ubi quod codices nonnulli, probi quidem alioquin,* αὐτοῖσι *præferunt, quasi passiva notione accipiendum verbum esset, id ex correctione parum necessaria alicujus librarii natum videtur.*

'Επιορκέειν τὰς βασιληΐας ἱστίας, Lares regios pejerare, Per regios Lares jurando pejerare, iv. 68. *m.*

'Επιοῦσα ἡμέρη, *vide in* 'Επιέναι.

'Επίπαν (*proprie,* ἐπὶ πᾶν) In universum, Omnino. τὸ ἐπίπαν ὀγδώκοντα τάλαντα, Universa summa (In universum) octuaginta talenta, vi. 46. *m. f.* ὡς τὸ ἐπίπαν,

Ut plurimum, Plerumque, iv. 68. *a.* vii. 50, 1. *f.* 157. *extr.* viii. 60, 3. *f.* *Alii ubique* τοεπίπαν *conjunctim pingunt.*

Ἐπιπάσσειν, Inspergere. ἐπὶ γάλα ἐπιπάσσοντες, Lacti inspergentes (*nempe*, cicadas sole siccatas et in pulverem comminutas), iv. 172. *a.*

[Ἐπιπειρᾶσθαι, *v.* Πειρᾶσθαι *num.* 1.]

Ἐπιπίπτειν, Invadere, Irruere. κεινῇσι (τῇσι πόλισι) ἐπιπίπτοντες, v. 115. *f. idem quod* ἐσπίπτοντες ἐς αὐτὰς, ibid. *paulo ante.* ἀφυλάκτῳ αὐτῷ ἐπέπεσον, ix. 116. *extr.* τοῖσι βαρβάροισι ὁ βορῆς ἐπέπεσε, vii. 189. *f.* ἐπέπεσον φερόμενοι ἐς τοὺς Ἕλληνας, vii. 210. *m.*

Ἔπιπλα *et* Ἐπίπλοα, τὰ, Supellectilia, Bona mobilia. ὅσα σφι ἦν χρηστὰ ἐπίπλοα, i. 94. *f.* τὰ ἔπιπλα ἀποδόντων τῶν Ἰώνων, i. 150. *b.* ἐσθέμενοι τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ ἔπιπλα πάντα, i. 164. *f.* iii. 135. *m.* vi. 23. *f.* vii. 119. *f.* *Vide Suidam, Glossas ex Herod.* i. 150. *et Kœn. ad Gregor.* §. cxi.

Ἐπιπλέειν, (*i. q.* ἐμπλέειν, *quod vide suo loco.*) Navigare in *navi quadam. Sic quidem pro* ἐνέπλεον, vii. 184. *extr. haud male* ἐπέπλεον *præfert noster cod. Flor. Similiter* οἱ ἐπιπλέοντες, vii. 98. *a. dicuntur qui* ἐπιβατεύοντες, vii. 96. *a. Conf.* Ἐπιπλώειν.

Ἐπίπλεος, έη, εον, Plenus, Repletus. λειμὼν ἐπίπλεος κρεῶν ἑφθῶν, iii. 18. *a.* τράπεζαν ἐπιπλέην ἀγαθῶν πάντων παραθέντες, vi. 139. *m.* τράπεζαι ἐπίπλεαι μηλείων κρεῶν, i. 119. *m.* (*ubi quod ex superioribus editionibus in nostram quoque irrepsit,* ἐπιπλέαι *penacute scriptum, id tam codicum nostrorum præscripto, quam Grammaticorum de Accentu in declinatione Adjectivorum decretis, adversatur.*) πεδία ἐπίπλεα ἀνθρώπων, vii. 45. *f.*

Ἐπιπλήσσειν τὶ τινὶ, (*i. q.* μέμφεσθαι) Reprehendere aliquid in aliquo. τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς οὐ ποιήσω, iii. 142. *a. m.* vii. 136. *f.*

Ἐπίπλοα, τὰ, *vide* Ἔπιπλα.

Ἐπίπλοος, ὁ, Omentum. τὸν σπλῆνα καὶ τὸν ἐπίπλοον συνθεὶς ὁμοῦ, ii. 47. *f.*

Ἐπιπλώειν, Navibus advehi, Enavigare contra. λέγουσι ὡς—Σάμιοι ἀπελοίατο αὐτὸν, νηυσὶ μακρῇσι ἐπιπλώσαντες, i. 70. *m.* v. 81. *b.* ἐπεὶ ἐπέπλωον οἱ Φοίνικες, οἱ Ἴωνες ἀντανῆγον τὰς νέας, iv. 14. *a.* ὡς οὐδείς σφι ἐπέπλωε, viii. 9. *b.* ὁρέοντες οἱ στρατηγοὶ ἐπιπλέοντας (*scil.* σφίσι *vel* ἐπί σφεας) νηυσὶ ὀλίγῃσι, Duces conspicati illos adversus se navigantes paucis navibus, viii. 10. *a. Alia notione alibi positum verbum* ἐπιπλέειν *paulo ante vidimus. Conf.* Ἐπαναπλώειν.

Ἐπιῤῥέειν, Adfluere, Ad *aliquem locum* confluere. *Metaphorice,* ἐπιῤῥεόντων τῶν Ἑλλήνων καὶ γινομένων πλεύνων, ix. 38. *a. Et mox iterum,* ἐπιῤῥέουσι οἱ Ἕλληνες αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην, ibid. *b.*

Ἐπιῤῥωννύειν, Corroborare, Vires et animum addere. αὗται (αἱ νῆες) δή σφεας ἐπέῤῥωσαν ἀπικόμεναι, viii. 14. *m.*

Ἐπίσημον, τὸ, τῆς νηὸς, Insigne navis, viii. 88.

Ἐπίσημος, ὁ, ἡ, 1. Insignis, Illustris. Ἑλλήνων τινὲς, ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι σοφίην, ii. 20. *a.* 2. Signatus. ἔχειν χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον, ix. 41. *m.* 3. Inscriptus, Inscriptione instructus. ἀναθήματα οὐκ ἐπίσημα, Donaria nullo titulo signata, Nullam inscriptionem præ se ferentia, i. 51. *f.*

Ἐπίσης, *vide in* Ἴσος.

Ἐπισιτίζεσθαι, Frumentum, Commeatum advehere, Rei frumentariæ prospicere. ἐκ ταύτης (τῆς κώμης) ἐπισιτιεῖσθαι ἐλογίζοντο οἱ Ἕλληνες, vii. 176. *extr.* ἀποπεμφθέντες ἐς Πελοπόννησον ὡς ἐπισιτιεύμενοι, ix. 50. *f. quod ait,* ἐπὶ τὰ σιτία οἰχόμενοι, ix. 51. *extr.*

Ἐπισκευὴ, ῆς, ἡ, Reparatio, Refectio ædificii. ἐς ἐπισκευὴν τούτων τῶν ἱρῶν ἐδίδου οὐδὲν, ii. 174. *f.* λίθους ἐς ἐπισκευὴν ἐκόμισε, ii. 175. *a.*

Ἐπισκήπτειν τὶ τινὶ, *vel* Ἐπισκήπτειν τινὶ *seq. Infin.* Injungere, Mandare alicui aliquid. ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω,—μὴ περιϊδεῖν *etc.* iii. 65. *m.* ἐπισκήπτοντος ἐμεῦ (ὑμῖν) τὸν Δωριέος φόνον ἐκπρήξασθαι, vii. 158. *a. ubi vulgo redditur:* Quum Obtestarer vos; *nec id male, sed proprie hoc ait,* quum Incumberem apud vos, Instarem, Mandatum vobis darem atque urgerem. *Nonnihil diversa verborum structura obtinet,* iii. 73. *m.* μέμνησθε τὰ ἐπέσκηψε Πέρσῃσι—μὴ πειρεωμένοισι ἀνακτᾶσθαι τὴν ἀρχὴν, *ubi prægnans* (*quod vocant*) *verbum est* ἐπισκήπτειν, *et præter notionem* Injungendi *Persis ut operam darent quo recuperarent imperium, includit notionem* Comminandi *eisdem* et Imprecandi Deorum iram, *si id non curarent:* (*conf. cap.* 65. *m. et vide supra* Ἐπικαλέειν *num.* 3.) *quo spectat Glossa apud Hesychium,* Ἐπισκήπτω· ἐπαρῶμαι. *Potest vero etiam eidem loco convenire videri notio* Objurgandi, Reprehendendi, *quam et Suidas et Hesychius adnotarunt scribentes:* Ἐπισκήπτει, δοτικῇ· ἐπιτιμᾷ: *et* Ἐπισκηπτέτω· ἐπιμεμφέσθω.

2. *Controversus est locus* iv. 33. *f. ubi quum consentientibus libris sic vulgo editum legeretur,* τοὺς πλησιοχώρους ἐπισκήπτειν, κελεύοντας προπέμπειν σφέα, *equidem cum Schæf.* τοῖς πλησιοχώροις *edidi; quod factum nollem. Delendum erat comma, inter* ἐπισκήπτειν *et* κελεύοντας *importune interjectum; nam accusativus* τοὺς πλησιοχώρους *a verbo* κελεύον-

τας regitur; et ἐπισκήπτειν κελεύοντας significat Incumbere, Instare jubendo *vel* mandando, *id est,* Instanter, Operose jubent mandantque.

3. Ἐπισκήπτειν *neutraliter, (sicut* ἐνσκήπτειν *et* κατασκήπτειν) Incidere, Incumbere, Irruere, Invadere. *Hac quidem notione olim* vii. 10, 5. *a. vulgo legebatur ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ ἐπισκήπτει τὰ βέλεα. Similiter τὸν λοιμὸν ἐπισκήψαντα ἐς τὴν ἅπασαν Procopius dixit in verbis a Suida adpositis. Sed apud Nostrum loco cit. alii codices ἀποσκήπτει dederunt, activa notione, scil. ὁ θεὸς, quod vocabulum ibidem et paulo ante præcedit, et paulo post repetitur.*

Ἐπισκιάζειν, Obumbrare, Umbra tegere, *et simpliciter,* Tegere. τῇ μὲν (πτέρυγι) —τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν, i. 209. *a. et f. Conf.* Σκιάζειν.

Ἐπίσκοπα, *pro* ἐπισκόπως, *id est,* οὕτως ὥστε τυχεῖν τοῦ σκοποῦ, *quod alias* εὔστοχα, Dextre, Solerter, Ita ut scopum ferias. τίνα εἶδες ἤδη οὕτως ἐπίσκοπα τοξεύοντα; iii. 35. *m.*

Ἐπισκυθίζειν, Scythico more infundere vinum, vi. 84. *f. N.*

Ἐπισπᾶν, Attrahere. ἐπισπάσθαι, Ad se trahere, Sibi comparare. ἵνα τι ἐπισπάσωνται κέρδος, iii. 72. *f.* (*Perperam vero olim* ἐπισπώμενος *edebatur* iii. 14. *f.* iii. 31. *a. et f. et alibi passim, pro* ἐπισπόμενος, *quod vide in* Ἐπισπέσθαι.)

Ἐπισπαστὴρ, ῆρος, ὁ, Marculus, Annulus quo attrahitur janua. ἐπιλαμβανόμενος τῶν ἐπισπαστήρων·—χεῖρες ἐμπεφυκυῖαι τοῖσι ἐπισπαστῆρσι, vi. 91. *f.*

Ἐπίσπευσις, ιος, ἡ, Libatio, Effusio, Infusio. κατὰ τὴν ἐπίσπευσιν τοῦ οἴνου, (*in sacrificiis,*) ii. 39. *f.*

Ἐπισπένδειν, Effundere, Infundere, Libare. ἐπὶ τοῦ βωμοῦ οἶνον κατὰ τοῦ ἱρηΐου ἐπισπείσαντες, ii. 39. *a.* οὔτε καταρξάμενος, οὔτ' ἐπισπείσας, iv. 60. *f.* ἐπεὰν οἶνον ἐπισπείσωσι κατὰ τῶν κεφαλέων, iv. 62. *m. f.*

Ἐπισπέσθαι, (*Aor.* 2. *Conf.* Ἐπέπειν.) 1. Sequi, Comitari. ἐτετεύχεε Κροῖσος ἐπισπόμενος Καμβύσῃ ἐπ' Αἴγυπτον, iii. 14. *f. ubi olim perperam* ἐπισπωμ. *edd. Sic et* iii. 31. *a. et f.* 132. *f.* vi. 85. *f.* Νείλεῳ τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτιστὺν, ix. 97. *a.* εἰ μή οἱ (ἡ) τύχη ἐπίσποιτο, Nisi ei fortuna adfuerit, i. 32. *m.* εἴ οἱ ἡ τύχη ἐπίσποιτο, vii. 10, 4. *f.*

2. Insequi *hostiliter,* Persequi. τούτοισι ἐπισπόμενοι φεύγουσι, i. 103. *f.* ἔφευγον ὀπίσω· οἱ δὲ, ἐπισπόμενοι ἔκτεινον, iii. 54. *f.* τὴν μὲν Τροιζηνίην (νέα) αἱρέουσι ἐπισπόμενοι οἱ βάρβαροι, vii. 180. *a.* ἐξ ἐναντίης ἐπισπόμενοι, Ex adverso ingruentes, et invadentes, vii. 225. *f.* viii. 7. *m.*

Ἐπιστάναι, (*Ion. pro* ἐφιστάναι) 1. Constituere supra, Præficere. *Hinc οἱ* ἐπεστεῶτες, Præfecti, Præpositi, ii. 148. *m.* τὸν ἐπεστεῶτα τῆς διώρυχος, vii. 117. *a. Sic τοὺς ἐπὶ τουτέων ἐπεστεῶτας codd. et edd. nonnulli* iv. 84. *b. ubi nos cum aliis duo verba ἐπὶ τουτέων abjecimus, ut ἐπεστεῶτες ibi nil aliud nisi* Adstantes *significet. Vide Var. Lect. et Not.* τὸ ἐπιστάμενον τοῦ γάλακτος, Id quod in lacte Superne stat, Supernatat, iv. 2. *f. Perperam vero olim,* i. 196. *m. editum erat τῷ τὸ ἐλάχιστον ἐπισταμένῳ, ubi verum erat ὑπισταμένῳ.*

2. Statuere *vel* Constituere ad, juxta, *vel* adversus. ἐπιστήσαντες κύκλῳ τὸ σῆμα (*id est,* περὶ τὸ σῆμα κύκλῳ) ἱππέας τοιούτους, iv. 72. *f. N. Hinc* ἐπέστην, Accessi, Sto apud *vel* ante. ἐπεί τε ἐπὶ τῇ Κυρηναίων πόλι ἐπέστησαν, iv. 203. *a. Et οἱ* ἐπεστεῶτες, Adstantes, In propinquo stantes, i. 59. *a.* iv. 84. *b. N.*

3. Ἐπιστάναι τινὶ ἀγῶνα, *i. q.* ἱστάναι *vel* ἐνιστάναι ἀγῶνα ἐπί τινι, In memoriam et honorem alicujus Instituere (Celebrare) ludos. ἐναγίζουσί σφι μεγάλως, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν ἐπιστᾶσι, i. 167. *m.* καί οἱ τελευτήσαντι θύουσι,—καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι, vi. 38. *a.*

Ἐπίστασθαι, 1. *ut apud alios, sic et apud Nostrum,* Scire, Nosse, *significat. Sic* ἀτρεκέως ἐπίστασθαι τὴν τέχνην, iii. 130. *a.* πάντα ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ἄμεινον ἢ *etc.* viii. 35. *b. Et absque augm.* ἐπίστατο, viii. 136. *a. m. ubi tamen* ἠπίστατο *præferunt alii.* τὸ δὲ μὴ ἐπιστέαται, (*Ion. pro* ἐπίστανται) τοῦτο φράσω, iii. 103. *a.* ἔνθεν ἐγένετο ἕκαστος—οὐκ ἠπιστέατο, (*Ion. pro* ἠπίσταντο) ii. 53. *a.* ἵνα Πέρσαι ἐπιστέωνται *seq. Accus. cum Infinit.* iii. 134. *a. m.* ἐπίσταο δὲ, (*i. q.* ἐπίστασο, Scito,)—ἔστι οὐδὲν ἄλλο ἔθνος *etc.* vii. 209. *m. ubi dicere potuerat,* ὅτι *vel* ὡς ἐστι οὐδὲν *etc. sed majorem vim habet oratio omissa conjunctione.*

Construitur verbum Ἐπίστασθαι *etiam cum nudo Infinitivo absque Accusativo:* οὐκ ἐπισταμένους λογίζεσθαι, ii. 16. *a.* οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται, Repugnare, resistere hosti, nesciunt, iv. 174. *Peculiaris vis huic verbo in hujusmodi formula:* ἐπίστασο εἶναι αἰεὶ τοιοῦτος, Scito constanter esse talis, *id est* Cura ut constanter talem te præstes, vii. 29. *f. Cujus loci ope alium difficilem et controversum locum,* iii. 15. *a. perspecte ac felicissime, ut quidem nunc sentio, expedivit eruditus et eximiæ spei juvenis* Werferus, *cujus præmaturam mortem nondum dedolui:* εἰ ἠπιστήθη μὴ πολυπραγμονεῖν, Si scivisset novas res non moliri; Si satis prudens fuisset, Si potuisset sese a novarum rerum molitione retinere. *Conf. Var. Lect. et Not. ad l. c. Similiter quadam ratione*

dictum est id quod de Socrate loquens Xenophon refert Memorab. iii. 9, 4. *ubi postquam dixit,* τὸν τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ γιγνώσκοντα χρῆσθαι αὐτοῖς—ἔκρινεν, Socrates judicabat, qui honesta et bona cognita haberet, eumdem his etiam uti, *id est,* eumdem hoc etiam in universa vitæ actione sequi, *hæc adjicit:* καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ εἰδότα εὐλαβεῖσθαι σοφόν τε καὶ σώφρονα ἔκρινεν, et Sapientem Virtutisque cultorem judicabat hunc qui fugere nosset turpia: *quo loco (sicuti passim in aliis ejusdem utilissimi libri locis) genuina Philosophi sententia, tam perspicue quam acute enunciata, doctissimos fefellit interpretes.*

2. *Frequenter vero* 'Επίστασθαι *apud Nostrum nil aliud nisi* Putare, Existimare, *significat. Et semel quidem adjicitur nomen* δόξῃ. τὴν Σάμον ἐπιστέατο δόξῃ καὶ 'Ηρακλέας στήλας ἴσον ἀπέχειν, viii. 132. *f. Alibi nudum verbum ponitur:* ἐπιστάμενοι αὐτὸν τότε τελευτῆσαι, i. 122. *a.* ἐπίστασθαι γὰρ ὡς βουκόλου εἴη παῖς, i. 122. *m.* ἐπιστάμενος ὅτι οὐκ ἀναπείσει μιν, i. 156. *a.* ἠπίστατο, *cum Acc. et Inf.* Existimavit, iii. 140. *a.* ἠπιστέατο, (*pro* ἠπίσταντο,) Putabant, iii. 66. *m. et f.* viii. 5. *f.* 25. *a.* 80. *m. f. Cum participio:* εὖ ἐπίστατο αὐτὸς σχήσων τὴν βασιληΐην, Certo sibi persuaserat, v. 42. *a.*

'Επιστέλλειν, Mandatum dare, *sive scripto, sive ore. Nuncius a Scythis ad Darium cum donis quibusdam ambiguis missus, ait,* οὐδέν οἱ ἐπεστάλθαι ἄλλο ἢ δόντα (αὐτὰ) τὴν ταχίστην ἀπαλλάσσεσθαι, iv. 131. *a.* καί μοι ἐκ βασιλῆος ὧδε ἐπέσταλται *ait dux exercitus Persici,* vi. 97. *m.* ἐπέστειλαν, vii. 139. *f. non tam reddi debebat* Miserunt, *quam* Nunciarunt, *scil.* ea quæ in tabella scripta erant.

'Επίστιον, ου, τὸ, Familia, Ejusdem foci socii. ἀγηλατέει ἑπτακόσια ἐπίστια 'Αθηναίων, v. 72. *a.* 73. *a.*

'Επίστιος, ου, ὁ, ἡ, (*Ion. pro* ἐφέστιος,) Ad focum et lares alicujus confugiens, Supplex. ἐπίστιος ἐμοὶ ἐγένεο, i. 35. *m.* Ζεὺς 'Επίστιος, Jupiter Larium præses, Foci et ædium præses, Familiæ custos, i. 44. *b.*

'Επιστολὴ, ῆς, ἡ, Mandatum. (*Conf.* 'Επιστέλλειν.) τῆς ἐπιστολῆς μεμνημένην αὐτὴν, iv. 10. *m. ubi perperam* ἐπιτολῆς *olim edd. conf. Not.* ἔλεγε ταῦτα ἐξ ἐπιστολῆς τῆς Δημαρήτου, vi. 50. *m. f.*

'Επιστράτευσις, ιος, ἡ, Expeditio militaris adversus *aliquem* suscepta, iii. 4. *a.*

'Επιστρατηΐη, ης, ἡ, *i. q. præced.* ix. 3. *f.*

'Επιστρέφεσθαι, Sese convertere. ἤϊε ἐπιστρεφόμενος, ὡς δὴ ἀληθέως αὐτόμολος, iii. 156. *a. intelligunt* Subinde sese convertens et retro spectans; Huc illuc sese convertens. ἐπιστρέφομαι *Hesych. et Suidas interpretantur* φροντίδα ποιοῦμαι.

'Επεστραμμένα, *nempe* ἔπη, viii. 62. *a. intelliguntur,* Asperiora, Concitatiora verba. *Conf. Not. ad* vii. 160. *a. Possis cum Jacobsio (in Atticis)* Nervosa, Efficacia, *intelligere: qua ratione apud Hesych. in* ἐπιστροφάδην *pro synonymis ponuntur* ἐπεστραμμένως *et* ἐνεργῶς.

'Επιστρεφέως *quo sensu maxime dixerit Noster ambigi potest quum* i. 30. *m. ait,* ἀποθωυμάσας Κροῖσος τὸ λεχθὲν, εἴρετο ἐπιστρεφέως. *Glossator, et cum eo Suidas, Gregorius, et Zonaras* ἐπιστρεφέως *interpretantur* ἀπαιτητικῶς ἢ ἐπιμελῶς, *quorum significatuum prior certe alienus est ab hoc loco.* Diligenter, Accurate, Solicite, *Æm. Portus interpretatus est; simpliciter Valla,* Instat interrogare, *posuerat. Equidem in eamdem sententiam atque* ἐπεστραμμένα *illa, de quibus paulo ante, accepi,* Concitate quærit, *nempe* concitata et asperiore voce, et concitato animi adfectu qui etiam corporis motu sese prodebat. *Referri huc potest interpretatio quæ cognato vocabulo Homerico* ἐπιστροφάδην *apud Hesychium subjicitur:* ἐπιστροφάδην· ἐπιστρεφομένως, ἰσχυρῶς, ἢ μετὰ ἐπιστροφῆς τοῦ σώματος, οἷον ἐπεστραμμένως καὶ ἐνεργῶς.

'Επισχέειν, *vide in* 'Επέχειν *num.* 3.

'Επιτάμνειν, (*Ion. i. q.* ἐπιτέμνειν) Incidere. τὸ ἔσω τῶν χειρῶν ἐπιτάμνει, iii. 8. *a.* ἐπεὰν τοὺς βραχίονας ἐπιτάμωνται, i. 74. *f.* ἐπιταμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος, iv. 70. *m.*

'Επίταξις, ιος, ἡ, Impositio *tributi.* διὰ ταύτην τὴν ἐπίταξιν τοῦ φόρου, iii. 89. *m. f.* αὗται (αἱ) φόρων ἐπιτάξιες, iii. 97. *a.*

'Επιταράσσειν, Insuper turbare, Insuper terrere. ὡς—αὐτὸν ἡ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου ἐπετάρασσε, ii. 139. *f.*

'Επιτάῤῥοθος, ου, ὁ, *alias* Auxiliator, *sed apud Nostrum* Victor, i. 67. *m. f. in Orac. Vide ibi Not.*

'Επιτάσσειν, 1. Jubere, Imperare. ἑτοῖμός εἰμι ποιέειν—τὸ ἂν ἐπιτάσσῃς σὺ, v. 111. *m.* τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον, Imperata fecerunt, i. 115. *f.* 169. *m.* τάδε αὐτοῖσι ἐπίταξον, i. 155. *f.* ἐπιτάξαντα ἀποφορὴν ἐπιτελέειν, i. 109. *a.* ἐπέταξε τοῖσι περιοίκοισι γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα κατιστάναι, ὅσας δὴ ἑκάστοισι ἐπιτάσσων, iii. 159. *f.* ἀγγέλους ἐπιτάξοντας τοῖσι μὲν πεζὸν στρατὸν—παρέχειν, iv. 83. *a.* v. 57. *extr.* vii. 1. *m.* viii. 115. *f.* ὁ στρατὸς ὁ ἐπιταχθεὶς ἑκάστοισι, vi. 95. *a.*

2. Post alios locare. ὄπισθε τοῦ πεζοῦ ἐπέταξε τὴν πᾶσαν ἵππον, i. 80. *m.*

'Επιτείνειν, Intendere, Imponere. *Imperf. frequentativum,* ἐπιτείνεσκε ἐπὶ τὴν γέφυραν—ξύλα τετράγωνα, i. 186. *m. f.*

'Επιτελέειν, 1. Facere, Perficere, Exsequi, Peragere. (*Conf.* 'Επιτελής.) ἐπιτελέσας ὁ Κροῖσος ταῦτα, i. 51. *a.* ἐπιτελέειν

τὰ Κροῖσος ὑπεθήκατο, τὰ ἐπιτασσόμενα, τὰς ἐντολὰς, i. 90. *a.* 115. *f.* 157. *m.* 169. *m.* θυσίας ἐπιτελέουσι, Sacra faciunt, Sacrificia peragunt, ii. 63. *a.* νηστείας αὐτῇ καὶ ὀρτὰς ἐπιτελέουσι, iv. 186. *b.* (*ubi nonnulli quidem* ἐπιτηδεύουσι.) εὐχωλὰς ἐπιτελέοντες, Suscepta vota exsequentes, ii. 63. *a. m.* πάντα ἐπιτελέουσα τὰ ὑπεδέξατο τῷ πατρὶ, iii. 69. *f.* 138. *m. f.* κατὰ τὰ πάτρια ἐπιτελέουσι, *scil.* τὰς τέχνας, Patrio more Exercent artes, Peragunt negotia, vi. 60. *b.* ἐπετέλεε πᾶσαν τὴν ὄψιν τῆς θυγατρὸς, Universam filiæ suæ visionem Explevit, Ad exitum perduxit, iii. 125. *f.*

2. Ἐπιτελέειν, *i. q. alias* ἀποτελέειν, Pendere, Persolvere. ἀποφορὴν ἐπιτελέειν κατ' ἐνιαυτὸν, ii. 109. *a. ubi* ἀποτελέειν *nonnulli, ex scholio.* πεντήκοντα τάλαντα βασιλέϊ τὸν ἐπέτειον φόρον ἐπιτελεῦσι, v. 49. *m.* Ἀθηναίοισι ἐπετέλεον τὰ συνέθεντο, v. 82. *extr.* 84. *a.* Serpenti, *qui templum Minervæ Athenis habitare putabatur*, ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι, προτιθέντες, *non*, Menstrua sacra faciunt; *sed* Menstrua (Menstruam pensionem) persolvunt, viii. 41. *m. f.* (*Vide supra*, Ἐπιμήνια.) ἡ δίκη τοῦ φόνου τοῦ Λεωνίδεω τοῖσι Σπαρτιήτῃσι ἐκ Μαρδονίου ἐπιτελέετο, ix. 64. *a.*

Ἐπιτελὴς, έος, ὁ, ἡ, Perfectus, Absolutus, Ad finem perductus. ἢν μὴ τάδε ἐπιτελέα ποιήσῃ, (*i. q.* ἐπιτελήσῃ:) Nisi hæc effecta dederit, i. 119. *f.* iv. 4. *a.* 15. *f.* v. 107. vii. 30. *a.* ταῦτα δὴ ἐπιτελέα ἐγίνετο, i. 124. *a.* ταῦτά οἱ ἐπιτελέα ἐγένετο, Hæc ille perfecit, iii. 16. *a.* ταῦτά οἱ ποιέειν ἐπιτελέα, Hæc illi effecta præstare, iii. 141.

Ἐπίτεξ, εκος, ἡ, (*i. q.* ἐπίτοκος,) Parturiens, Partui proxima *mulier.* γυνὴ ἐπίτεξ ἐοῦσα πᾶσαν ἡμέρην, i. 111. *a. N.* μετεπέμψατο τὴν θυγατέρα, ἐπίτεκα ἐοῦσαν, i. 108. *m. ubi conf. Var. Lect.*

Ἐπιτήδεος, έη, εον, (*Ion. pro* ἐπιτήδειος) Aptus, Commodus, Opportunus, Idoneus. τῆς γῆς ἐούσης ἐπιτηδέης, iv. 47. *a.* Μαρδονίῳ οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ ἱρὰ, ix. 37. *a. quibus opponuntur* καλὰ ἱρὰ, ix. 36. *f.* (παῖδα) ἐόντα ἐπιτήδεον τῷ πατρὶ, Commodum patri filium, *i. e.* animo ejus sese adcommodantem, iii. 52. *a. m.*

Compar. χῶρος ἐπιτηδεώτερος ἐνστρατοπεδεύεσθαι, ix. 2. *a.* *Superlat.* νομὰς ἐπιτηδεωτάτας νέμοντα, i. 110. *a.* ἐνηβητήρια ἐπιτηδεώτατα, ii. 133. *f.* ἐπιτηδεώτατος ἐς τοῦτο, i. 115. *f.* ἑωυτῷ ἐπιτηδεωτάτους ἐς πίστιν, iii. 70. *a.* τῶν θεραπόντων τοὺς ἐπιτηδεωτάτους, iv. 72. *a.* ἐπιτηδεώτατον χωρίον ἐνιππεῦσαι, vi. 102. *Similiter seq. Infin.* iii. 134. *f. et alibi. Item cum adjectivo in Neutro gen.* ἐνθαῦτα ὑμῖν ἐπιτήδεον οἰκέειν, Hic vobis commodum fuerit habitare, iv. 158. *f.* ἵνα δοκέει ἐπιτηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι, Ibi stare ubi (*vobis*) commodissimum esse videtur, ix. 27. *f.* *Mitto plura cumulare.*

Ἐπίτηδες, *Adverb.* Consulto, Deliberato, De industria. iii. 130. *m.* vii. 44. *a.* 168. *m.* viii. 141. *f.*

Ἐπιτηδεύειν, Instituere, Comminisci: τοιάδε ἐπιτηδεύσας, Talia commentus, vi. 125. *m. N.* ταῦτα ἐπιτηδεύων, Hisce utens institutis, ii. 129. *m.* εὐπαθείας παντοδαπὰς ἐπιτηδεύουσι, Omni voluptatum generi operam Indulgent. ὀρτὰς (αὐτῇ) ἐπιτηδεύουσι *præferunt codd. nonnulli* iv. 186. *b. ubi* ἐπιτελέουσι *vulgo.* ἐς τὸν (λειμῶνα) τὰς νύκτας ἐπιτηδεύοντας τιθέναι τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλεϊ ἐόντας, In hoc prato principes civium Ex instituto (Callido quodam instituto) noctu carnes deponunt, iii. 18. *a.* *Passivum:* τὸ δὲ καὶ μᾶλλόν τι ἐπετηδεύθη, Partim vero, atque etiam magis, ex instituto (data opera) factum erat opus, i. 98. *m. ubi nempe præcesserat,* τὸ μέν κου τι καὶ τὸ χωρίον (ipsa loci natura) συμμαχέει.

Ἐπιτηδέως, 1. Studiose, Diligenter, Accurate. χρὴ δὴ, τό γε ἐμὸν, ὑπηρετέεσθαι ἐπιτηδέως, i. 108. *f.* τὰ ἀπ' ἡμέων ἐς ὑμέας ἐπιτηδέως ὑπηρετέεται, iv. 139. *f.* 2. Idonee, Commode, Recte. οὐ γὰρ ἐποιήσατε ἐπιτηδέως, Non commode fecistis, ix. 7. *f.* *Leniter dictum, pro* Male fecistis.

Ἐπιτήκειν, Liquefactum superfundere. ὀπίσω ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, vii. 239. *m.*

Ἐπιτιθέναι, 1. Imponere, Superne imponere, Superstruere. στήλην λίθου ἐπέθηκαν, vii. 183. *a.* 2. Imponere, Irrogare *mulctam; si modo vera est, ut est probabilis Pavii emendatio,* νῦν ὦν ἄποινά μοι τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι, Nunc igitur hanc mihi irrogare volo mulctam, ix. 120. *a. m. N. ubi vulgo* ἄποινά οἱ, *quod qua ratione ferri possit non video.* 3. Perferendam dare *epistolam,* Mittere. γράφει ἐς βιβλίον πάντα·—γράψας δὲ, ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε, iii. 42. *extr. N.* ταῦτα Ἀλκαῖος ἐν μέλει ποιήσας, ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτυλήνην, v. 95. *m. N.*

Med. Ἐπιτίθεσθαι, Ἐπιθέσθαι, 1. Injungere *alicui aliquid,* Imperare, Jubere. φὰς Ἀστυάγεα εἶναι τὸν ταῦτα ἐπιθέμενόν μοι, i. 111. *a. m.* Σμέρδιν τὸν Κύρου εἶναι τὸν ταῦτα ἐπιθέμενον εἶπαι πρὸς ὑμέας, iii. 63. *m.*

2. Manum imponere, Adgredi; *et id quidem,* 1. Hostiliter. ἐπεθήκατο Ἐφεσίοισι, i. 26. *a.* *Præsertim,* De improviso, Ex insidiis adgredi aliquem. Ἀθηναίοισι ἀπιοῦσι ἐπεθήκαντο· ἐπιθέμενοι δὲ, ἑσσώθησαν τῇ μάχῃ, vi. 108. *f.* λέοντες ἐπεθήκαντο τῇσι καμήλοισι, vii. 125. *a.* ἐπιθήσεσθαι γάρ οἱ πάντα τινὰ οἴετο, ix. 89. *a.* νυκτὸς ἐπεθήκατο

τοῖσι Θεσσαλοῖσι, viii. 27. *m. ubi Accusativus* τοὺς ἀρίστους non a verbo ἐπεθήκατο regitur, (*quemadmodum Schneiderus accepit, interpretans* Jussit illos adgredi Thessalos,) *sed unice a verbo* γυψώσας *pendet.* 2. Adgredi *rem*, Operam dare *arti*, Instituere, *et similia.* ναυτιλίῃσι μακρῇσι ἐπιθέσθαι, Longinquis navigationibus dedisse operam, i. 1. *a.* τῇ ποιήσει τότε ἐπενόει ἐπιθήσεσθαι, *Vit. Hom.* 6. *m. f.* μηδὲ, οἰδεόντων τῶν πρηγμάτων, ἐπιτίθεσθαι, *nempe* τοῖς δεδογμένοις, Adgredi rem, Exsequi decreta, iii. 76. *m. f. quam in sententiam mox ibidem* τὰ δεδογμένα ποιέειν *ait.* δικαιοσύνην ἐπιθέμενος ἤσκεε, i. 96. *a. idem valet ac* ἐπέθετο τῇ δικαιοσύνῃ καὶ ἤσκεε αὐτήν. *Similiter* vi. 60. *b.* οὐ—ἐπιτιθέμενοι ἄλλοι σφέας παρακλητοῦσι, *id est,* οὐκ ἄλλοι ἐπιτίθενται (τῇ τέχνῃ ταύτῃ) καί σφεας παρακλητοῦσι, Non (arti huic) operam dant alii, et illos excludunt. *Ibi* ἐπιθέμενοι *Valla* Insidiantes *reddiderat, quæ interpretatio speciem quidem habebat, nec tamen hujus erat loci: prorsus inepte vero Gronovius,* Impositi, *quod mireris a Wess. conservatum. Sed nunc maxime animadverto typographi erratum, qui in Græcis nostræ editionis temere* ἐπιθέμενοι *posuit, quum* ἐπιτιθέμενοι *debuisset, quod libri etiam omnes tuentur.*

Ἐπιτιμᾶν, *et forma Ionibus propria* Ἐπιτιμέειν, 1. Pœnam irrogare, Ad pœnam condemnare. ἀνεσκολόπισε (αὐτὸν), τὴν ἀρχαίην δίκην (αὐτῷ) ἐπιτιμῶν, iv. 43. *f. Sic* ἐπιτιμᾷ, τιμωρεῖται *interpretatur Hesychius.* 2. Honore prosequi mortuum. εἶχε κατ' οἴκους, τὸν ἀδελφεὸν δηλαδὴ ἐπιτιμέων, vi. 39. *m. N.*

Reprehendendi *vel* Objurgandi *notione nusquam hoc verbum, quod meminerim, usurpavit Herodotus: significatu vero* Augendi pretium *non* ἐπιτιμᾶν, *sed* ἀντιμᾶν, *usurpat.*

Ἐπιτίμιον, ου, τὸ, Mulcta, Pœna, Merces. τοῖσι παρακτωμένοισι ξεινικοὺς νόμους τοιαῦτα ἐπιτίμια διδοῦσι, iv. 80. *extr.*

[Ἐπιτολὴ, Mandatum *interpretatur Portus, quasi idem esset ac* ἐντολή. *Sed mendose olim* ἐπιτολῆς *edd.* iv. 9. *m. pro* ἐπιστολῆς.]

Ἐπιτράπειν, (*Ion. pro* Ἐπιτρέπειν) Permittere. σοὶ σκῆπτρα τὰ ἐμὰ ἐπιτράπω, vii. 52. *extr.* τὰ πρήγματα ἐπιτράπει Βισάλτῃ, vi. 26. *a.* Μεγάβυζος ὀλιγαρχίῃ ἐκέλευε ἐπιτράπειν, *nempe* τὰ πρήγματα, iii. 81. *a.* τούτοισι τὴν πόλιν ἐπέτραψε, iv. 202. *extr. Communis forma verbi superest* i. 64. *m.* καὶ ταύτην ἐπέτρεψε Λυγδάμι; *et* iii. 130. *m.* ὡς οἱ ἐπέτρεψε, *scil.* ἑωυτὸν, Postquam ei se permisit, *vel* rem (τὸ πρῆγμα) ei commisit. *Sic* τῷ σὺ Μίλητον ἐπέτρεψας v. 106. *a.* ἐπιτρέψας αὐτὴν Ἱέρωνι, vii. 56. *a. Item in Præs. temp.* τῷ ἀδελφεῷ ἐπιτρέπειν (τὴν ἀρχὴν), ii. 120. *f.*

Passivum: παρὰ τούτων Ἡρακλεῖδαι ἐπιτραφθέντες ἔσχον τὴν ἀρχὴν, *id est,* ἔσχον τὴν ἀρχὴν, ἐπιτραφθέντες αὐτὴν παρὰ τούτων, Ab his commissum (*vel* permissum) sibi (fidei suæ) regnum tenuere Heraclidæ, i. 7. *f.* (*Conf.* Ἐπιτροπαῖος.) ἐπιτραφθέντες *ex Wesselingii conject. edidit Borh.* ii. 121, 1. *a. pro eo quod verum erat,* ἐπιτραφέντων, *quod vide in* Ἐπιτρέφειν.

Medium. Imperf. οὐδενὶ ἄλλῳ ἐπετράποντο, *scil.* τὰς ἑωυτῶν δίκας, Nulli alii judicium caussarum suarum permittebant, i. 96. *extr.* τούτῳ διαιτητῇ ἐπετράποντο, Hujus arbitrio permiserunt suas controversias, v. 95. *f. Futurum:* τά τε ἄλλα ἐπιτράψονται ἐμοὶ, καὶ τῶν πυλέων τὰς βαλανάγρας, iii. 155. *f. Infin. Præs.* ἐπιτράπεσθαι (αὐτῷ) ἑτοῖμοι ἔσαν τῶν ἐδέετο σφέων, iii. 157. *a.*

Ἐπιτρεπτέον, *et Plural.* Ἐπιτρεπτέα *pro Sing.* Permittendum, Concedendum. ἐκείνοισι ταῦτα ποιεῦσι οὐκ ἐπιτρεπτέα ἐστὶ, ix. 58. *f.*

Ἐπιτρέφειν, *idem fere quod simplex* τρέφειν, Alere, Nutrire, Sustentare. *Lacedæmonii Atheniensibus polliciti sunt, velle se illorum* γυναῖκάς τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα ἐπιθρέψειν, viii. 142. *f. et* 144. *f.*

Passivum, Ἐπιτρέφεσθαι, Succrescere, Adolescere. Κῦρον ὁρέων ἐπιτρεφόμενον, i. 123. *a.* ἐκ τουτέων—ἐπετράφη νεότης, οἱ ἐπεί τε ἔμαθον τὴν σφετέρην γένεσιν, *etc.* iv. 3. *a. ubi olim simpl.* ἐτράφη, *edd.* οὐδένα τῶν ὕστερον ἐπιτραφέντων βασιλέων, *i. q.* ἐπιγενομένων, Nullum ex regibus post natis et educatis, Nullum ex succedentibus regibus, ii. 121, 1. *a. N.*

Ἐπιτρέχειν, Incursare. *Vide* Ἐπιδραμέειν.

Ἐπιτρίβειν, Atterere, Perdere. ὁ ἥλιος καίων ἐπιτρίβει τούς τε ἀνθρώπους καὶ τὴν χώρην, iv. 184. *a. m.*

Ἐπιτροπαῖος, η, ον, Fidei alicujus commissus. ἐπιτροπαίην παρὰ Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχὴν, iii. 142. *a.* ἐόντων ἔτι τῶν παίδων τούτων νηπίων, ἐπιτροπαίην εἶχε ὁ Θήρας τὴν βασιληΐην, iv. 147. *a. Conf.* Ἐπιτρέπεσθαι *Passiv.*

Ἐπιτροπεύειν, Esse ἐπίτροπον, *id est,* Tutorem esse *alicujus;* Fidei suæ commissum aliquid habere; Præfectum esse *provinciæ;* Administrare; Gubernare. Λυκοῦργον ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω, i. 65. *f.* ὡς γὰρ ἐπετρόπευσε τάχιστα, ibid. *paulo post.* προέβαινε γὰρ τὸ ἔθνος (τῶν Περσέων) ἄρχον τε καὶ ἐπιτροπεῦον, i. 134. *extr. N. quæ verba H. Steph. sic interpretatus est,* Late enim progrediebatur illa gens imperans et Præfecturas obtinens;

sed videtur verbum ἐπιτροπεῦον *non tam illas provincias spectare, in quas* absolutum imperium per Præfectos exercebant Persæ, *quam eas regiones, in quas quasi* Tutelam quamdam *exercebant, quarum reges aut incolæ non vere nominatum Tributum pendebant regi Persarum, sed Dona ferebant.* τὸν Βαβυλῶνος ὕστερον ἐπιτροπεύοντα, Qui postero tempore Babyloni (*sive* Babyloniæ) fuit Præfectus, vii. 62. *extr.* χρηστῶς τὴν σεωυτοῦ πατρίδα ἐπετρόπευσας, Qui patriam tuam bene administravisti, iii. 36. *a. m.* τὴν πόλιν παραδιδοῖ Κριταβούλῳ ἐπιτροπεύειν, viii. 127.

Ἐπίτροπος, ου, ὁ, Tutor *pueri;* Administrator, Procurator, Præfectus *provinciæ vel civitatis.* ἐγὼ ἤκουσα Τίμνεω, τοῦ Ἀριαπείθεος ἐπιτρόπου, Audivi ex Timna tutore Ariapithis, iv. 76. *f.* ἄνδρα πιστότατον, καὶ πάντων ἐπίτροπον τῶν ἑωυτοῦ, Administratorem omnium rerum suarum; Cujus fidei res suas omnes committebat, i. 108. *m.* ἐκάλεε τοὺς ἐπιτρόπους τῆς Μέμφιος, Administratores, Præsides urbis (*qui natione Ægyptii, non Persæ erant*) vocavit, iii. 27. *a.* ἐπίτροπος Μιλήτου, Præfectus Mileti, *Histiæi nomine* Administrans civitatem, v. 30. *a.* οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω, ἐπίτροπος Ῥηγίου καταλέλειπτο, vii. 170. *f.*

Ἐπιτυγχάνειν, *cum Dativo,* Incidere *in aliquem, vel in aliquid.* ὀρύσσων ἐπέτυχον σορῷ ἑπταπήχεϊ, i. 68. *a. m. Absolute, aut cum Participio.* λέγουσα ἐπετύγχανε τά περ αὐτὸς ἐνόεε, Opportune id ipsum dixit quod ille *facere* cogitabat, viii. 103. *a.* νῦν συμβούλευσον, ὁκότερα ποιέων ἐπιτύχω εὖ βουλευσάμενος, Nunc mihi *suade,* utrum horum faciendo rectius feliciusque rebus meis consuluero, viii. 101. *f. Particip.* ὁ ἐπιτυχὼν, *idem qui alias* ὁ τυχὼν *dicitur.* παιδία δύο νεογνὰ ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων, Duo infantes recens nati hominum humilis sortis, ii. 2. *a.*

Ἐπιφαίνεσθαι, Adparere. τὸ ἐπιφαινόμενόν τοι ἐν τῷ ὕπνῳ, vii. 16, 3. *m.* ἀξιώσει ἐπιφανῆναι, ibid. πολιορκήσονται ἐν νήσῳ, ἵνα τιμωρίη οὐδεμίη ἐπιφανήσεται, viii. 49. *f.*

Ἐπιφανὴς, Illustris, Clarus, Nobilis. ἑπτὰ Περσέων παῖδας ἐόντων ἐπιφανέων ἀνδρῶν, vii. 114. *f.* οὐ τῶν ἐπιφανέων ἐὼν ἀνδρῶν, viii. 125. *a.*

Ἐπιφέρειν πόλεμον, Inferre bellum. πόλεμον ἀκήρυκτον Ἀθηναίοισι ἐπέφερον, v. 81. *b.* ἐπιφέρειν αἰτίην, Crimen alicui inferre, Objicere crimen, Accusare, Damnare. ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπενείκαντές οἱ αἰτίην, i. 68. *f.* τὴν αὐτὴν αἰτίην ἐπιφέροντες, i. 139. *b.* αἰτίην οἱ ἄλλην ἐπενείκας, iv. 166. *f.* ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων, —τοῖσι δὲ αὐτέων καὶ φαῦλα (levia crimina, leves culpas) ἐπιφέρων, i. 26. *f. Similiter* μωρίην, μανίην ἐπιφέρειν τινὶ, Stultitiæ aliquem Damnare. τοῖσι (ἀγάλματα) ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι, i. 131. *a.* μανίην τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπέφερον ὁρέοντες αὐτοὺς *etc.* vi. 112. *a.* πάγχυ σφι μανίην ἐπενείκαντες, viii. 10. *a.* μαχλοσύνην ἐπενείκασά οἱ, iv. 154. *m.*

Passiv. Ἐπιφέρεσθαι, Cum impetu ferri, Invehi *in aliquem.* ταῦτα λέγοντος Θεμιστοκλέους, αὖτις Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο, *nempe* ἐς αὐτὸν, viii. 61. *a.* τὰ ἐπιφερόμενα, Imminentia, Eventura. καί μοι πάντα προδεικνύουσι (οἱ θεοὶ) τὰ ἐπιφερόμενα, i. 209. *m. f.*

Ἐπιφημίζεσθαι, Male ominari, Ominosa verba proloqui. καὶ ἰόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πεντηκόντορον ἐπεφημίζετο, iii. 124. *m. N.*

Ἐπιφθονέειν *apud Nostrum non tam est* Invidere, *quam* Odisse, Odio prosequi. τὰ πρέπει μᾶλλον βαρβάροισι ποιέειν ἢ Ἕλλησι, καὶ ἐκείνοισι δὲ ἐπιφθονέομεν, ix. 79. *m.* *Conf.* Ἐπίφθονος.

Ἐπίφθονος, ου, ὁ, ἡ, Odiosus. αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται, iv. 205. *b.* (*conf.* τὸ Θεῖον.) γνώμην ἀποδέξασθαι ἐπίφθονον πρὸς τῶν πλεόνων ἀνθρώπων, vii. 139. *a.*

Ἐπιφλέγειν, Incendere, Cremare. πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον, viii. 32. *f.*

Ἐπιφοιτᾷν, 1. Ventitare, Advenire, Iterate venire, vii. 15. *m. et* 16, 2. *et* 3. *ubi de* Spectro *agitur.* 2. Post alios advenire, Paulatim supervenire. οἱ ἐπιφοιτῶντες τε καὶ οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες, ix. 28. *a.* πλεῦνος αἰεὶ γινομένου τοῦ ἐπιφοιτέοντος, i. 97. *a.*

Ἐπιφορέειν, *i. q.* ἐπιφέρειν, Inferre, Superne adgerere. χοῦν ἐπιφορήσαντες, καὶ ὁμοιώσαντες (τὸν χῶρον) τῷ ἄλλῳ χώρῳ, viii. 28. *b.*

Ἐπιφορήματα, τὰ, *proprie* Post illata; *nempe* Cibi qui post legitimam cœnam inferuntur mensæ, Secundæ mensæ, Bellaria, Cupediæ. σίτοισι ὀλίγοισι χρέωνται, ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖσι, i. 133. *a. Confer Athenæum, in Var. Lect. citatum.*

Ἐπιφράζειν, Insuper dicere, Insuper (*vel* Post hæc) declarare. δεῖ με πρὸς τούτοισι ἐπιφράσαι, ἵνα ἐκ τῆς τάφρου ἡ γῆ ἀναισιμώθη, i. 179. *a.*

Ἐπιφράζεσθαι, *verbo Medio,* Intelligere, Excogitare, Comminisci. τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι, i. 48. *f.* ὅκως δὲ οὗτοι Μήδων ἄποικοι γεγόνασι, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω ἐπιφράσασθαι, v. 9. *f.* ἐπιφράζεται τοιάδε, Talia comminiscitur, Tale inivit consilium, vi. 61. *m.* ἄλλα τε ἐπιφραζόμενοι, καὶ *etc.* Quum alia excogitabant, Alias inierunt rationes, tum *etc.* vi. 133. *f. ubi eadem notione paulo ante dixerat* διενοεῦντο, *et* ἐμηχανῶντο.

Ἐπιφράζεσθαι, *verbo Passivo,* Secum rem reputare, Secum perpendere. τὰ μὲν

ὀρύγματα ἀνὴρ χαλκεὺς ἀνεῦρε, ὧδε ἐπιφρασθεὶς, iv. 200. *m. f.* γυνὴ ὑπέθετο, ἐπιφρασθεῖσα αὐτὴ, Mulier *hoc* docuit re secum ipsa deliberata; Suo ipsius ex ingenio, vii. 239. *f.*

[Ἐπιφράσσειν, Obstruere. *Huc Schulz. in Indice Græcitatis Herod. refert* ἐπέφρακτο *ex* vii. 142. *a. quod quidem est Plusquamperf. verbi simplicis* φράσσειν.]

Ἐπίχαλκος, ου, ὁ, ἡ, *proprie* Ære tectus, Ære obductus; *sicut* ἐπίχρυσος *est* Inauratus. *Sed, ubi Herodotus narrat* cuniculos, ab hostibus actos, exploratos fuisse ἐπιχάλκῳ ἀσπίδι, iv. 200. *m. f. non intelligi potest* Ære obductum scutum, *sed* Æneum scutum, *sive potius* Ænea lamina obducendo scuto inserviens. χαλκώματα λεπτότατα ταῖς κατασκευαῖς *eo consilio adhibere solitas esse ait Polyb. lib.* xxii. *cap.* 11. *nostræ editionis.*

Ἐπιχειρέειν, Adgredi, Invadere. πρώτοισι τούτοισι ἐπεχείρησε ὁ Κροῖσος, i. 26. *b.* ἐπεχείρησε τοῖσι βασιληΐοισι, iii. 61. *m.* τυραννίδι ἐπεχείρησε, v. 46. *f. ubi Accusativum* τυραννίδα, *quem unus cod. Arch. offerebat, probarunt docti nonnulli viri, simili structura usum esse Nostrum rati* v. 1. *a.* τοὺς δὲ ἐπιχειρέειν; *at ibi* τοὺς *non ab* ἐγχειρέειν *regitur, ad verbum hoc autem subintelligitur Dativus* αὐτοῖς. *Vide Not. ad* v. 46. *f.*

Ἐπιχείρησις, ιος, ἡ, Adgressio, Invasio. ὑπνωμένῳ ἡ ἐπιχείρησις ἔσται, Somno sopitum adgrediemur, i. 11. *f. ubi paulo ante,* ἡ ὁρμὴ ἔσται, *eadem notione.* τὴν ἐπιχείρησιν ταύτην μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβούλως, iii. 71. *m. Etiam* Consilium et Molitio adgressionis, Insidiæ quæ alicui struuntur, Conjuratio. ἐξενείκαντος τὴν ἐπιχείρησιν ἑνὸς τῶν μετεχόντων, vii. 132. *m.*

Ἐπίχολος, Biliosus, Bilem, Fel generans. ποίη ἐπιχολωτάτη, Herba bilem maxime generans, Fel *pecorum ea vescentium* maxime augens, iv. 58. *ubi nonnulli quidem* ἐπιχυλωτάτη. *Vide quæ ibi a Wess. et a nobis notata sunt. Contrarium ejus, quod ex nostræ et Wesselingii interpretatione Herodotus ait, ex aliis audivisse aut apud alios auctores legisse videtur Theophrastus, (Histor. Plant.* ix. 18. *cui consentanea Plinius refert, Hist. Nat.* xxvii. vi. 28. *et lib.* xi. *sect.* 75. *atque Ælianus, Hist. Anim.* xi. 29.) *ita componendum Æm. Portus statuit, ut* ποίη ἐπιχολωτάτη *apud Nostrum non intelligatur* Herba fel maxime generans *aut* Fel maxime augens, *sed* Amarissima herba, *atque ut in sequentibus verbis id ipsum significasse Herodotus censeatur, quod Theophrastus; nempe,* apertas victimas sine felle reperiri. *At interpretationi nostræ quum alia favent, tum idem ipse quoque Ælianus, Hist. Anim.* xvi. 26. *scribens,* Ταῦτα δὲ ἄρα (*nempe,* τὸ τῆς χολῆς ὑποπίμπλασθαι) ἔτι καὶ μᾶλλον φιλεῖ παρακολουθεῖν τοῖς Σκυθικοῖς προβάτοις.

Ἐπιχρᾶσθαι τινὶ, Familiariter uti aliquo. αἱ ἐπιχρεώμεναι (αὐτῇ) μάλιστα γυναῖκες, Mulieres quæ sunt ei maxime Familiares, iii. 99. *m. f.*

Ἐπίχρυσος, οῦ, ὁ, ἡ, Auro obductus, Inauratus. ἄγαλμα ἐπίχρυσον Ἀθηναίης, ii. 182. *a.* κλίνας ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, i. 50. *a.* ix. 80. *a. Eædem* κλῖναι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι *dicuntur* ix. 82. *m. Conf.* Καταχρυσοῦν.

[Ἐπίχυλος, *vide in* Ἐπίχολος.]

Ἐπιχώριος, ου, *Substant.* Indigena. οἱ ἐπιχώριοι, ix. 51. *a. m. Adjectiv.* γυναῖκα ἐπιχωρίην, i. 199. *a.* ἱρὸν ἐπιχωρίης θεοῦ, v. 102. *a.* κράνεα ἐπιχώρια, Galeæ vernaculæ, vii. 91. *a. et similiter passim.*

Ἐπιψηφίζειν τινὶ, viii. 64. *a. ex Wesselingii interpretatione in Nota ad h. l.* Suffragia rogare super sententia ab aliquo proposita; *sed vide ne sit potius,* Rogare aliquem suffragium. *Sic quidem* ἐπιψηφίζειν τῇ ἐκκλησίᾳ, τῷ δήμῳ, *dicebant Græci. Conf. Hemsterhusium ab eodem Wess. l. c. laudatum.*

Ἐποδιάζειν, (*comm.* ἐφοδιάζειν) Viaticum dare. τούτους λυσάμενοι ἀποπέμπουσι ἐποδιάσαντες ἐς τὰς Ἀθήνας, ix. 99. *m.*

Ἐπόδιον, τὸ (*comm.* ἐφόδιον) Viaticum. Κυρηναίων δεηθέντες ἐπόδιά σφι δοῦναι, iv. 203. *m. f.* ἐπόδια λαβὼν, vi. 70. *a.*

Ἐποκέλλειν τὴν νέα, Navem in brevia (*vel* ad littus) ejicere. ὡς τάχιστα ἐπώκειλαν τὴν νέα, vii. 182. *a. ubi paulo ante,* ἐξοκέλλει ἐς τὰς ἐσβολὰς τοῦ Πηνειοῦ, *eadem notione.* νέας αὐτοῦ ταύτῃ ἐποκείλαντες, vi. 16. *a.*

Ἐπομνῦναι, *absolute positum,* Jusjurandum interponere. πρὸς τοῦτον εἶπε ἐπομόσας, viii. 5. *m. Cum Accus. et Dat.* ἥλιον ἐπόμνυμί τοι, Per solem tibi juro, i. 212. *f.*

Ἐπονομάζειν τὸ οὔνομά τινος, Nomen alicujus invocare, Nominatim aliquem (deum *vel* heroëm) invocare. γυναῖκας ἐπονομαζούσας τὰ οὐνόματα (αὐτῶν) ἐν ὕμνῳ, iv. 35. *m.* τούτῳ θύουσι ὡς ἥρωϊ, ἐπονομάζοντες τὸ οὔνομα, vii. 117. *f.*

Ἐποποιΐη, ἡ, Poema epicum, (*de Homerica Iliade*) ii. 16. *a.*

Ἐποποιὸς, οῦ, ὁ, Poëta epicus. εἰ χρή τι τοῖσι ἐποποιοῖσι χρεώμενον λέγειν, ii. 120. *m.*

Ἐπορᾷν, (*comm.* ἐφορᾷν) Conspicere, Inspicere, Inspectare. ἐπορᾷ μιν ἐξιόντα, Exeuntem (*commode*) conspicata est, i. 48. *a.* ἕκαστα ἀναπτύσσων ἐπώρα τῶν συγγραμμάτων, Inspexit, Perlustravit, Perlegit literas, i. 48. *a.* ἐπορᾷν ἐκκείμενον διατέταγμαι ἐγὼ, Meis oculis inspi-

cere expositum jussus sum, i. 110. *f.* σὲ οἱ θεοὶ ἐπορέωσι, Te dii Benevole respiciunt, Tui curam habent, i. 124. *a.* τὰ πρήγματα ἐπορᾷν τε καὶ διέπειν, iii. 53. *a.*

Ἐπορέγεσθαι, Plura cupere. ὁ δὲ ἐνθαῦτα ἐπορέγετο, ὀρέων *etc.* Major cupido eum incessit, ix. 34. *m. f.*

Ἐπορμέειν, Cum navibus in statione stare contra *hostem.* φάμενος μόγις ἐκπλῶσαι λαθὼν τοὺς ἐπορμέοντας, viii. 81. *a.*

Ἔπος, εος, τὸ, Dictum, Verbum. τούτου τοῦ ἔπεος (*de Pythiæ vaticinio agitur*) λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, i. 13. *f. Sic* vii. 143. *a. Sed et, ubi de uno vocabulo agitur, ait,* δύναται τοῦτο τὸ ἔπος (*nempe Æthiopicum vocab.* Asmach) κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν *etc.* ii. 30. *a.* προϊσχόμενος ἔπεα, ὥς οἱ καταχρᾷ *etc.* i. 164. *a. ubi malles* ἔπεα τάδε, *sicut* iii. 137. *a. sed priori loco, ubi sequitur obliqua oratio, nil opus erat adjecto pronomine; significat autem scriptor, non solum* vi et armis, *sed et* verbis *cum oppidanis egisse Harpagum.*

Ἐποτρύνειν, Incitare, Urgere, Impense hortari. θεοῦ σφι (*sive rectius* σφε) ἐποτρύναντος, vii. 170. *a. cum Var. Lect. et Not.*

Ἔποψις, ιος, ἡ, Conspectus, Prospectus. ἐπ' ὅσον ἔποψις τοῦ ἱροῦ εἶχε, Quousque prospectus templi Pertinebat, i. 64. *m. f.*

Ἑπτάμηνος, ον, ὁ, ἡ, Septem mensium. τίκτουσι γυναῖκες καὶ ἑπτάμηνα (*scil.* παιδία),—ἐγὼ δέ σε ἑπτάμηνον ἔτεκον, vi. 69. *m. f.*

Ἔπυδρος, ου, ὁ, ἡ, Aquam habens, Irriguus. γῆ ἔπυδρος πίδαξι, iv. 198. *m.*

Ἐπωνυμίη, ης, ἡ, *interdum videri potest nil aliud significare, nisi simplex* οὔνομα, Nomen; *veluti* ii. 4. *m.* δυώδεκα θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι. *Sic* iv. 45. *m.* ἔχειν τὸ οὔνομα *et* ἔχειν τὴν ἐπωνυμίην *eadem notione promiscue dicuntur. Sed alibi* Cognomen *indicat, et a* Nomine *distinguitur, ut* ii. 52. *a.* ἐπωνυμίην οὐδ' οὔνομα ἐποιεῦντο οὐδενὶ αὐτέων, ii. 52. *a. Nempe proprie significat* Nomen ab alterius cujusdam rei vel personæ nomine ductum derivatumque. *Sic* Hercules Thasius τὴν ἐπωνυμίην εἶχε *a* Thaso insula, ii. 44. *m. et* Hercules Ὀλύμπιος ἐπωνυμίην, ab Olympo, quippe antiquus deus, ibid. *f. Sic* Aurum quod Gyges in Delphico templo dedicavit, vocabatur a Delphensibus Γυγάδας, ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίην, Nomine (*vel* Cognomine) derivato ab eo qui illud dedicavit, i. 84. *f.* (*conf.* ἐπὶ *cum Genit. num.* 5.) ἡ Ἀσίη ἐπὶ (*alii* ἀπὸ) τῆς Προμηθέος γυναικὸς ἔχει τὴν ἐπωνυμίην, iv. 45. *m.* (*cf. Var. Lect.*) εἵματα μέλανα φορέουσι, ἐπ' ὧν τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι, iv. 107. τῇ νήσῳ ἐπὶ τοῦ οἰκιστέω Θήρα ἡ ἐπωνυμίη ἐγένετο, iv. 148. *f.* ἐπ' οὗ (ποταμοῦ) ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει, vii. 58. *f.* ἐπὶ Λυδοῦ ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην, μεταβαλόντες τὸ οὔνομα, vii. 74. *a.* ἐπ' ἧς καὶ ὁ χῶρος οὗτος τὴν ἐπωνυμ. ἔχει, vii. 178. *f.*

Alibi in simillima phrasi præpositionem ἀπὸ *tenent libri omnes, sicut plures* iv. 45. *m. Sic* τὸ οὔνομα Ἀμμώνιοι ἀπὸ τοῦδέ σφι τὴν ἐπωνυμίην ἐποιήσαντο, ii. 42. *m. f.* ἀπὸ τῆς τιμῆς τὴν ἔσχε, τὴν ἐπωνυμίην ποιεύμενος, iv. 155. *m.* ἀπὸ τῆς κυψέλης ἐπωνυμίην Κύψελος οὔνομα (αὐτῷ) ἐτέθη, v. 92, 5. *a.* ἀπ' ἧς καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει, vii. 121. *a. Quo etiam istud pertinet,* ὅθεν (*id est,* ἀφ' οὗ, *sive Ionico sermone* ἀπό τευ) ἔθεντο τὰς ἐπωνυμίας, iv. 45. *a. m.*

Hasce præterea formulas notemus. Ἀριστέω ἐπωνυμίην ἔχοντα ἀνδριάντα ἱστάναι, Statuam ponere quæ ab Aristea nomen habeat, Quæ Aristeas (*vel* Aristeæ) statua nominetur, iv. 15. *a. m.* σύμπασι (Σκύθησι) εἶναι οὔνομα Σκολότους, τοῦ βασιλῆος ἐπωνυμίην, Universos Scythas communi nomine Scolotos vocari, nomine de regis nomine ducto, Denominatione a regis nomine petita, iv. 6. *extr. Sic* οὐνόματα τριφάσια, ἐπωνυμίας ἔχοντα γυναικῶν, (*Europa, Asia, Libya,*) iv. 45. *a.* οὕτω κατὰ τοῦ Λύκου τὴν ἐπωνυμίην Λύκιοι ἀνὰ χρόνον ἐκλήθησαν, i. 173. *m.*

Ἐπωνύμιος, *i. q.* ἐπώνυμος, Qui ab aliquo (*sive* a persona, *sive* a re quadam) nomen invenit; Qui alicujus nomen gerit. ἱρὸν Ξείνης Ἑλένης ἐπωνύμιον, *i. q.* ἱρὸν τὸ καλέεται Ξείνης Ἀφροδίτης, ii. 112. *m. ubi alii quidem* ἐπώνυμον *præferunt; sed vide quæ ad h. l. notavimus.*

Ἐπώνυμος, ὁ, ἡ. *vide vocab. proxime præcedens.* ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος (τοῦ Ἄτλαντος) οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἐπώνυμοι ἐγένοντο· καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες, iv. 184. *f.* τοὺς (Πελοποννησίους) Πέλοψ ὁ Φρὺξ κατεστρέψατο,—καὶ ἐς τόδε αὐτοί τε ὤνθρωποι καὶ ἡ γῆ αὐτέων ἐπώνυμοι τοῦ καταστρεψαμένου καλέονται, vii. 11. *extr.*

Ἐρᾷν, *cum Genit.* Amare, Amore alicujus captum esse. *Imperf.* Ξέρξης ἔρα τῆς Μασίστεω γυναικὸς, ix. 108. *a. Sed eodem cap. sub fin. scribitur* ἤρα τε καὶ ἐτύγχανε τῆς γυναικός.

Ἐρᾶσθαι, Cupere, Adfectare. Δηϊόκης ἐρασθεὶς τυραννίδος, i. 96. *a.*

Ἐραστὴς, οῦ, ὁ, Amator, Studiosus. πολλοὶ τῆς τυραννίδος ἐρασταί εἰσι, iii. 53. *m. ubi perperam olim* ἐργασταὶ *edd. nonnulli.*

Ἐργάζεσθαι, (*verb. Med.*) Facere, Agere. ὁ πολὺς ὅμιλος τί ταῦτα ἐργάζεται; Quid est quod hic facit hæc tanta hominum multitudo? i. 88. *m. f.* Laborare, Opus facere. παντὸς ἀνδρὸς ἐργαζομένου, ἤνετο

Lex. Herod. U

τὸ ἔργον, viii. 71. *f.* ἐργάζεσθαι ἑωυτῷ ἐκέλευε πάντας τοὺς Αἰγυπτίους, ii. 124. *a.* ἐργάζεσθαι χρήματα, Parare sibi pecunias. ἐργασάμενος χρήματα μεγάλα, i. 24. *m. Cum dupl. Accusat.* διεξιόντα (τὸν ἥλιον)—ἔλπομαι ποιέειν ἂν τὸν Ἴστρον τά περ νῦν ἐργάζεται τὸν Νεῖλον, ii. 26. *extr. Similiter* πλέω ἀγαθὰ τὴν πατρίδα ἐργάσεται, viii. 79. *f. ubi olim quidem perperam* τῇ πατρίδι *edd.*

Passivum: 1. *Activa notione.* οὔ τις ἀλλοτρίων τοῦτο ἔργασται, Patravit hæc, iii. 155. *a.* ἔργον παράβολον ἔργασμαι, ix. 45. *f.* 2. *Passiva notione.* μὴ καταισχύνειν τὰ πρόσθεν ἐργασμένα, Ante acta, Res antehac gestas, vii. 52. *a. m.*

Ἐργαλήϊον, τὸ, (*comm.* ἐργαλεῖον) Instrumentum quo quis ad opus faciendum, *vel* ad exercendam artem, utitur. ἔχων οὐδὲν τῶν ὅσα περὶ τὴν τέχνην (artem *medicam et chirurgicam*) ἐστὶ ἐργαλήϊα, iii. 131. *m.*

Ἐργασίη, ης, ἡ, Opificium, Opera, Labor. ἀπὸ ἐργασίης χειρῶν ἔτρεφε τὸ παιδίον καὶ ἑωυτήν, *Vit. Hom.* 3. *b. Sed apud Herodot.* ii. 135. *a.* ubi Rhodopis meretrix *dicitur* κατ' ἐργασίην in Ægyptum venisse, *non* manuum opificium, *aut* honestæ cujusdam artis exercitium *intelligitur, sed* ἡ ἀπὸ τοῦ σώματος ἐργασία, Turpis quæstus arte meretricia quæsitus; *quam artem illa statim quidem, priusquam in libertatem vindicata est, non suo nomine, sed nomine Samii lenonis exercuit, qui illam in Ægyptum secum adduxerat.*

[Ἐργασταὶ *temere olim editum erat pro* ἐρασταὶ, *quod tenent scripti libri omnes; et sic recte editur inde ab edit. sec. Henr. Steph.*]

Ἐργάτης, ου *vel* εω, ὁ, Operarius. γῆς ἐργάτης, Agricola, iv. 109. *a.* v. 6. *f.*

Ἐργατικὸς, ή, ὸν, Efficax, Validus, Magnam vim habens. τοσοῦτος ποταμὸς καὶ οὕτω ἐργατικὸς, ii. 11. *extr.*

Ἐργάτις, ιδος, ἡ, *fœm. pertinens ad masc.* ὁ ἐργάτης. *Hinc* γυναῖκες οὕτω ἐργάτιδες, Mulieres ita industriæ, Operi faciendo ita intentæ, v. 13. *f.*

Ἔργειν, *et* Ἐέργειν, (*Ion. i. q.* εἴργειν) Arcere, Prohibere, Excludere *ab una parte, et* Includere *alia parte.* (*Sed* Includendi *notione spiritu aspero notatur, et* Ἕργειν, *sicut commune* ἑόργειν, *pronunciatur.*) σιτίων δὲ τοὺς παῖδας ἐργόντων Κορινθίων, Quum Corinthii pueros illos excluderent alimentis, Alimenta eis negarent, iii. 48. *m.* τοὺς μὴ νὺξ ἐέργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν δρόμον, Quos nox non prohibet, (Retinet, Impedit) quo minus *etc.* viii. 98. *m. ubi alii quidem* ἔργει. *Vide Var. Lect.* αὐτοὺς ἕρξε, ὡς κατασκόπους δῆθεν, Detinuit, Inclusit, In custodia retinuit; (*quo refertur quod paulo post ait,* ἔλυσε τοὺς Πέρσας) iii. 136. *f. ubi alii quidem* εἶρξε.

Ἔργεσθαι *apud Nostrum non tam Passiva notione ponitur, quam Reciproca, quasi* Arcere sese, Retinere sese, *id est,* Abstinere. *Sic* ἔργετο ἑκὼν τῆς Κυρηναίων πόλιος, iv. 164. *m. Not.* Ξέρξης, ὡς κατὰ τὸ ἄλσος ἐγένετο, αὐτός τε ἔργετο αὐτοῦ, καὶ τῇ στρατιῇ πάσῃ παρήγγειλε, *nempe* ἔργεσθαι αὐτοῦ, vii. 197. *f. Sic* βουλόμενοι θηλέων βοῶν μὴ ἔργεσθαι, ii. 18. *m. Latine non tam reddi debuit* Cupiverunt non prohiberi, *quam* Abstinere noluerunt esu boum fœminarum. *Et* πολλῶν ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι, v. 57. *extr. perinde reddi potest,* Imposita conditione ut pluribus *juribus* Excluderentur, *aut*, ut pluribus *commodis* (*quibus fruebantur veteres cives*) Abstinerent. Ξέρξης ἐργόμενος τῶν ἄλλων, ix. 108. *a.* (*al. cap.* 107.) *passive intelligunt interpretes omnes,* Cæteris prohibitus; Cæteris viis, *quibus spe sua potiretur,* exclusus. *Sed nil impedit, quo minus etiam hic intelligamus* Abstinens, Valedicens cæteris viis; *nempe,* nec vi uti, nec porro frustra solicitare mulierem volens.

Conf. Ἀπέργειν, Ἐξέργειν, Κατέργειν.

Ἔργειν, Facere: *unde Fut.* ἔρξω, *Præt. Med.* ἔοργα, *et Substantiva* ἔργον *et* ἔργμα. ὅσα ἔρξαν ἢ ἔπαθον, v. 65. *f.* ἡμέας οἷα ἔρξαν, Qualia nobis fecerunt; Qualia in nos commiserunt; Quo pacto nobiscum egerunt, vii. 8, 2. *f.* λήθην ποιεύμενος τά μιν ἐόργεε, Oblitus quæ adversus illum patraverat, i. 127. *b. In Præs. tempore, pro* ἔργειν, *in usu est* Ἕρδειν *vel* ἔρδειν, *quod vide.* (*Aoristum* ἔρξα *alii quidem cum Æm. Porto a Præs.* Ῥέζω *formatum statuunt hoc modo, Fut.* ῥέξω, *Aor.* ἔῤῥεξα, *et per syncopen* ἔρξα. *Conf.* Ἕρδειν.

Ἔργμα, τος, τὸ, Factum, Facinus. ἔργμασιν ἐν πολέμου, v. 77. *f. in Inscriptione metrica. Conf. Wess. ad* iii. 97, 9.

Ἔργον, ου, τὸ, Opus, Factum, Res ipsa effecta. ἔργα ἀποδέξασθαι, *vide in* Ἀποδεικνύειν, *num.* 6, 2. ἐκλαμβάνειν ἔργα, i. 95. *a. N. Vide* Ἐκλαμβάνειν. Ταῦτα εἶπε καὶ ἅμα ἔπος τε καὶ ἔργον ἐποίεε, iii. 135. *a. N.* ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ τὸ ἔργον προσῆγε, Effectam dedit rem, ix. 92. *a. N.*

τούτου μή ἐστι ἔργον *non tam significat* Hac re nil opus est, Non necesse est hoc facere; *quam potius,* Hujus rei nullus usus est, Non est ex usu, Nil adtinet, Inutile est hoc facere. τῆς θαλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, ὥστε ἐπέδρης μὴ εἶναι ἔργον τῇ στρατιῇ, i. 17. *f. Nempe* ἡ ἐπέδρη, Obsidere urbem *utile est hosti, quo oppidanos commeatu intercludat. At Milesiis commeatus importari affatim poterat mari; quare* Inutile erat urbem illorum obsidere: *nam de nuda* Obsidione, *non de*

Oppugnatione hic agitur.

τὰ ἔργα *sunt* Opera rustica, Agri culti, Arva. συὸς χρῆμα μέγα τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διαφθείρεσκε, i. 36. *a. et m.*

Ἕρδειν, *sive forma Ionibus magis propria* Ἔρδειν, *idem quod inusitatum in Præsente tempore* ἔργειν, Facere, Patrare. ἀρεστὸν εἶναι πᾶν τὸ ἂν βασιλεὺς ἔρδῃ, i. 119. *f. ubi quidem nonnisi unus (quem noverim) codex Lenem spiritum tenet,* ἔρδοι *scribens.* ἀθέμιτα (*vel* ἀθέμιστα) ἔρδειν, viii. 143. *f. ubi* ἔρδειν *præfert noster cod. Flor. quod in Ionico scriptore verum videtur. Imperf.* ἔρδον (ἔρδον *codd. F. et Pa.*) ὅσον ἐδυνέατο, ix. 103. *f. Imperf. frequentativum,* ἀθέμιστα ἔρδεσκε, vii. 33. *f. ubi Lenem spiritum cum editis omnibus libris præferunt scripti longe plerique. Alibi vero Asperum spiritum, Atticorum ex more, pertinaciter tenent edd. et mssti.* Διὰ θυσίας ἔρδειν, i. 131. *m.* ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν, i. 137. *a.* τὰ ἔμπαλιν τούτων ἔρδουσι, ii. 121. *a.* οἱ δὲ, ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν, ἔρδειν ἂν τοῦτο, iii. 38. *m. f.* τὰ ἔρδει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα, iii. 80. *m.* θυσίῃ ἐρδομένῃ ὧδε, iv. 60. *a.* Ἀθηναίους ἀναρτημένους ἔρδειν Αἰγινήτας κακῶς, vi. 88. *m. Etiam cum duplici Accus. ut* μηδένα ἔρδειν ἀνήκεστον πάθος, Nemini irreparabile malum inferre, i. 137. *a. quo loco recte Schæf. ex ms. Arch. ante* τῶν ἄλλων Περσέων *pronomen* τινὰ *inseruit, quod in nostra etiam editione adjectum velim.* ἔρδον ὅσον ἐδυνέατο, Fecerunt quantum potuerunt, ix. 103. *b.* ἐρδούσας τὰ ἱρὰ iv. 33. *f. pro vulgato* ἐχούσας *aut* θυούσας *legendum suspicati sunt docti nonnulli viri.*

Ἐρέειν, Dicturum esse. Ἐρέω, Dicam. *vide supra in* Εἴρειν.

Ἐρεθίζειν, Irritare. Σκύθαι ἐρεθισθέντες ὑπὸ Δαρείου, Irritati invasione Darii, vi. 40. *m.*

Ἐρείδειν, Fulcire. Ἐρείδεσθαι, Niti. τοῖσι γούνασι ἐρηρεισμένους, iv. 152. *f. cum reduplicatione, pro* ἤρεισμ.

Ἐρείπειν, Demoliri, Diruere. προμαχεῶνα ἕνα τοῦ τείχεος ἐρεῖψαι, i. 164. *a.* ἐπέβησαν τοῦ τείχεος, καὶ ἤριπον (αὐτὸ), ix. 70. *m. Conf.* Κατερείπειν.

[Ἔρεσθαι, Interrogare. *Vide* Εἴρεσθαι.]

[Ἐρεύγεσθαι. *Vide* Ἐξερεύγεσθαι.]

Ἐρευθέδανον, ου, τὸ, Rubia tinctoria. αἰγέας περιβάλλονται κεχριμένας ἐρευθεδάνῳ, iv. 189. *m. f.*

Ἔρημος, *sive rectius* Ἐρῆμος, ου, ὁ *et* ἡ, Desertus. *De Accentu vide Var. Lect. ad* i. 117, 18. *et* ii. 31, 7. *et* iv. 17, 11. (*Similiter* Ἑτοῖμος, Ὁμοῖα *et* Ὁμοῖος.) *Circumflexum in penultima tenuere libri omnes edd. et scripti* viii. 51. *m. et* ix. 3. *f. ubi* ἐρῆμον τὸ ἄστυ, *et* ix. 58. *a. ubi* εἶδε τὸν χῶρον ἐρῆμον, *et* τάδε ὁρέοντες ἐρῆμα. *Nos ubique eamdem secuti sumus scripturam.* ἐρῆμον οὖρος, i. 117. *f.* περὶ τῶν ἐρήμων τῆς Λιβύης, ii. 32. *a.*

Fœm. ἐρῆμος γάρ ἐστι ἡ χώρη αὕτη, ii. 31. *f.* v. 9. *a.* στέλλονται ἐς τὴν ἐρῆμον, iii. 102. *f.* τὴν Ζάγκλην, ἐοῦσαν ἐρῆμον ἀνδρῶν, vi. 23. *a. m. ubi quidem* ἐρήμην *olim edd. sed nullo adstipulante vetere codice qui quidem nobis innotuerit.* ἡ Ἀττικὴ χώρη, ἐοῦσα ἐρῆμος Ἀθηναίων *edd. et scripti omnes* viii. 65. *a.* ἡ ἐσθὴς ἐρῆμος ἐοῦσα ὅπλων, ix. 63. *f. Mira videri potest structura* iv. 17. *f.* Νευρῶν τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἐρῆμος ἀνθρώπων, *nempe* χώρα ἐρῆμος *intelligitur. Vide ibi Var. Lect. et Not.*

Ἐρημοῦσθαι, Deseri, Destitui, Relinqui ab aliis ut solus maneas, Desolari. οἱ ὄνοι, ἐρημωθέντες τοῦ ὁμίλου, A reliquo cœtu soli relicti, iv. 135. *m.* Θεσσαλοὶ ἐρημωθέντες συμμάχων, vii. 174. *m.* Μίλητος Μιλησίων ἠρήμωτο, vi. 22. *a.* ἐς τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν λέγουσι ἐσοικίζεσθαι ἄλλους ἀνθρώπους, vii. 171. *a.*

Ἐρίζειν τινὶ, Contendere cum aliquo de principatu *vel* de primis partibus. τούτῳ γὰρ οὐκ οἷά τέ ἐστι ἐρίσαι ἄλλον, iv. 152. *m. f.*

Ἐρικυδὴς, Perillustris. μέγα ἄστυ ἐρικυδὲς, vii. 220. *m. in Orac.*

Ἔριον, τὸ, Lana, *vide* Εἴριον. *In Vit. Hom. cap.* 4. *a. servatur communis forma vocabuli:* ἐριουργῆσαι ἔρια.

Ἔρις, ιδος, ἡ, Contentio. Ἀργείων αἱ γυναῖκες, κατ' ἔριν τῶν Ἀθηναίων, περόνας ἐφόρεον μέζονας, Ex contentione (Ob contentionem) cum Atheniensibus, v. 88. *f.* ἔριν εἶχον ἀμφί τε μουσικῇ καὶ τῷ λεγομένῳ ἐς τὸ μέσον, Certamen instituebant, Inter se contendebant, vi. 129. *a.*

Ἑρκεῖος Ζεὺς, Jupiter ædium custos, *proprie* Custos muri qui ædes circumdat, vi. 68. *a. Conf. Eustath. ad Odyss.* χ'. 335.

Ἕρκος, εος, τὸ, 1. Septum, Murus, Munitio: τὸ ἕρκος ὑπερθορέειν, vi. 134. *m. N. pro quo* τὴν αἱμασιὴν *ait* ibid. *f.* συνεφόρησαν τὰ γέῤῥα ἕρκος εἶναί σφι, ix. 99. *extr.* 2. Rete, Laqueus. ἐν ἕρκεσι ἐμπαλασσόμενοι διαφθείρονται, vii. 85. *f. ubi alii olim* ἐν ἄρκυσι. *Vide Not.*

Ἑρκτὴ, ῆς, ἡ, Carcer, iv. 146. *a. et m.* 148. *a.*

Ἕρμα, ατος, τὸ, Saxum, Petra, Scopulus sub maris superficie latens, vii. 183. *N.* λίθος μέγιστος, *Suid.* ἡ ἐν θαλάσσῃ πέτρα *Dionys. apud Eustath. ad Iliad.* ξ'. p. 964, 28. *ed. Bas.* (*p.* 976. *ed. Rom.*) *Conf. Hesych. et ibi notata.*

Ἑρμηνεὺς, έος, ὁ, Interpres. οἱ ἑρμηνέες, ii. 125. *f.* 154. *a.* iii. 140. *m.* δι' ἑπτὰ ἑρμηνέων διαπρήσσονται, iv. 24. *f.*

Ἑρξείης, *sive rectius* Ἑρξίης. δύναται κατὰ ἑλλάδα γλῶσσαν Δαρεῖος, ἑρξίης, Græco sermone *nomen Persicum* Darius

valet ἐρξίης, vi. 98. *f. Intelligitur autem vulgo ἐρξείης vel ἐρξίης, præeunte Valla,* Coërcitor, *nempe quatenus verbum ἔργειν, a quo derivatur hoc nomen,* Arcere et Coërcere *significat. Auctor vero Etymologi M. ait:* Ἐρξίας, ὄνομα κύριον, παρὰ τὸ ῥέζω, ῥέξω, ῥεξίας· ὑπερβιβασμῷ ἐρξίας· ὁ πρακτικός.

Ἐῤῥωμενέστερος, Validior, Acrior. (*ab* ἐῤῥωμένος, *particip. pass. verbi* ῥώννυμι.) τειχομαχίη ἐῤῥωμενεστέρη, ix. 70. *a.*

Ἔρσην, ενος, ὁ, (*comm.* ἄρσην *vel* ἄῤῥην) Mas, Masculus. ἄπαις ἔρσενος γόνου, i. 109. *m. f.* ἄπαις ἔρσενος γόνου, iii. 66. *a.* ἕκαστος τῶν ἐρσένων τούτων, *nempe* ἵππων, i. 192. *f.* φοίνικες ἔρσενες, Palmæ arbores masculæ, i. 193. *f.* οὔτε ἔρσενος θεοῦ, οὔτε θηλέης, ii. 35. *f.* τοὺς βοῦς τοὺς ἔρσενας, ii. 38. *a.* 41. *a.* 46. *m. f.* τοὺς αἶγας τοὺς ἔρσενας, ii. 46. *m.* καὶ ἔρσενες καὶ θήλεαι, ii. 65. *a. m.* 93. *a.* iii. 102. *f.* 105. *m.* vii. 56. *f.*

[Ἐρύειν, *vide* Εἰρύειν.]

Ἐρυθρὸς κῆρυξ, Rubens præco, iii. 57. *extr. in Orac. Conf. cap.* 58. *a.*

Ἐρύκειν τοὺς ἐπιόντας, Inhibere, Prohibere invadentes, iv. 125. *f.* v. 15. *a.* ἐρυκόμενοι ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ, Prohibiti ab Asopo; Quum ab Asopo fluvio, *ne ex illo aquam petere possent,* arcerentur, ix. 49. *f.*

Ἔρυμα, ατος, τὸ, Munimentum. τὸ ἔρυμα τοῦ τείχεος ἐφυλάσσετο, vii. 223. *m.*

Ἔρχεσθαι, Venire, Ire. ἦλθε αὐτοῖς ἀγγελίη, i. 83. ix. 14. *a. et* 15. *a. cum Var. Lect. et Not.* ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται, i. 120. *m.* (*vide supra in* Ἀσθενής.) ἐλθεῖν τινι ἐς ὄψιν, In conspectum alicujus venire, iii. 42. *a.* ἐλθεῖν τινι ἐς μάχην, Ad manus venire, In Aciem cum aliquo descendere, vii. 9, 3. οὐκ ἦλθον ἐς τούτου λόγον ὥστε *etc.* Non eo progressi sunt ut *etc.* vii. 9, 2. *f. Sed* ἐλθεῖν τινι ἐς λόγους, In colloquium cum aliquo venire, i. 86. *m.* iv. 126. *f.* διὰ μάχης ἐλθεῖν, Prælio decernere, vi. 9. *f. conf. Not. ad* viii. 77. *f.*

2. ἔρχεσθαι παρά τινα *honeste dicitur de* Congressu venereo. παρὰ τοῦ σεωυτοῦ ξείνου τὴν γυναῖκα ἦλθες, ii. 115. *m. ubi vide Not. Sic et de muliere:* κυέουσαν ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς οὕτω ἐλθεῖν παρὰ Ἀρίστωνα, vi. 68. *m. et mox* ibid. φασί σε ἐλθεῖν παρὰ τὸν ὀνοφορβόν.

3. ἔρχεσθαι *cum Accusat. absque præpositione, idem valet ac* διέρχεσθαι, Transire. ὁ ἥλιος ἔρχεται τῆς Λιβύης τὰ ἄνω, ii. 24. *m. Similiter* ἰὼν τὸ μέσον τοῦ οὐρανοῦ, ii. 25. *a. ubi* ἰὼν *idem valet ac* διεξιὼν, *quod ibidem paulo ante legitur.*

4. ἔρχομαι ἐρέων, Adgredior dicere, Dicam, i. 5. *m.* ii. 40. *a.* 99. *a.* iii. 80. *f. Sic* ἔρχομαι λέξων, ii. 11. *m.* vii. 102. *a. m.* (*Similiter* ἤϊα λέξων, Adgressus eram dicere, iv. 82. *f*) ἔρχομαι φράσων, iii. 6. *a.* vi. 109. *a.* ἔρχομαι σημανέων, iv. 99. *a.* ἔρχομαι περὶ Αἰγύπτου μηκυνέων τὸν λόγον, ii. 35. *a.*

Ἔρως, ωτος, ὁ, Cupido, Desiderium. ἔρωτα σχὼν τῆς Ἑλλάδος τύραννος γενέσθαι, v. 32. *f.*

[Ἐρωτᾷν, *vide* Εἰρωτέειν.]

Ἐς, *præpositio regens Accusativum; Ionica forma, qua constanter utitur Herodotus pro communi* Εἰς. *Adhibetur autem hæc præpositio ubi agitur,*

1. *de Motu* In *vel* Ad *Locum; qui est usus frequentissimus, qualibet in pagina obvius. Quo ex usu interpretandæ sunt etiam illæ locutiones, in quibus* ἐς *pro* ἐν, *præpositione* In loco *significante, posita videri poterat: quo de genere, post Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p.* 456. *perspecte Schulzius ad Herodot.* viii. 60, 1. *et* 71. *m. monuit. Conf. quæ nos ad* viii. 60, 1. *adscripsimus, ubi* ἐς ὃ, *quod vice* ἐν ᾧ ναυμαχεῖν *positum Wesselingius judicavit, valere diximus* ἐς ὃ ἰέναι ναυμαχήσοντας, Quo nos conferre ad prælium ibi faciendum; *sed fortasse formula* ἐς ὃ *alia ratione fuerit ibi accipienda, de qua infra sub num.* 5. *dicetur. At* viii. 71. *m. ubi ait scriptor* συνδραμόντες ἐκ τῶν πολίων, ἐς τὸν ἰσθμὸν ἵζοντο, *non idem valet* ἐς τὸν ἰσθμὸν ἵζοντο, *ac id quod mox subjicitur,* ἱζόμενοι ἐν τῷ ἰσθμῷ: *istud significat* Sessum ibant, Conferebant se in Isthmum, ibi consessuri, stationem ibi capturi; *hoc significat,* Quum jam in Isthmo sederent, Stationem aut castra ibi haberent. *Sic* ἱζομένην ἐς ἱρὸν, *quasi diceres* Collocantem sese, Conferentem se in templum, ibi sessuram et moraturam, i. 199. *a.* ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τοῦ βασιλῆος, iii. 140. *a. Eadem ratio est cunctorum fere locorum ab Æm. Porto congestorum, ubi* ἐς *cum Accus. pro* ἐν *cum Dativo poni ille statuit.* θρόνος ἐς τὸν κατίζων *vel* ἵζων, (*scil.* ἑωυτὸν) ἐδίκαζε, i. 14. *m. et* v. 25. *m. f.* εἰ ἵζοιο ἐς τὸν ἐμὸν θρόνον, vii. 15. *f.* ἐς τὸν θρόνον ἵζεσθαι, vii. 16. *a. Similiter dicit* τὸν ἄνδρα στάντα (qui se constituit, *vel* a populo constitutus est) ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν, iii. 80. *a. m.* ὁ μὲν (*nempe* ὁ κῆρυξ) δὴ ἀπόστολος ἐς Μίλητον ἦν, i. 21. *a. non valet* ἐν Μιλήτῳ ἦν, in urbe Mileto erat; *sed,* Miletum missus erat, Miletum legatus proficiscebatur, *sicut* v. 38. *f.* αὐτὸς ἐς Λακεδαίμονα ἀπόστολος ἐγίνετο, Ipse Lacedæmonem suscepit legationem, profectus est. παιδία δύο διδοῖ ποιμένι τρέφειν ἐς τὰ ποίμνια τροφήν τινα τοιήνδε, ii. 2. *a. m. ubi non juncta intelligi debent verba* τρέφειν ἐς τὰ ποίμνια, *pro* ἐν τοῖς ποιμνίοις, *sed* διδοῖ ποιμένι ἐς τὰ ποίμνια, τρέφειν τροφὴν τοιήνδε, Tradidit pastori ad greges, *id est,* quos ille secum duceret ad greges, ibique aleret. *Satis vero per se perspicua ratio*

harum locutionum, τὰ ὄστεα ἀπάγουσι καὶ θάπτουσι ἐς ἕνα χῶρον, ii. 41. *f.* τὴν μὲν ἐς Λιβύην, τὴν δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο, ii. 56. *m.* τὰς πέδας ἀνεκρέμασαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν, v. 77. *m.* κατακρύπτειν ἐς κυψέλην, v. 92, 4. κατιστάναι τυραννίδας ἐς τὰς πόλεις, v. 92, 7. *f.* τεταγμένα ἐς τὸ πεζὸν, vii. 81. *a. quibus in locis omnibus nil opus est ut cum Porto* ἐς *pro* ἐν *poni statuamus, quamvis Latinus sermo in talibus sententiis præpositionem* In *cum Ablativo potius constructam, quam cum Accusativo, amet.*

Porro, quemadmodum ἐν πόλει *non semper* In urbe *significat, sed subinde etiam* Apud urbem, *sic* ἐς πόλιν *interdum non* In urbem *significat, sed nonnumquam* Ad, Prope urbem. *Sic,* ἐπεὶ ἀπίκοντο ἐς Μώμεμφιν πόλιν, συνέβαλον, ii. 169. *a.* ἐπεί τε ἀπίκατο ἐς Βάρκην, ἐπολιόρκεον τὴν πόλιν, iv. 200. *a.*

Denique satis notum est, ad præpositionem 'Es *subintelligendum subinde esse Accusativum* δόμον, οἶκον, ἱρὸν, *aut aliquem talem. Sic in istis:* φέρων ἐς σεωυτοῦ, i. 108. *f.* ἐλθὼν ἐς τοῦ Ἁρπάγου, i. 113. *m.* ἰέναι ἐς Ἀστυάγεος, i. 119. *a.* κατεκοίμισε (αὐτὸν) ἐς Ἀμφιάρεω, viii. 134. *m.* ἐς τοῦ Ἀμφιάρεω ἀνέθηκε, i. 92. *m. Et probi codd. dant* ἐς Δήμητρος, ii. 122. *f. ubi vulgo* ἐς ἱρὸν Δήμητρος.

Tropice dicta sunt talia, qualia ἐς τί ὑμῖν ταῦτα φαίνεται φέρειν; i. 120. *a. m. et,* τὰ τῶν ὀνειράτων ἐχόμενα τελέως ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται, ibid. *m. et* ἀποσκήψαντος τοῦ ἐνυπνίου ἐς φλαῦρον, ibid. *f.* αἱ Πολυκράτεος εὐτυχίαι ἐς τοῦτο ἐτελεύτησαν, iii. 125. *f.*

2. *Rarius* 'Es *adhibetur ubi de Personis agitur,* Ad *quas quis mittitur aut se confert.* ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τοὺς ἐξηγητέας, i. 78. *a.* ἔπεμπε ἀγγέλους ἐς τὰς συμμαχίας, *id est,* ἐς τοὺς συμμάχους, i. 81. *a.* ἀποπλεύσεσθαι ἐς τοὺς συγγενέας, iv. 147. *m.* ἐτράποντο ἐς τοὺς Παρωρεάτας, iv. 148. *f.* ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἕλληνας, Pervenit ad Græcos, viii. 8. *m. Sed* εἶπε ἐς πάντας τάδε *significat* Coram omnibus hæc dixit; *nempe,* Ita hæc dixit, ut verba ejus Ad omnium aures pervenirent, viii. 26. *f.*

3. *Frequenter* 'Es *ponitur ubi de Tempore agitur.* ἔτι καὶ ἐς τόδε, Ad hoc usque tempus etiam, vii. 123. *m. f.* καὶ ἔτι ἐς ἐμὲ, Ad meam etiam usque ætatem, i. 92. *a.* 93. *a. m.* iii. 97. *f.* (*ubi olim* ἐς ἐμεῦ *vitiose.*) v. 45. *f. et alibi.* ἐς τοῦτο—ἐς ὃ, Eo usque—donec, vii. 181. *a. Et nude* 'Es ὃ, (*subinde* ἐσὸ *una voce in libris nonnullis*) Donec, Usque dum, i. 93. *m.* 101. *f.* ii. 115. *f.* 118. *f.* 158. *f.* viii. 58. *f. Eadem formula Latine reddi nonnumquam commode potest* Ad extremum, Postremo, *ut* i. 98. *a.* 101. *m. f.* 196. *m.* 202. *m.* iv. 201. *a. m. Alium usum formulæ* 'Es ὃ *infra notamus sub num.* 5.

Sicuti pro ἐς ὃ *communi Græcorum sermone* ἕως οὗ *dicitur, quæ ipsa formula apud Nostrum quoque* ii. 144. *m. occurrit; sic alibi passim pro* ἐς ὃ *apud eumdem Nostrum* 'Es οὗ *scriptum reperitur, et sæpius quidem consentientibus libris, ut* ἐς οὗ δὴ Λίχης ἀνεῦρε, i. 67. *f.* (*ubi quidem invitis libris omnibus* ἐς τὸ *edidere Schæf. et Borh. Conf. Not. ad h. l. et Kœn. ad Gregor. Dial. Ion.* §. 63.) ἐς οὗ ἀποθάνωσι, iii. 31. *a. m. Alibi variant libri, et pro* ἐς οὗ *nonnulli* ἐς ὃ *vel* ἐσὸ *præferunt, ut* iv. 160. *et* 166. *et* 181. *f. ubi vide Var. Lect.* v. 51. *m. et* 56. *m. Est etiam ubi pro* ἐς οὗ *vel* ἐς ὃ *nonnulli* ἐς τ' *exhibent, ut* ἔς τ' ἐσέβαλον, iv. 12. *f. quod cum videri posset* ἔς τε ἐσέβαλον *valere, Kœnius l. c. sub illa scriptura latere* ἐς τὸ ἐσεβ. *statuit. Denique hanc ipsam formulam* 'Es τὸ, *pro* ἐς ὃ, *nos ipsi quoque cum Wess. tenuimus,* ii. 157. *ubi vide Var. Lect.*

'Es τὸ παρεὸν,—ἐς χρόνον, In præsens, —In posterum, vii. 29. *extr.* ix. 7. *m.* ἐς ὕστερον, v. 74. *f. pro quo una voce* ἐσύστερον *scribitur* v. 41. *a.* ἐς πέμπτον μῆνα συλλέγεσθαι, Ad quintum mensem, Quinto post mense, i. 77. *f.* ἐς τέλος, Ad extremum, Postremo. ἐς τέλος κακῶς ἐτελεύτησε, iii. 40. *f. N.* ἐς τὸ δέον, Ad (In) tempus opportunum, Tempore opportuno, ii. 173. *f. Sic et* ἐς καιρὸν, iv. 139. *m. Denique notemus constructionem hujusmodi,* ἡ βασιλῆος αἵρεσις ἐς τὴν ὑστεραίην τὴν Μαρδονίου ἐπιστρατηΐην δεκάμηνος ἦν, ix. 3. *extr. Conf.* Ὑστεραῖος.

4. *Usurpatur porro præpositio* 'Es *ubi agitur de Re, in qua Incrementum aliquod aut Decrementum, Plus aut Minus, habet locum, indicaturque* Terminus *vel* Gradus, Ad quem *illa pervenit. Et in hoc genere sæpius quidem adjicitur verbum* ἀνήκειν, *velut* ἀνήκειν ἐς τοσοῦτο, ἐς τὰ πρῶτα, ἐς τὰ μέγιστα *etc. cujus generis plura exempla supra, sub voce* Ἀνήκειν, *congessimus: verum etiam absque hoc verbo eidem usui præpositionis* 'Es *locus est.* ὀφθαλμῶντες ἐς τὸ ἔσχατον, (*nempe* ἐς τὰ μέγιστα τῆς ὀφθαλμίας ἀνήκοντες,) Ad extremum usque gradum, vii. 229. *a. ubi* ἐς τὸ μέγιστον *dabant alii.* τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα, viii. 144. *m.* τοῦτο τὸ ἱρὸν φυλάσσουσι ἐς τὰ μέγιστα, iv. 7. *a.* ἐόντα Θρασυβούλῳ ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα, Hospitio et amicitia quam maxime conjunctum, i. 20. *a.* Μίλητος νοσήσασα ἐς τὰ μάλιστα στάσι, v. 28. *b.* τιμωρητέον ἐς τὸ δυνατώτατον, vii. 168. *a.* ἐς τοῦτο τὸ οὖρος ὑπὸ Περσέων ἄρχεται, Usque ad hunc montem porrigitur Persarum imperium, iii. 97. *m. f.* ταῦτα ἐς το-

σοῦτο (In tantum, hactenus,) *παρεγύμνου*, viii. 19. *m.* *ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο*, viii. 125. *extr.* ix. 18. *extr.* viii. 107. *a.* *ἐς τρὶς*, Ad ter, non minus quam ter, i. 86. *m.* v. 105. *f.* (*conf. Hermanni ad Viger. Not.* 380.) *Eodem referendum videtur istud, ἐς τοιαῦτα εἰπόντι*, viii. 77. *f.* Usque ad talia (*id est*, Hæc ipsa talia, Hæc adeo talia, *nempe*, ita præcisa et perspicua) dicenti. *Referri huc potest formula ἐς ἀριθμὸν εἶπαι*, vii. 60. *a. ubi vide Not.*

5. *de Objecto, quod in scholis dicitur, id est, de Re vel Persona*, Circa *quam*, Cujus intuitu *aut* Cujus caussa (Adversus quam *vel* Proqua) *aliquid dicitur aut agitur.* *οὐδὲν μᾶλλον ἐς ἑωυτὸν λέγων, ἢ ἐς ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον*, i. 86. *m. f. quemadmodum Latine dicimus*, In aliquem aliquid dicere. *Sic φέρειν et ἔχειν ἐς τὶ aut ἔς τινα*, Aliquo spectare, Pertinere: *quarum formularum exempla vide in* "Εχειν *et* Φέρειν, *et in Not. ad* iii. 133, 9. *ἡ γνώμη ἀποδειχθεῖσα ἐς τὴν γέφυραν*, iv. 98. *a.* *πρῆγμα ἐς αὐτὸν γενόμενον*, Res quæ Circa illum (Quod ad illum adtinet, Ad illum spectans) accidit; *nempe* Aliquid quod ille partim fecit, partim passus est, i. 114. *a.* *τὸ πᾶν ἐς αὐτὸν ἐπεποιήκεε*, Omnia In illum (*id est*, Pro illo, Illius caussa, *nempe* Ad illum vitio corporis levandum) fecerat, i. 85. *a.* *τῷ πεποιημένῳ ἐς τὸν παῖδα τοῦτον ἔκαμνον*, Facinus in (Adversus) hunc puerum admissum dolui, i. 118. *m.* *ἡ ἔχθρη ἡ ἐς τὸν Δημάρητον*, vi. 65. *m.* *τιμωρίην ἐσομένην ἐς Ἀστυάγεα*, i. 123. *a.* *τά τοι* (*nempe τὸ φίλον εἶναι καὶ συνετὸν καὶ εὔνοον*) *ἔχω μαρτυρέειν ἐς πρήγματα τὰ ἐμὰ*, Adversus res meas, Quod ad res meas adtinet, v. 24. *f.* *ἐς ἀριθμὸν οὐκ ἔχω εἶπαι τὸ ἀτρεκὲς*, Quod ad numerum spectat, non possum adcurate dicere, vii. 60. *a. Not.* *ἤκουον εὖ ἐς δικαιοσύνην*, *Vita Hom.* 7. *m.* *pro quo δικαιοσύνης πέρι dicit Noster* vi. 85. *m.*

Eodem referendus est usus, qui subinde obtinet, formulæ 'Ες ὃ, *diversus ab illo usu quem supra* (*num.* 2.) *observavimus. Scilicet, sicut ἐς τοιάδε πρήγματα ἐμβλέψας* viii. 77. *a. significat* Res tales respiciens, intuens; *sic etiam nuda formula* 'Ες ὃ, *elliptica quadam ratione, significat* Quo respectu, Quo intuitu, *et* (*quæ notio cum hac conjuncta est*) Qua caussa, Quapropter. *ἐς ὃ* (*scil.* *ἐμβλέψας*) *μετῆκε αὐτὸν*, Quo respiciens, *id est*, Quapropter, Quocirca, seposuit hanc famam nec illa usus est, ii. 116. *a. N.* *ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην*, Quo respectu, Quapropter, pœna ei inflicta est, i. 115. *f.* *Eodem pertinere videtur locus, quem supra* (*n.* 1.) *adtigimus*, *ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι*, viii. 60, 1. *m.* *ubi, verum si quæris, non ad ἐς ὃ intelligi debebit ναυμαχεῖν aut ναυμαχήσοντας, sed ad ἥκιστα σύμφορόν ἐστι ex superiori oratione intelligitur τὸ ἀναζεῦξαι τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμὸν, et ἐς ὃ significat* Quo respectu, Qua caussa, Quapropter. *Scilicet duas caussas adfert Themistocles, cur* non expediat Græcis ut ad Isthmum promoveantur naves; *altera caussa est*, quoniam, *si id fieret*, prælium faciendum esset in aperto mari; *altera*, (*τοῦτο δὲ*) quia sic perderentur Salamis, Megara et Ægina.

6. *Ubi agitur de usu cui aliquid inservit, aut de Fructu quem ex eo, quod instituimus, capere cupimus.* *πάντα τοῖσι χρέονται ἐς πόλεμον οἱ ἄνθρωποι*, i. 34. *f.* *ἡ Ἄνθυλλα πόλις ἐς ὑποδήματα δίδοται τοῦ βασιλεύοντος τῇ γυναικὶ*, Datur reginæ In (Ad) calceamenta, *id est*, Ex cujus reditibus illa sibi calceamenta compararet, ii. 98. *a.* *κατεστρέψατο αὐτοὺς ἐς φόρου ἀπαγωγὴν*, subegit illos In hoc (Ad hoc) ut tributum ipsi penderent; *nempe, non ut etiam alia ratione imperio illius parerent*, i. 6. *m.* 27. *a.* ii. 182. *extr. N.*

7. *Omittitur* 'Ες *præpositio ubi de Divisione vel Distributione* In partes *agitur.* *τρεῖς μοίρας*, (*non, ἐς τρεῖς μοίρας*) *ἐδάσατο τὸν στρατὸν*, vii. 121. *m. ubi vide Var. Lect. et Not.* *Sic δυώδεκα* (*pro olim vulgato ἐς δυωδ.*) *μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν veteres libri dederunt* ii. 147. *m. et σφέας αὐτοὺς ἓξ μοίρας διεῖλον*, iv. 148. *f.*

'Εσαγγελεὺς, έος, ὁ, Internuncius, Qui cupientes regem adire intro nunciat. *παριέναι ἐς τὰ βασιλήϊα ἄνευ ἐσαγγελέος*, iii. 84. *a.* *pro quo est ἄνευ ἀγγέλου*, iii. 118. *m.*

'Εσαγγέλλειν τινὰ, Aliquem intro nunciare, Adventum alicujus significare *regi*, iii. 118. *a.*

'Εσάγειν, Introducere, Ducere ad *aliquem, vel* in *aliquem locum.* *ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλέας*, i. 196. *a.* *τὸν ποταμὸν διώρυχι ἐσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην*, i. 191. *m.* *ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἐσάγαγε γυναῖκα*, Aliam præter hanc Duc uxorem, v. 40. *f.* *Passiv.* *τὰ περὶ τὸν Διόνυσον—νεωστὶ ἐσαγμένα*, Nuper Introducta, invecta, ii. 49. *f.*

Medium: *ἄλλην ἐσαγαγέσθαι γυναῖκα*, v. 39. *f.* *τὴν τρίτην ἐσηγάγετο γυναῖκα*, vi. 63. *a.* *Ὀτάνης εἰσάγεται Ἰνταφέρνεα*, iii. 70. *m. ubi in Lat. vers. pro eo quod nos posuimus*, Proposuit, *revocatam velim Vallæ aliorumque interpretationem*, Adscivit sibi; *valet enim h. l. Græcum verbum idem atque paulo ante positum προσεταιρίσασθαι, nec opus est ut in hanc sententiam ἐπάγεται corrigatur, quod Valckenario placuit. Illud singulare est, quod h. l. libri omnes quod sciam, in εἰσαγ. consentiant, quum alibi constanter ἐς pro εἰς usurpet Noster.* *σῖτα καὶ ποτὰ τὸ τεῖχος*

ἐσάξαντο, idem quod ἄξαντο (vel ἐσάξαντο) ἐς τὸ τεῖχος, Intra murum comportarunt, Invexerunt, v. 34. *a. nisi verba* τὸ τεῖχος, καὶ τὸ τεῖχος, *vel* τεῖχος, *in quibus variant libri, aut prorsus temere huc intrusa aut ex nescio qua alia scriptura corrupta sunt. Vide Var. Lect. et Not. et conf.* Προεσάγειν.

['Εσαΐειν. ἐσαΐοντες *pro* ἐπαΐοντες *citatur ex ms. Arch.* iii. 29. *a.*]

'Εσακοντίζειν, Jacula *in aliquem* conjicere. περιστάντες τὸ θηρίον ἐσηκόντιζον, i. 43. *m.* ἐσινέοντο τὴν στρατιὴν, ἐσακοντίζοντές τε (*i. e.* ἀκοντίζοντες ἐς αὐτὴν) καὶ τοξεύοντες, ix. 49. *a. m. Conf.* 'Ακοντίζειν.

'Εσακούειν τινι, Audire aliquem, *nempe* Obtemperare, Morem ei gerere. ὥς οἱ ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουσε, i. 214. *a.* ὥς οἱ οὐδὲ οὕτω ἐσήκουον, vi. 86. *extr. Et omisso Dativo:* ἤν περ ἐθέλητε ἐσακούειν, iv. 133. *a.* ἀλλ' ἐσακούσατε, ix. 9. *f. Cum Accus. rei:* ὥστε καὶ ταῦτα ἐσακούειν, *scil.* ἡμῖν, Ut in hoc etiam nobis morem gesturi (gratum nobis facturi, preces nostras exauditurі) sitis, ix. 60. *extr.*

'Εσάπαξ, Semel. δωρέεται (αὐτὸν) χρυσῷ, τὸν ἂν δύνηται τῷ ἑωυτοῦ σώματι ἐξενείκασθαι ἐσάπαξ, vi. 125. *m.*

'Εσαπικνέεσθαι, *cum Dativo*, Pervenire in *regionem.* τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι, i. 1. *a.*

'Εσαράσσειν, Cum impetu propellere in *aliquem locum.* ἐσαράξαντές σφεας ἐς τὰς νέας, Quum illos in naves compulissent, v. 116. *b.* ἐσαράξαντες τὴν ἵππον, *nempe* ἐς τὸ πεζὸν, Postquam equitatum repulerunt usque ad peditatum, iv. 128. *f.*

'Εσβαίνειν, *vide in* 'Εμβαίνειν.

'Εσβάλλειν, 1. *transitive cum Accus.* Injicere, Immittere; *præsertim*, Immittere exercitum in regionem aliquam hostili animo, Invadere, Irrumpere. ἐσέβαλε ἐς τὴν Μιλησίην τὴν στρατιὴν, i. 17. *a.* 18. *a.* ἐς 'Ελευσῖνα ἄγων τοὺς Πελοποννησίους ἐσέβαλε, v. 76. *f. ubi* τοὺς Πελοπ. *perinde et ad* ἄγων *et ad* ἐσέβαλε *referri potest.*

2. *Eadem notione* ἐσβάλλειν *plerumque absque Accusativo, veluti Intransitive, ponitur.* ἐς Κλαζομένας ἐσέβαλε, i. 16. *b.* ἐς Μίλητον, i. 15. *m. Sic* i. 17. *f. et passim alibi, ubi subintelligi Accusativus* τὴν στρατιὴν *potest. Subinde vero etiam subintelligendo Accusativo nullus est locus, ut* στόλῳ μεγάλῳ ἐσέβαλε ἐς τὴν 'Ελευσῖνα, v. 74. *m.* ἰδόντες στρατὸν ἐς τὴν χώρην ἐσβεβληκότα, vi. 16. *f.* τοῖσι ἐσβαλοῦσι ἐς τὴν 'Αττικὴν, v. 64. *a.* ἐσβαλόντες πανστρατιῇ, viii. 27. *a.* ἐσβαλοῦσαν ἐς τὴν χώρην ἵππον, viii. 28. *a.* (*Conf.* Συνεσβάλλειν.) *Est ubi diserte adjicitur*, Hostili animo Belli inferendi caussa, *fieri* τὴν ἐσβολήν: *sic ait* ἐπὶ πολέμῳ ἐσβαλόντες (ἐς τὴν 'Αττικὴν), v. 76. *a. Nam subinde* ἐσβάλλειν *dicitur is qui* Nullo hostili animo Ingreditur *regionem. Sic* vi. 16. *a.* ἐσέβαλον ἐς τὴν 'Εφεσίην, Ingressi sunt (*non* Hostili consilio invaserunt) fines Ephesiorum. *Sic Xerxes e Perside Sardes iter faciens*, ἐκ Φρυγίης ἐσέβαλε ἐς τὴν Λυδίην, vii. 31. *a.*

3. *Fluvius dicitur* ἐσβάλλειν τὸ ῥέεθρον, Undam suam Immittere, Infundere, *in alium fluvium.* ἐσβάλλει οὗτος ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον, i. 179. *f. Et subintellecto, certe omisso isto Accusativo:* ἐσβάλλουσι ἐς τὸν Ἴστρον, iv. 48. *f. et* 49. *a.* (*idem quod* συμμίσγονται *et* ἐσδιδοῦσι, ibid.) *Rursus* ἐσβάλλει ἐς πεδίον— καὶ ἐς ποταμὸν Βρόγγον, ὁ δὲ Βρόγγος ἐς τὸν Ἴστρον, iv. 49. *m.* ἐς Τάναϊν ἄλλος ποταμὸς ἐσβάλλει, iv. 57.

4. *Verbum Medium notione activa legitur* vi. 95. *m.* ἐσβαλόμενοι τοὺς ἵππους (Postquam equos Imposuerunt) ἐς ταύτας, *nempe* ἐς τὰς ἱππαγωγοὺς νέας.

'Εσβιβάζειν, Imponere; *proprie*, Intrare (*vel* Adscendere) facere. ταύτην τὴν γυναῖκα ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες, i. 60. *f.* τὸν πεζὸν στρατὸν ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας, vi. 95. *m.*

'Εσβολὴ, ῆς, ἡ, 1. Invasio, Incursio, vi. 92. *a. m.* (*Conf.* ἐσβάλλειν.) *Sic* διὰ τὴν ἐς Σάρδις ἐσβολὴν, vii. 1. *a.*

2. Introitus, *præsertim* Fauces per quas ex una regione in aliam Introitus patet. ἐσβολὴ ἐξ οὐρέων στεινῶν ἐς τὸ πεδίον, ii. 75. *m.* δεῖ φυλάσσεσθαι τὴν ἐσβολὴν τὴν 'Ολυμπικὴν, vii. 172. *m.* 173. *a.* τὴν ἐσβολὴν ἥπερ ἐκ τῆς Μακεδονίης ἐς Θεσσαλίην φέρει, ibid. καὶ ἄλλην ἐοῦσαν ἐσβολὴν ἐς Θεσσαλοὺς, vii. 173. *f. Sic* ἡ ἐν Θερμοπύλῃσι ἐσβολὴ, vii. 175. *a. et f.* 207. *a.* viii. 15. *f. et passim alibi; item in plurali*, κατὰ ταύτας τὰς ἐσβολὰς, vii. 176. *m.*

'Εσδέκεσθαι, (*Ion. pro* ἐσδέχεσθαι) Recipere. μηδαμοὺς ἐσδέξασθαι ἐς τὸ ἱρὸν, Nullos recipere in templi communionem, i. 144. *a.* 145. *a.*

'Εσδιδόναι, *de Fluvio, i. q.* ἐσβάλλειν, Influere. *Sic* οὗτοι (οἱ ποταμοὶ) ἐσδιδοῦσι ἐς αὐτὸν *dant probi codd.* iv. 49. *f. idque receptum malim loco vulgati* ἐκδιδοῦσι, *quod ex scholio invectum videtur. Sic quidem mox cap.* 50. *a. exhibent libri omnes* ἐς τοῦτον οὐδὲ ποταμὸς οὐδὲ κρήνη οὐδεμίη ἐσδιδοῦσα: *et* ibid. *paulo post*, ἡ χιὼν τηκομένη ἐσδικοῖ ἐς τὸν Ἴστρον.

'Εσδύνειν *vel* 'Εσδῦναι, Irrepere, Subire, Intrare. ἐσδύντα, *scil.* ἐς τὸν θησαυρὸν τοῦ βασιλῆος, ii. 121, 2. *f. ubi paulo ante ait* ἐνδύντος τοῦ ἑτέρου. *Metaphorice*, δεινόν τι ἐσέδυνε σφίσι, Obrepit eis (Incessit eos) metus, vi. 138. *m. N.*

Medium, eadem notione. ἡ ἀνθρώπου

ψυχὴ, τοῦ σώματος καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται, Intrat, Irrepit, Subit, in aliud corpus quod eo ipso tempore nascitur, ii. 123. *m. Conf.* 'Εσιέναι *et* 'Εσέρχεσθαι.

'Εσεργνῦναι, *i. q.* εἰσείργειν, Includere. ἐσεργνῦναι τὸν νεκρὸν, Includere cadaver *in capsa lignea*, ii. 86. *f.*

'Εσέρχεσθαι, *metaphorice, de eo quod subit* animum *vel* memoriam nostram. *Cum Dativo:* Κροίσῳ ἐσελθεῖν τὸ τοῦ Σόλωνος, i. 86. *m.* αὐτῷ Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἶκτόν τινα, iii. 14. *f. Item cum Accusat.* τὸν δὲ ἐσῆλθε (Subiit illius mentem cogitatio) θεῖον εἶναι τὸ πρῆγμα, iii. 42. *f.* τὸν Κροῖσον γέλως ἐσῆλθε, vi. 125. *f.* ἐσῆλθέ με κατοικτεῖραι, vii. 46. *a. m. ubi olim* ἐπῆλθε. (*vide Not.*) τὸν δὲ ἐσῆλθε ὡς εἴη τέρας, viii. 137. *m. Conf.* 'Επέρχεσθαι, 'Εσδύνειν, *et* 'Εσιέναι.

'Εσέχειν, *idem quod* ἔχειν ἐς, *quatenus* ἔχειν *significat* Tendere, Vergere aliquo. κόλπος θαλάσσης, ἐσέχων (*nempe* ἐς τὴν 'Αραβίην χώρην) ἐκ τῆς 'Ερυθρῆς θαλάσσης, Sinus maris ex Erythræo mari in *Arabiam* Tendens, Pertinens, Porrectus, Intrans, ii. 11. *a. N. et mox ibidem,* τὸν μὲν ἐκ τῆς βορηΐης θαλάσσης κόλπον ἐσέχοντα ἐπὶ Αἰθιοπίης, τὸν δὲ ἐκ τῆς νοτίης φέροντα ἐπὶ Συρίης. *Vide ibi Var. Lect.* ἐσέχει (ἡ διώρυξ) ἐς τὴν 'Ερυθρὴν θάλασσαν, Fossa (*ex Nilo ducta*) tendit et pertinet ad Erythræum mare, ii. 158. *a. ubi paulo ante Eadem fossa* ἐς τὴν 'Ερυθρὴν θάλασσαν φέρουσα *dicebatur.* ἡ διώρυξ ἐσέχει ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω, ἐς τὸν Τίγριν, Fossa ex Euphrate usque ad Tigrim pertinet, in Tigrim intrat, influit, i. 193. *a.* ἦν κατὰ τὴν καπνοδόκην ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος, Solis lumen per caminum Intravit, Incidit in domum, viii. 137. *m. f.* θάλαμος ἐσέχων ἐς τὸν ἀνδρεῶνα, Cubiculum pertinens ad (ferens in) conclave virorum; contiguum ei ita, ut ex uno in alterum introitus pateret, iii. 78. *m.*

'Εσηθέειν, Per clysterem intromittere, ingerere. κατὰ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες τὸ ἀπὸ κέδρου ἄλειφαρ, Postquam per anum ingesserunt oleum cedrinum, ii. 87. *a. ubi confer quæ præcedunt et quæ mox sequuntur.*

'Εσθέειν, *inusitatum verbum; unde Particip. pass.* 'Εσθημένος, Vestitus, Indutus. παρῆγον (αὐτὸν) ῥάκεσι ἐσθημένον, iii. 129. *extr.* ἄνδρας ταύτην (ἐσθῆτα) ἐσθημένους, vi. 112. *f.*

'Εσθὴς, ῆτος, ἡ, Vestis, Vestimentum, *collective* Vestes. κοσμήσας (τὴν παῖδα) ἐσθῆτί τε καὶ χρυσῷ, iii. 1. *m.* iv. 203. *f.* πλεῖστόν σφεας ἐδηλέετο ἡ ἐσθὴς, ix. 63. *f.* τὰ (*Ion. pro* ἃ) ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, iii. 66. *a. Conf. Indicem Rer. voce* Vestes.

'Εσιέναι, *a præs.* ἔσειμι, Ingredi, Intrare. ἐπὶ δεξιὰ ἐσιόντι, i. 51. *a.* ἐσιέναι ἤθελε, iii. 118. *m. Metaphorice,* Inire Magistratum. *Sic* ὁ ἐσιὼν, *scil.* τὴν ἀρχὴν *vel* τὴν βασιληΐην, vi. 59. *Item de eo quod* Subit animum *alicujus.* τὸν 'Αστυάγεα ἐσήιε ἀνάγνωσις αὐτοῦ, i. 116. *a. N.*

'Εσιέναι, *a præs.* ἐσίημι, Intromittere. ἐσῆκε τοὺς Πέρσας ἐς τὸ τεῖχος, iii. 158. *m.* ἐς τὴν (λίμνην) ποταμοὶ δύο ἐσιεῖσι τὸ ὕδωρ, vii. 109. *m.* τὴν κεδρίην ἐσῆκαν (ἐς τὴν κοιλίην) ii. 87. *m.*

'Εσικνέεσθαι, Intro pervenire, Penetrare. ἐσικνέεται καταγνάφων, iii. 108. *f. Conf.* 'Επικνέεσθαι.

'Εσίπτασθαι, Advolare, Pervolare. φήμη ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατόπεδον ἅπαν, ix. 100. *a.* ἡ κληδὼν αὕτη σφι ἐσέπτατο, ix. 101. *f.*

'Εσκαταβαίνειν, Intro descendere. ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει, v. 92, 5. *m. in Orac.*

Ἔσκε, *Ion. pro* ἦν, *vide in* Εἶναι, Esse.

'Εσκύπτειν, *vide supra in* 'Εγκύπτειν.

Ἔσοδος, ου, ἡ, Aditus, Introitus. ἀγχοῦ τῆς ἐσόδου, i. 9. *f.* ἑστᾶσι τοῦ ἱροῦ ἐν τῇ ἐσόδῳ, ii. 63. *a.* οἴκημα οὐδὲ ἔσοδον οὐδὲ ἔκδυσιν οὐδεμίην ἔχον, ii. 121, 3. *a. et sic sæpius. Item* Facultas intrandi. ἔσοδον (αὐτοῖς) εἶναι παρὰ βασιλῆα, iii. 118. *a.*

'Εσοικέειν, Habitatum immigrare. ἐσοικέειν (*nempe* τὴν Ναύκρατιν *vel* ἐς τὴν Ναυκρ.) *pro vulgato simplici* οἰκέειν, *commode exhibet cod. Pass.* ii. 178. *a.*

'Εσοικίζειν, In coloniam deducere. ἐς τὴν Κρήτην λέγουσι ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους καὶ Ἕλληνας, vii. 171. *a.*

'Εσόπτεσθαι, Conspicere. μὴ ἐσόψεται ἰόντα διὰ θυρέων *dant probi nonnulli codices* i. 9. *extr. pro vulgato* μή σε ὄψεται *etc.*

Ἔσοπτος, Conspicuus. τὸ ἱρὸν ἔσοπτόν ἐστι, ii. 138. *m. idem quod paulo ante dicebat* κατορᾶται πάντοθεν.

'Εσορᾷν *vel* 'Εσορέειν, Inspicere. ἐσορέωντες ἐς τὴν μαντικὴν, Inspicientes divinationem, *i. e.* divinatorias sortes, iv. 68. *m. f. pro vulgato* ἑώρεον *vel* ἑώρων, v. 91. *a. codex noster Flor.* ἐσώρεων *præfert.*

'Εσπλεῖν, Intro navigare. τὰ ἐπ' ἀριστερὰ (*scil.* ἐόντα) ἐσπλέοντι τοῦ 'Ελλησπόντου, vi. 33. *a.*

[Ἕσσον *vide in* Ἕσσων.]

'Εσσοῦν, (*i. q. comm.* ἡσσᾷν *vel* ἡττᾷν) Vincere, Superare; *proprie,* Inferiorem reddere, *nonnisi in Passivo occurrit apud Nostrum.* ἑσσοῦσθαι, ii. 122. *a.* ἑσσοῦνται ὑπὸ τῶν Μηδικῶν, iii. 106. *m. ubi vide Var. Lect.* ἑσσούμενος, v. 66. *m.* v. 70. *a. ubi* ὁρῶντες οἱ ἕτεροι ἑσσουμένους τοὺς σφετέρους, i. 82. *a. m. ubi perperam* ἑσσωμ. *olim edd.* τῷ πολέμῳ ἑσσοῦντο, i. 67. *a. ubi olim* ἑσσῶντο *edd. contra plerorumque vett. librorum fidem. Particip. præt. pass.* περὶ τῶν ἑσσωμένων, vii. 9, 2. *a.* ἑσσωμέ-

νοι ἔσαν τῷ θυμῷ, Fracti animis erant, viii. 130. *f. Aorist.* ἑσσώθη *et* ἑσσώθησαν, ii. 169. *a.* iii. 45. *m.* 83. *a. et frequenter alibi. Similiter* ἑσσωθῆναι *et* ἑσσωθέντες *non minus frequenter, veluti* ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ, Prælio superati, v. 46. *a.* vi. 9. *f.* 108. *f.* ἑσσωθέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κύρου, Prudentia superati a Cyro, ix. 122. *extr. Subjunct.* οὐ γὰρ ἔδεισα μὴ ἑσσωθέωμεν ὑπὸ Σκυθέων μάχῃ, iv. 97. *m.*

Ἕσσων, (*i. q. comm.* ἥσσων, *vel* ἥττων) Inferior. ἕσσονες εἶναι τῇ ναυμαχίῃ, Impares esse committendo prælio navali, v. 86. *a.* (οἱ Μῆδοι) ῥώμῃ ἕσσονες ἔσαν τῶν Περσέων, viii. 113. *f.* λήματι καὶ ῥώμῃ οὐκ ἕσσονες, ix. 62. *m. f.*

Sed communem vocabuli formam ἥσσων *tenent veteres libri omnes* ix. 111. *f. ubi* ἀνὴρ ἐμεῦ οὐδὲν ἥσσων, *pro quo quidem* ἕσσων *posuerunt Schæf. et Borh.*

Adverbium vero Ἧσσον *constanter sic per* η *scriptum reperitur apud Nostrum,* i. 170. *a. et f.* ii. 6. *m.* iii. 9. *a. m. Unus Schæf. sua auctoritate* Ἕσσον *edidit.*

Ἔς τε, Donec, Usque dum. τῇδε μενέομεν ἔς τ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν, vii. 141. *m.* ἔς τ' ἂν διαπολεμήσωμεν, vii. 158. *f. Sed, pro* ἔς τ' ἐσέβαλον, *quod libri nonnulli* iv. 12. *f. præferunt, alii rectius* ἐς ὃ *aut* ἐς οὗ *dederunt.*

Ἑστιᾶν, Convivio excipere. *Sicut Ionicas formas* ἱστίη, *pro comm.* ἑστία, *et* ἱστιητόριον, *et* ἐπίστιος, *usurpat Herodotus, sic et pro* Ἑστιᾶν *exspectari* Ἱστιᾶν *poterat. Quare pro vulgato* εἱστία (*tert. pers. imperf.*) vii. 135. *a. rectius fortasse factum fuerat, si cum Schæfero* ἱστία *recepissem, quod probi nonnulli codices (probante etiam Wesselingio) offerebant. Sic vero etiam pro* εἱστιῆσθαι (*præt. infinit. pass.*) v. 20. *m. recipi* ἱστιῆσθαι *debuerat, quod ibi in eorumdem codicum scriptura* ἠστιῆσθαι *latere videtur. Erat vero etiam* ἑστίη (*nomen substant.*) *olim editum* vi. 86, 4. *pro* ἱστίη, *quod meliores quique codd. dederunt.*

Ἐστοξεύειν, Sagittas ex arcubus immittere in hostem. ἐσακοντίζοντες καὶ ἐστοξεύοντες *ed. Schæf. et Borh. ex codd. Arch. et Vind.* ix. 49. *a. ubi* ἐς *ex scholio adjectum nobis videbatur, tenuimusque cum aliis simplex* τοξεύοντες.

Ἐσύστερον, *vel* Ἐς ὕστερον, v. 41. *a. non valet* In Posterum, *sed i. q. nudum* ὕστερον, Posteriori loco; *nam opponuntur ibi* ἡ ἐσύστερον ἐπελθοῦσα γυνὴ *et* ἡ προτέρη γυνή.

Ἐσφέρειν, Inferre, Introferre. τὰς ἀγγελίας ἐσφέρειν, i. 114. *a. N.* iii. 77. *m.* τὰ ἄλλα ἐς τὠυτὸ ἐσήνεικαν τοῖσι Ἕλλησι, Reliqua in eumdem locum, quo Græci, contulerunt, ix. 70. *m. f. Metaphor.* ταύτην τὴν γνώμην ἐσέφερε, Hanc sententiam in medium contulit, Proposuit, Dixit, iii. 80. *f.* 81. *f.*

Passiv. ἐσενειχθέντος σιδηρίου, Quum illatum fuisset instrumentum aliquod ferreum, ix. 37. *a. m.* σῖτόν σφι ἐσενεῖχθαι πολλὸν, ix. 41. *a. m.*

Ἐσχατιὴ, ῆς, ἡ, Extremitas. αἱ ἐσχατιαὶ, Extrema finium, Extremi fines. αἱ ἐσχατιαὶ τῆς οἰκουμένης, iii. 106. *a.*

Ἔσχατος, Extremus. ἐσχάτη τῶν οἰκουμένων, iii. 106. *a.* διεκαρτέρεε ἐς τὸ ἔσχατον, Ad extremum usque duravit, vii. 107. *m.* ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ ἀπιγμένοι, viii. 52. *m.* τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ, i. 22. *m.* ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα, Ab una Extremitate ad alteram, vii. 100. *a.*

Ἐσχέειν, Infundere. *Perperam ed. Gron. cum pluribus msstis* κόλπον ἐσχέοντα ἐπὶ Αἰθιοπίης, ii. 11. *m.* (*quasi intransitive aut reciproce accipi posset hoc verbum*) *ubi verum erat* ἐσέχοντα.

Passiv. Effuse, (Catervatim) Intrare, Irruere. ἐσεχέοντο οἱ Ἕλληνες ἐς τὸ τεῖχος, ix. 70. *m.*

Θῶκος, ου, ὁ, Consessus. καί τις οἱ—ἐν θώκῳ κατημένῳ μετὰ τῶν ἐφόρων, vi. 63. *a.* *N.* *Sed etiam (et quidem primitiva notione)* Sella, *sive potius* Sedile, Subsellium, in quo pluribus locus est. κατημένου ἐν θώκῳ, ἐλθόντες οἱ παρίζοντο, ix. 94. *a.* θῶκοι ἀμπαυστήριοι, Sedilia in quibus requiescere possis, i. 181. *m. f.* *Hesychius:* Θῶκος· καθέδρα, θρόνος, σύλλογος.

Θῶμα, ατος, τὸ, *i. q.* θῶυμα *et comm.* θαῦμα, Miraculum, Res mira. μέγιστον θῶμα ἐρέω τοῖσι μὴ ἀποδεχομένοισι *etc.* v. 43. *m. ubi alii* θῶυμα, *alii* θαῦμα, *vulgo* θώϋμα *edd.* θῶμά μοι καὶ τοῦτο γέγονε, vii. 153. *f. ubi quidem iterum* θώϋμα *vulgo edebatur contra librorum præscriptum.* ἐν θώματι ἐγένοντο *dedere codd. Arch. et F.* vii. 218. *a.* ἐν θώματι ἔσκον *cod. F.* iv. 129. *f.* *et* θῶμα μέγιστον ἐρέω, ibid. *a.* *Conf.* Θῶυμα.

Θωμάζειν, *vide* Θωυμάζειν.

Θώμιγξ, ιγγος, ὁ, Funis, Funiculus. στέφανον περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἔχουσαι θώμιγγος, i. 199. *a.* *N.*

[Θωπεία, Assentatio, *vide in* Θώψ.]

Θωρηκοφόρος, ὁ, ἡ, Thorace armatus, vii. 89. *f.* 92. *a.* viii. 113. *m.*

Θώρηξ, ηκος, ὁ, *comm.* θώραξ, Thorax, Lorica. ἐντὸς θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτὸν, κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος κιθῶνα φοινίκεον ἐνδεδύκεε, ix. 22. *m.* ἐκ τοῦ ζωστῆρος τοῦ θώρηκος ἐφόρεε χαλκέῃ ἁλύσι δεδεμένην ἄγκυραν, ix. 74. *a.* θώρηξ λίνεος, ζώων ἐνυφασμένων συχνῶν *etc. memoratur* iii. 47. *m. et f.*

Θώρηξ *etiam de* Munimento et Muro urbis *dicitur.* τοῦτο μὲν δὴ τὸ τεῖχος θώρηξ ἐστὶ, ἕτερον δὲ ἔσωθεν τεῖχος περιθεῖ—στεινότερον, i. 181. *a.* *Qui locus, minus commode in Latina nostra versione ex-*

pressus, sic reddendus erat: Ille igitur, quem dixi, murus munimentum urbis est, (*nempe* munimentum exterius, *quod urbem adversus molimina extrinsecus ab hoste suscepta tuetur,*) intra urbem vero (*sive,* et intra urbem, *nam* δὲ *particula hic non habet utique vim adversativam*) alius circumcurrit (circumductus est) murus—minorem habens latitudinem. *Videri poterat turbatus nonnihil ordo rationis, et verba ista parum commodo loco inserta poterant videri, sed curatius si spectes, rite omnia succedere videbis. Scilicet cap.* 179. *describebatur* major ille *et stupendæ mensuræ* murus, *extrinsecus circa urbem circumductus; dein cap.* 180. *describitur* minor murus (αἱμασιὴ) *intra urbem ripam utramque prætexens fluvii qui medium urbem perfluit, eamque in duas regiones dividit. Nunc cap.* 181. *priusquam exponat quid in utraque harum regionum maxime memorabile insit, veluti in transitu, suo more, brevibus verbis ea repetit quæ duobus superioribus capitibus uberius exposuerat. Herodotus igitur* totum *illum majorem* murum θώρηκα *vocat, haud sane incommode; quippe qui urbem, veluti* lorica *hominem, protegat ac tueatur. Apud Cassium vero Dionem, in descriptione urbis Byzantiorum,* (*lib.* lxxiv. *cap.* 10.) θώραξ *dicitur* pars quædam muri, *nec id quidem absurde. Scilicet* Murus urbis, *qui in insignem quamdam latitudinem patere dicitur non* totus *esse* lapideus *intelligitur; sed adgestus agger, qui extrinsecus muro lapideo vestitus et munitus est, pars muri esse censetur; cujus respectu altera pars, ex lapidum (sive nativorum sive coctilium) compage exstructa, rite* θώραξ τοῦ τείχεος *vocatur.*

Θὼς, ωὸς, ὁ, Bestia Libyca, *de genere vulpino,* κριοὶ ἄγριοι, καὶ δίκτυες, καὶ θῶες καὶ πάνθηρες, iv. 192. *a.*

Θῶυμα, ατος, τὸ, *pro quo subinde* θῶμα, (*quod vide*) *i. q. comm.* θαῦμα. *Vulgo* θώϋμα *edebatur, sicut et* θωϋμάζω, *et alia hujusmodi, cum punctis diæreticis, quæ ignorant libri veteres. Vide Var. Lect. in Proœm. lib.* i. *lin.* 3. *tum lib.* i. *cap.* 68, 5. *et* 8. ii. 148, 28. iii. 113, 1. *et* 3. *et passim alibi.* 1. Miraculum, Res mira, admiranda. τῷ λέγουσι θῶυμα (θῶμα *ms. F.*) μέγιστον παραστῆναι, i. 23. *a.* θώυματα Λυδίη οὐ μάλα ἔχει, i. 93. *a.* θῶυμα *vel* θῶμα μυρίον (μέζον, μέγιστον) παρέχεται, ii. 148. *m. f.* 149. *a.* 155. *f.* θῶυμα μέγα εἶδον (*sive* ἴδον), iii. 12. *a.* θῶυμα γὰρ καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, viii. 37. *m. Et cum Dativo personæ:* τόδε θῶμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται ὑπὸ Θηβαίων, Hoc, quod maxime mirum mihi videtur, accidisse narrant Thebani, viii. 135. *a.* θῶυμα ποιεύμενος τὴν ἐργασίην *etc.* Pro miraculo (*vel* re mira) habens, Miratus, i. 68. *a. Sic* θῶυμα (*vel* θῶμα) ποιεύμενος τὴν τοῦ Εὐρυβ. ἀβουλίην, viii. 74. *m. Et* Ἀρταβάζου θῶμα (*s.* θῶυμα) ἐποιεύμην τὸ καταῤῥωδῆσαι, ix. 58. *m. ubi naturalis series orationis sic concipienda,* θῶυμα ἐποιεύμην τὸ ἀῤῥωδῆσαι τοῦ Ἀρταβάζου. *Reperitur quidem formula* θῶυμα ποιεῖσθαι *etiam cum Genitivo casu constructa, sed nimirum cum Genitivo participii:* τῆς (Ἀρτεμισίης) μάλιστα θῶμα ποιεῦμαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατευσαμένης, vii. 99. *a. Videri poterat eadem formula etiam cum præpos.* περὶ *alicubi constructa:* θῶυμα ποιευμένων τῶν κατασκόπων περὶ τῶν ἐτέων, iii. 23. *a. sed ibi haud dubie intelligendum* θῶυμα ποιευμένων τὸ περὶ τῶν ἐτέων λεχθέν.

2. Miratio, Admiratio, Obstupescere. ἐν θώυματι ἦν ὁρέων τὸ ποιεόμενον, i. 68. *a. Sic* ἐν θώματι (*vel* θώυματι) ἔσαν, iv. 111. *a.* ἐν θώυμ. ἔσκον, iv. 129. *f.* ἐν θώυμ. γενέσθαι, iii. 3. *f.* vii. 218. *a. m.* ἐν θώυμ. ἔχεσθαι ἀκούοντας, viii. 135. *m. f.* ἐν θώυματι μεγάλῳ ἐνέσχετο, vii. 128. *f. Et cum Genitivo rei:* τοὺς δὲ ἐν θώματι μεγάλῳ ἐνέχεσθαι τῆς τόλμης, ix. 37. *m.*

Auctor Vitæ Homeri *frequentat formulam* ἐν θώυματι ἔχειν τινὰ, Mirari, Admiratione prosequi, cap. 12. *b.* 29. *f.* 34. *f.*

Θωυμάζειν, *et* Θωμάζειν, (*comm.* θαυμάζειν) Mirari, Admirari. *Vulgo in editis libris diphthongus* ωυ *impositis punctis diæreticis dirimitur, quæ ignorant mssti.* (*vide supra in* Θῶυμα.) θωυμάζω εἴ μοι ἀπεστᾶσι, i. 155. *a. m.* (*conf.* Εἰ, *num.* iii.) θωμάζω (*sive* θωυμ.) τὸ αἴτιον ὅ τί ποτ' ἦν, vii. 126. *b.* κάρτα ἂν ἐθώυμαζες, i. 68. *a.* θωμάσας τὸν λόγον, ix. 16. *m. cum Var. Lect. Sic* ἐθώμαζε ὁρέων τὸ ποιεύμενον, ix. 53. *m.* ἢν αὐτὸν μετρίως θαυμάζῃς, ἄχθεται ὅτι οὐ κάρτα θεραπεύεται, iii. 80. *m. f.* (*ubi* θωυμάζειν *est* Colere, Observantia prosequi, *ut apud Thucyd.* i. 38.) *Conf.* Ἀποθωυμάζειν.

Θωυμάσιος, *et* Θωμάσιος, η, ον. Mirus, Mirabilis. ἐπύθοντο δὲ τρόπῳ θωμασίῳ, *al.* θωυμασίῳ, vii. 239. *a.* πλεῖστα θωυμάσια ἔχει ἡ Αἴγυπτος, ii. 35. *a. Comparat.* ἡ ἑτέρη (ὁδὸς) θωυμασιωτέρη, ii. 21. *a.*

Θωυμαστὴς, οῦ, ὁ, Admirator. καὶ αὐτοῦ θωυμασταὶ κατειστήκεισαν, Vit. Hom. 3. *m.* 12. *a.* 25. *m. In Musis nusquam occurrit hoc vocab.*

Θωυμαστὸς, ὴ, ὸν, Mirabilis, Admirandus. ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστὰ, *lib.* i. *in proœm.* καρπὸν θωμαστὸν φύειν, ix. 122. *f.*

Θὼψ, ωπὸς, ὁ, Adsentator. ἢν θεραπεύῃ τις (αὐτὸν) κάρτα, ἄχθεται ἅτε θωπὶ, iii. 80. *f. ubi olim* ἅτε θωπείαν ἡγούμενος *edd. sed verbum* ἡγούμενος, *ex primi Editoris ingenio adjectum, nullus vetus codex agnoscit.*

I.

Ἰακχάζειν, Iacchum s. Bacchum invocare, Canticum illud canere quod Iacchum nominant. τὴν φωνὴν, τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ τῇ ὀρτῇ ἰακχάζουσι, viii. 65. *m. N.*

Ἴακχος, Canticum cui nomen Iacchus. καί οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν ἴακχον, viii. 65. *a. N. Conf. Hesych. h. v.*

Ἰᾶσθαι, Sanare, Mederi. σμύρνῃσι ἰώμενοι τὰ ἕλκεα, vii. 181. *m. f.* μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ, Noli malum malo sanare, iii. 53. *m. N.* ὥς μιν ἰώμενος ὑγιέα ἀπέδεξε, iii. 134. *a. Confer supra* Ἀνιᾶσθαι *et Not. ad* vii. 236. *extr.*

Ἶβις, ιος, ἡ, Ibis avis. ii. 65. *f.* 75. *extr. et* 76. *Accus. plur.* τὰς ἴβις, ii. 67. *m.*

Ἰδέη, ης, ἡ, Species, Genus. φρέαρ τὸ παρέχεται τριφασίας ἰδέας, Puteus qui exhibet tria diversa rerum genera, vi. 119. *m.* φύσιν παρέχονται (οἱ ποτάμιοι ἵπποι) ἰδέης τοιήνδε, Hæc eorum natura et species est, ii. 71. φύλλα τοιῆσδε ἰδέης, Folia talis generis, Naturæ talis, i. 203. *m. ubi non agitur de* Specie exteriore *foliorum, sed de illorum* interiore vi ac Natura. ἐφρόνεον διφασίας ἰδέας, Duo genera consiliorum agitabant, In duas divisi erant Sententias, vi. 100. *a.*

Ἴδη, ης, ἡ, Sylva. χώρη ὑψηλή τε καὶ ἴδῃσι συνηρεφὴς, i. 110. *m.* χώρη πᾶσα δασέη ἴδῃσι παντοίῃσι, iv. 109. *m. f.* (*Similiter* γῆν πᾶσαν δασέην ὕλῃ παντοίῃ, iv. 21. *extr.*) ἐν δὲ τῇ ἴδῃ πλείστῃ (in densissima sylva) ἐστὶ λίμνη, iv. 109. *f.* λόφος δασὺς ἴδῃσι, iv. 175. *f.* ἴδη ναυπηγήσιμός ἐστι ἄφθονος, v. 23. *m.* οὔρεα ὑψηλὰ ἴδῃσί τε παντοίῃσι συνηρεφέα, vii. 111. *m.*

Ἰδιοβουλεύειν, Suum (privatum, proprium) consilium sequi, vii. 8. *extr.*

Ἴδιος, Proprius, Separatus, Diversus ab aliis. ἔθνος ἴδιον καὶ οὐδαμῶς Σκυθικὸν, iv. 18. *f.* ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον, iv. 22. *a.* ἴδια κέρδεα, Privatus quæstus, vi. 100. *m.* παραδώσειν τὴν ἰδίην ἐλευθερίην, Suam traditurος libertatem, vii. 147. *a. m.* τά τε ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια (Privata, Profana) ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, viii. 109. *m. N.*

Ἰδιώτης, ου, ὁ, Privatus *homo.* οὐδὲ ἰδιωτέων ἀνδρῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας, i. 32. *a.* ἰδιώτας ἄνδρας, i. 70. *f.* ἔτι ἰδιώτῃ ἐόντι Δαρείῳ, Quum adhuc privatus (*nondum rex*) esset, vii. 3. *m.*

Ἰδιωτικὸς, η, ον, Ad hominem privatum pertinens; *cui alias opponitur* δημόσιος, Publicus; *sed apud Nostrum* i. 21. *b. distinguitur Id quod* Regis est, *et* Id quod privatorum hominum: ὅσος ἦν ἐν τῷ ἄστεϊ σῖτος καὶ ἑωυτοῦ καὶ ἰδιωτικός.

Ἴδμεν, Novimus, *vide supra in* Εἰδέναι.

Ἱδρύειν *et* Ἱδρύνειν, Locare, Collocare, Statuere. ἵδρυσε τὴν στρατιὴν ἐπὶ ποταμῷ, Collocavit exercitum, Castra posuit, iv. 124. *a.* ἵδρυται (Sita est) ἡ πόλις αὕτη ἐν μέσῳ τῷ Δέλτα, ii. 59. *m.* τὸν λόχον περὶ ποταμὸν ἱδρύμενον, ix. 57. *a. m.* ἱδρυθέντι τῷ στρατοπέδῳ ταύτῃ, iv. 203. *m.* (*ubi* ἱδρυνθέντι *commode cod. Pass. conf. loca mox citanda,* i. 172. *m.* ii. 42. *a. et* 44. *m. cum Var. Lect. Similiter* ἱδρύνθησαν *apud Ionicum Poëtam, Iliad.* γ'. 78. ἡ. 56.) τὰ δύο ἔθνεα ἵδρυται (*i. q.* οἰκέει) τῇ καὶ τὸ πάλαι οἴκεον, viii. 73. *a.*

Frequenter usurpatur hoc verbum ubi de Templo *agitur.* ἱδρύσαντο Πανὸς ἱρὸν, Posuerunt, Statuerunt Panis templum, vi. 105. *f.* τὸ ἱρὸν τὸ λέγεται τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας ἱδρύσασθαι, ii. 182. *f. ubi alii quidem* ἱδρῦσθαι *aut* ἱδρύσθαι, *sed præstat istud. (vide Var. Lect. et Not.)* ἱδρυνθέντων σφι ἱρῶν ξεινικῶν, i. 172. *m.* ἐξ οὗ σφι τὸ ἱρὸν ἵδρυται, ii. 44. *a. et* τὸ ἱρὸν τοῦ θεοῦ ἱδρυνθῆναι, *ibid. m. et* ἱρὸν Ἡρακλέος ὑπὸ Φοινίκων ἱδρυμένον, ibid. ὅσοι Διὸς Θηβαιέος ἵδρυνται ἱρὸν, ii. 42. *a. N. ubi* ἵδρυνται *idem valet ac* ἱδρυσάμενοι ἔκτηντο, (Templum erectum habent) *quod habes* ii. 44. *f.*

Ἰέναι, Ire. ἐς Σκύθας ἰέναι, iii. 134. *m. f.* ἄσσον ἰέναι, *vide* Ἄσσον. *Construitur cum Accus. subintellecta* διὰ *præpositione:* ὁ ἥλιος ἰὼν τὸ μέσον τοῦ οὐρανοῦ, iv. 25. *a. ubi* ἰὼν *idem valet ac* διεξιὼν, *quod paulo ante legitur. Sic in Præt.* ἤϊε τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης, ii. 26. *f.* (*conf.* Ἔρχεσθαι.) ἤϊα λέξων, Adgressus sum dicere, iv. 82. *extr.* ἤϊε ταύτην αἰνέων διὰ παντὸς, i. 122. *m. f. ubi solicitari verbum* ἤϊε *fortasse non debebat:* Ibat illam laudans, *id est,* Passim, Quacumque iret, laudabat eam constanter. *Plusquamperf. notione Perfecti vel Imperfecti:* ἤϊσαν μετὰ ταῦτα, *quæ videtur verissima apud Nostrum scribendi ratio, quam tenent libri omnes,* i. 43. *a. excepto uno Arch. qui* ἤεισαν *præfert.* πανστρατιῇ ἤϊσαν ἐπὶ τοὺς κατιόντας, i. 62. *m. ubi* ἦσαν *alii.* ἤϊσαν ἐπ' Αἴγυπτον, i. 105. *a.* (*al.* ᾖσαν *aut* ἦσαν.) *Sic* iv. 140. *f. ubi temere et pessime* ἴησαν *olim edebatur.* ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους ᾖσαν, ii. 163. *m. N.* ἦσαν *Ald. et F.* ἤϊσαν *equidem malebam.* ἤϊσαν ἐπὶ τὰ βασιλήϊα, iii. 76. *a. et f. ubi* ἤεσαν *edd. ante Wess.* ἐπὶ τὴν Λυκίδεω οἰκίην ἤϊσαν, ix. 5. *f. ubi alii* ᾖσαν, *et* ἤεσαν *ed. Wess. cum aliis. Compositum* ἀπήϊσαν *habes* viii. 137. *a.* προήϊσαν, viii. 130. *b. nec tamen sine varietate.*

Med. ἴεσθαι, *i. q.* ἰέναι, Ire. ἵεται κατὰ τὴν φωνὴν, ii. 70. *m.* ἵετο πρὸς Παυσανίην, Adiit Pausaniam, ix. 78. *a.* (*ubi quidem* ἵκετο, *nempe ex glossa, præferunt codd.*

nonnulli. *Hesychius:* Ἵεται· βαδίζει, πορεύεται. *Simul significari* Studium *quoddam aut* Festinationem euntis, *docuit idem Grammaticus et alii ut Scholiastes Iliad.* β′. 154.) δρόμῳ ἵεντο ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, vi. 112. *a.* ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἵεσθαι, vi. 134. *f. Conf.* Ἀπίεσθαι *et* Κατίεσθαι.

Ἱέναι, Mittere, Emittere. φωνὴν ἱέναι, Edere vocem, ii. 2. *m.* μᾶλλον πολλῷ ἵεσαν τῆς φώνης, iv. 135. *f. N.* (*ubi quidem* ἵεσαν *codd. nonnulli, sicut et* ἰέναι, ii. 2. *m.*) Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα, ix. 16. *a. ubi quidem similiter* ἰέντα *ms. F. Conf.* Ἀπιέναι *Ion. pro* Ἀφιέναι.

Vitiose olim vii. 16. *f. edebatur* ἀλλ' ἤδη ἵημι, *ubi ex librorum vestigiis* ἀλλ' ἤδη δεῖ ἐμὲ *aut* ἀλλ' εἰ δεῖ ἐμὲ *erui debebat.*

Ἱερείη, ης, ἡ, Sacerdos fœmina. *Sic quidem* ἡ ἱερείη τῆς Ἀθηναίης, i. 175. *a. Sed, quemadmodum Ionico more* ἱρὸς *et* ἱρεὺς, *non* ἱερὸς ἱερεὺς *usurpat Noster, similiter apud eumdem rectius alibi* ἡ Ἱρείη, Ἱρέη *aut* Ἱρηΐη *scribitur. Sic* ἡ ἱρείη τῆς Ἀθηναίης, viii. 104. *f. ubi* ἱρέη *cod. Arch. ne sic quidem male.* ἡ ἱρείη ἐξαναστᾶσα v. 72. *m. edd. et mssti, ubi in nostra et in aliis nuperioribus editionibus forma vocabuli ex ed. Reiz. propagata* ἱρηΐη *legitur, quam hoc quidem loco nullus vetus codex præivit, sed consentientibus libris sunt* αἱ Δωδωνίδες ἱρήϊαι, ii. 53. *f. iterumque* Δωδωναίων αἱ ἱρήϊαι, ii. 55. *f.* (*tamquam a sing.* ἡ ἱρήϊα, *non* ἱρηΐη.) *et* δύο γυναῖκας ἱρηΐας *habes* ii. 54. *a.* (*ubi quidem* ἱρὰς *maluerat Valck.*) *Unus codex noster, in* ἱρείη *quidem* v. 72. *m. cum aliis consentiens,* ἱερείη *scribit* viii. 104. *f. sicut* i. 175. *a. et* ἱέρειαι ii. 53. *f. et* 55. *f. similiterque* ἱερείας ii. 54. *a.*

Ἱερὸς *vide* Ἱρός. *Solœce dictum* Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἀκτὴν *legitur in Bacidis oraculo,* viii. 77. *a. ubi vide Var. Lect.*

Ἱερωσύνη *et* Ἱρωσύνη, ης, ἡ, Sacerdotium. ἱερωσύνην (*vel* ἱρωσ.) αἱρεῦμαι ἐμοὶ, iii. 142. *m. f. cum Var. Lect.*

Ἵεσθαι *vide in* Ἱέναι.

Ἵζειν, Sedere. *Ut passim apud Homerum, sic et apud Nostrum* v. 25. *m. f.* τὸν θρόνον ἐς τὸν ἵζων ἐδίκαζε: *quem locum citans Priscianus* προκατίζων *quidem scripsit, sed nimirum ex interpretatione, quippe hoc usitatius. Paulo post apud eumdem Nostrum habes* ἐν τῷ κατίζων θρόνῳ δικάζειν. (*conf.* Παρίζειν.) *Similiter,* πρώτους ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἵζειν τοὺς βασιλῆας, vi. 57. *a.*

Sed præsertim Passivum vel Medium Ἵζεσθαι *usurpatur hac notione,* Sedere, Considere, Sedem capere. γυναῖκα ἱζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, i. 199. *a.* (*ubi* ἑζομ. *cod. F. quod in Var. Lect. adnotare neglexi.*) αἱ γυναῖκες ἀντίαι ἵζοντο τοῖσι Πέρσῃσι, v. 18. *m. f.* ἱζόμενοι (*nonnulli* ἑζομ.) ἐν τῷ Τηϋγέτῳ, iv. 145. *a. N.* ἵζοντο αὖτις ἐς τὸ Τηΰγετον, iv. 46. *extr.* κατ' ἡσυχίην ἱζομένους, ix. 41. *m. Frequenter de Exercitu* Locum castris capiente, οἱ Πέρσαι ἵζοντο πέλας τῶν Αἰγυπτίων, iii. 11. *a.* ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο, *et paulo post* ἱζόμενοι ἐν τῷ Ἰσθμῷ, viii. 71. *m.* αὐτοῦ (*nempe* ἐν χώρῳ ἐπιτηδεωτέρῳ ἐνστρατοπεδεύεσθαι) ἱζόμενον, ix. 2. *a.* ἐπ' ἑωυτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἵζεσθαι, ix. 17. *m.* ἱζόμεθα ἀντίοι τοῖσι κατιοῦσι, ix. 26. *a.* ἱζόμενοι ἐπὶ τὸν ὄχθον, iv. 203. *m.* viii. 52. *a.*

Ἰὴ, ῆς, ἡ, Vox. πολύευκτον ἰὴν ἀκούειν, i. 85. *m. in Orac. Perperam ibi olim* ἵην *edd.*

Ἴημα, ατος, τὸ, Medicamentum. ἤπια ἰήματα μετὰ τὰ ἰσχυρὰ προσάγων, iii. 130. *m.*

Ἰήτης, ὁ, Incola insulæ *e Cycladibus* cui nomen Ios. ἐλεγεῖον ἐπέγραψαν Ἰῆται, Vit. Hom. 36. *m.*

Ἰητρικὴ, ἡ, *scil.* τέχνη, Ars medica, ii. 84. *a.* iii. 129. *a. coll.* ibid. *f. et* 130. *a.*

Ἰητρὸς, οῦ, ὁ, (*comm.* ἰατρὸς) Medicus. ii. 84. iii. 131. *a. et f.*

Ἰθαγενὴς, ὁ, ἡ, *i. q.* αὐτιγενὴς *vel* αὐθιγενὴς *et* γνήσιος, Genuinus, Nativus, Natura et prima origine talis. (*conf. Gregor. Dial. Ion.* §. 161. *et ibi interpp.*) οὐκ ἰθαγενέα στόματα (τοῦ Νείλου), ἀλλ' ὀρυκτὰ, ii. 17. *extr.* ἐόντες Αἰγύπτιοι ἰθαγενέες, vi. 53. *f.*

Ἰθέως, *i. q.* εὐθέως, Recta, Statim, Protinus. ii. 121, 2. *m.* iv. 68. *f.* v. 41. *f.* v. 92, 2. *m. et* 92, 7. *m.* vi. 10. *f.* 49. *m.*

Ἰθὺ, *Adverb. cum Genit.* Recta versus: *nempe per ellipsin præpositionis* ἐπὶ, *ut ex* v. 64. *f. intelligitur* (*conf.* Εὐθὺς, *Adverb.*) ἐλᾷς ἰθὺ τῆς ἀρχῆς τῆς Τομύριος, i. 207. *m. ubi teneri olim vulgatum* ἰθὺς *potuerat, quod* v. 64. *f. libri omnes agnoscunt. Sed alibi in* ἰθὺ *consentiunt libri;* ὑπάγειν σφέας ἰθὺ τῶν χωρέων τῶν *etc.* Recta versus fines eorum qui *etc.* iv. 120. *f.* ἐδίωκον τοὺς Πέρσας ἰθὺ τοῦ Ἴστρου, iv. 136. *a.* ἔχον τὰς νέας ἰθὺ τοῦ Ἑλλησπόντου, vi. 95. *m. f.* ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφευγον, viii. 38. *m.* ἐτράποντο ἰθὺ τοῦ ἱροῦ, ix. 69. *a. m.*

Ἰθύειν, Recta ire, Iter suum dirigere. πρὸς τὴν μίην τῶν μοιρέων ἴθυσαν, iv. 122. *m. Cum Infinitivo constructum significat* Instituere, Parare, Impetum capere (Impetu ferri) ad aliquid faciendum. ὅκου ἰθύσειε στρατεύεσθαι, Quocumque instituisset exercitum ducere, Quocumque expeditionem suscepisset, i. 204. *f.* iii. 39. *m.* ὡρᾶτε Δαρεῖον ἰθύοντα στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, vii. 8, 2. *a. Quo pertinet Hesychii glossa:* Ἰθύει· βούλεται, ἐφορμᾷ, φέρεται.

Ἰθυμαχίη, ης, ἡ, Prælium recta et aperto marte initum, Justum prælium. οὐκ οἷοί τέ εἰσι τὸν Δαρείου στρατὸν ἰθυμαχίῃ διώσασθαι, iv. 102. *a.* ἰθυμαχίην μὲν οὐ ποιέεσθαι ἐκ τοῦ ἐμφανέος, iv. 120. *a.*

Ἰθύνειν, *i. q.* εὐθύνειν, *nempe* 1. Diri-

gere. ἰθύνεται (ἡ νηῦς) ὑπὸ δύο πλήκτρων, Regitur navis duobus remis, i. 194. *m.* 2. Punire, Mulctare. *Hinc Passiv.* ἰθύνεσθαι θανάτῳ, Morte mulctari, Capitali supplicio adfici, ii. 177. *f.*

Ἰθὺς, *Adverb. i. q.* ἰθὺ, Recta. ἀπαλλάσσοντο, ὡς εἶχον, ἰθὺς ἐπὶ Θεσσαλίης, v. 64. *b. absque varietate. Sic* i. 207. *m. olim commode edebatur* ἐλᾷς ἰθὺς τῆς ἀρχῆς τῆς Τομύριος, *ubi nos quidem præeunte nostro cod. F.* ἰθὺ *posuimus.* ἰθὺ Λιβύης *posuerunt nuperi editores* ii. 119. *f. ubi* ἰθὺ ἐπὶ Λιβύης *habet Plutarch. tamquam ex Herodoto, sed libri Herodotei solum* ἐπὶ Λιβύης.

Ἰθὺς, *Adject.* εῖα *vel* έα, ὺ, *i. q.* ὀρθὸς, Rectus. ἰθύς τε καὶ δίκαιος ἀνὴρ, Rectus (Simplex, Probus) et justus vir, i. 96. *m. f.* (*mox ibid.* κατὰ τὸ ὀρθὸν δικάζων.) τὸν ἰθὺν ἔφαινε λόγον, Recte et aperte, id quod verum erat, dixit, i. 118. *a.*

κατ' ἰθὺ, Recta ex adverso. ὥσπερ κατ' ἰθὺ ἐόντων, Sicut dum ex adverso steterant, ix. 51. *m. ubi olim una voce* κατιθὺ, *sed* κατ ἰθὺ (*sic*) *ms. F.*

Fœm. ἡ ἰθέα τῶν ὁδῶν, ii. 17. *m. ubi quidem* (*quod in Var. Lect. adnotari debuerat*) ἰθεῖα *mss. Pa. et F. nempe F. in ora, quia ibi in contextu desunt nonnulla* (*conf.* Βαθὺς *fœm.*) *Similiter vero diphthongum in penultima alibi tenent libri omnes.* ἰθεῖαν (*scil.* ὁδὸν, Recta via) ἔπλεον ἐς τὸν κόλπον, vii. 193. *a. ubi corrigendum in nostra edit. erratum typothetæ, qui* ἰθέαν *posuit pro* ἰθεῖαν, *quod superiores edd. omnes cum msstis dabant.* ἐκ τῆς ἰθείης, *scil.* ὁδοῦ, *sive* γραμμῆς *subintelligere malueris, sive cum Musgravio ad Sophocl. Antig. vs.* 1006. *fœmininum pro Neutro* ἐκ τοῦ ἰθέος *positum statuas;* Recta via, Sine ambagibus, Ex professo, Ex aperto. ἀπέστησαν ἐκ τῆς ἰθείης, ii. 161. *extr. ubi pro eo quod in vers. Lat. posui,* e vestigio, *repositum* palam *vel* ex aperto *velim. Sic* ἐκ μὲν τῆς ἰθείης στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, iii. 127. *a. nempe* σοφίῃ καὶ μὴ βίῃ τε καὶ ὁμίλῳ voluerat *agere, ut paulo post ibi ait scriptor. Sic rursus,* κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος, ix. 37. *f. Sed videndum ne ad formulam* ἐκ τῆς ἰθείης *ex ipsius Herodoti præscripto intelligi* τέχνης *debeat. Nam quod* ix. 57. *a. ait,* ἰθείῃ τέχνῃ ἀπολιπεῖν αὐτὸν, *haud dubie idem valet ac* ἐκ τῆς ἰθείης, Palam, Manifeste, Prorsus, *proprie* Recta hoc agentes. *Vide quæ ad ipsum locum adnotavimus.*

Ἰθύτριξ, ιχος, ὁ, ἡ, Rectos habens capillos, (*non crispos*) vii. 70. *a.*

Ἱκανὸς, ἡ, ὸν, Sufficiens. ἀνὴρ γνώμην ἱκανὸς, Prudentia (Consilio) præstans, iii. 4. *a.* ἱκανῶν τῶν πρηγμάτων *corrigit Vir doctus pro vulgato* ἐκείνων τῶν πρ. viii. 102. *m.*

Ἱκανῶς. *Ubi vulgo legitur* ἐξαναχωρέειν οὐδετέροισι δυνατῶς ἔχει, vii. 11. *m. ibi* ἱκανῶς *pro* δυνατῶς *offerunt cod. Arch. et Vind. speciose sane: nam* δυνατῶς *potius, quam* ἱκανῶς, *ex scholio adscitum videri debet: Hesychius:* Ἱκανῶς. δυνατῶς.

Ἴκελος, η, ον, *i. q.* ὁμοῖος, Similis. χειμάρρῳ ποταμῷ ἴκελος, iii. 81. *m.*

Ἱκετεύειν, *i. q.* ἱκέτην εἶναι *vel* παρεῖναι. *Sic* ὅσον χρόνον ἱκέτευον οἱ παῖδες, Quamdiu aderant supplices pueri, iii. 48. *m. ubi* ἱκετεύοντο *codd. Arch. et Vind. quod verum videtur.* σὲ ἱκετεύω, Supplex te oro, vi. 68. *a. Conf.* Κατικετεύειν.

Ἱκετηρίη, ης, ἡ, Oleæ ramus quo utuntur Supplices. λαβὼν ἱκετηρίην, v. 51. *a. Sic et* vii. 141. *a. ubi quidem* ἱκετηρίας *nonnulli libri, commode, quoniam de pluribus agitur, et paulo post* ibid. ἱκετηρίας τάσδε ἥκομεν φέροντες.

Ἱκέτης, ου, ὁ, Supplex. χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας, *nempe* ἱκετηρίας λαμβάνοντας, vii. 141. *a. Cum Genit.* ἱκέται ἱζόμενοι τοῦ θεοῦ, ii. 113. *m. f.* τί τοὺς ἱκέτας μου ἐκ τοῦ νηοῦ κεραΐζεις; i. 159. *m. f.*

Ἱκέτις, ἡ, Supplex mulier. Ἀρυάνδεω ἱκέτις ἕζετο, iv. 165. *f.* ῥῦσαί με τὴν ἱκέτιν, ix. 76. *m.*

Ἰκμὰς, άδος, ἡ, Humor. ἀνεὶς ἐκ τοῦ σώματος ἰκμάδα, iii. 125. *f.*

Ἱκνέεσθαι, *non solum* Venire, Pervenire, *significat;* (*qua quidem notione compositum verbum* ἀπικνέεσθαι *magis, quam simplex frequentat Herodotus; nam, quod olim* ii. 29. *a. edebatur,* ἵξεται, *id vitiosum erat:*) *sed* ἱκνέεται *idem etiam valet ac* κατήκει, προσήκει, δίκαιόν ἐστι, Pertinet (*ad me*), Æquum est. *Construitur partim cum* ἐς *præpositione:* δικάζειν ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν αὐτὴν, Judicare ad quem pertineat illam habere (*i. e.* cui illam in matrimonium dare æquum sit,) vi. 57. *f. Partim absque præpositione; ut* ix. 26. *f. ubi,* τοῦ ἑτέρου (κέρεος) φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν, *idem valet ac id quod paulo post ibidem subjicitur,* ἡμέας δίκαιον (ἐστὶ) ἔχειν τὸ ἕτερον. *Nec opus erat ut ibi contra librorum consensum* ἐς ἡμέας ἱκνέεσθαι *scribendum judicarent viri docti. Ignorant etiam præpositionem libri omnes* ii. 36. *a. ubi* νόμος (ἐστὶ) ἅμα κήδεϊ κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς τοὺς μάλιστα ἱκνέεται, *nempe* τὸ κῆδος, Ad quos maxime pertinet (Quos maxime adtingit) luctus.

Hinc Particip. Ἱκνεόμενος *vel* Ἱκνεύμενος, Conveniens, Justus. *Sic* ὁμιλέοντα (σφίσι) μᾶλλον τοῦ ἱκνευμένου, Quum magis familiariter cum illis conversaretur quam Conveniebat, Par erat, vi. 84. *m. f.* ἐν χρόνῳ ἱκνευμένῳ, vi. 86, 1. *m. Latine reddunt* Procedente *vel* Insequente tem-

pore: *quæ interpretatio, per se, commodissima poterat videri: sed, subtilius si spectes, aliud quid significari intelliges, scilicet* Justo, Conveniente, Opportuno, Suo tempore; *nempe, quo potissimum justitiæ suæ specimen edere homo ille debuit. Similiter apud Hippocratem* ἐν τῷ ἱκνευμένῳ χρόνῳ *significare* Debito, Congruo, Conveniente tempore, *docuit Fœsius in Œcon. Hippocr. ad quam Portus provocavit.*

Ἱκνευμένως, *i. q.* προσηκόντως, καθηκόντως, *interprete Gregorio et Suida cum Glossatore ex lib.* vi. 65. *f. ubi* οὐκ ἱκνευμένως βασιλεύοντα Σπάρτης, Non legitime regnantem Spartæ, Qui non debuerat rex esse Spartæ, Ad quem regnum Spartæ non pertineret.

Ἰκρίον, ου, τὸ, Tabula, Tabulatum. ἰκρία ἐπὶ σταυροῖς ὑψηλὰ ἐξευγμένα ἕστηκε, v. 16. *a. et eodem cap. sæpius.* ἑζόμενος ἐπὶ τῷ ἰκρίῳ *pro* ἐπὶ τῷ ἱρῷ *legendum suspicatus erat Valck.* iv. 35. *a. intelligens* Tabulatum *vel* Pontem navis.

Ἰκτῖνος, ου, ὁ, Milvus *avis*, ii. 22. *f.*

Ἰλαδὸν, *vide* Εἰλαδόν.

Ἱλάσκεσθαι, Propitium sibi reddere, Placare. θυσίῃσι μεγάλῃσι τὸν θεὸν ἱλάσκετο, i. 50. *a. et* v. 47. *f. ubi non de* deo, *sed de* heroë *agitur. Rursus,* τίνα ἂν θεῶν ἱλασάμενοι κατύπερθε τῷ πολέμῳ Τεγεητέων γενοίατο, i. 67. *a.* (*Conf.* Λαμπάς.) θυσίῃσι μεγάλῃσι ἱλασκόμενοι (τὸν ἱρὸν χρυσὸν) μετέρχονται, iv. 7. *a. N. puto,* Deos placant orantes ut illud sacrum aurum salvum conservent. Πάριοι Θεμιστοκλέα χρήμασι ἱλασάμενοι διέφυγον τὸ στράτευμα, viii. 112. *f.*

Ἰλιὰς ἐλάσσων, Ilias minor, Vit. Hom. 16. *a.*

Ἱμάντινος, E loris confectus. θύσανοι ἱμάντινοι, iv. 189. *a.*

Ἱμὰς, άντος, ὁ, Lorum. ἀπάψας ἅμματα ἐν ἱμάντι, iv. 98. *a.* ἱμάντας ἐξ αὐτοῦ (τοῦ δέρματος ἀνθρωπηΐου) ἔταμε, v. 25. *m.*

Ἱμάτιον, ου, τὸ, Pannus. τοῦτο, ἐπεὰν γένηται πέπον, σακκέουσι ἱματίοισι, iv. 23. *m. De* Pallio *aut omnino de* Vestimento *usurpatum in Musis hoc vocabulum nec enotavi, nec usquam reperire memini.* εἷμα, ἐσθῆτα, χλανίδα, χιτῶνα *frequentat Noster.*

Ἱμείρεσθαι, Cupere, Adpetere. ἱμείρετο χρημάτων μεγάλως, iii. 123. *a.* ἱμείροντο θεήσασθαι τοὺς Μήδους, vi. 120. *m.* ἱμέρθη τῶν νεῶν ἅμιλλαν γινομένην ἰδέσθαι, vii. 44. *f.*

Ἵμερος, Cupido, Desiderium. ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθε, i. 30. *m.* ἐστρατεύετο—γῆς ἱμέρῳ, προσκτήσασθαι (γῆν) βουλόμενος, i. 73. *a.* οἴκασι ποιῆσαι τῶν πάλαι ἵμερον εἶχον, v. 106. *f.* ἵμερον ἔχων θεήσασθαι Πέργαμον, vii. 43. *f.* ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἑλέειν, ix. 3. *a.*

Ἵνα *frequenter apud Nostrum est Adverbium loci,* Ubi, Quo loco, Qua parte *significans.* οἰκοδομέουσι οἰκία ἵνα αὐτὸς ἔφρασε τῆς χώρης, i. 98. *a.* ἔμαθε ἵνα ἦν κακοῦ, Ubi calamitatis (*i. e.* Quanta in calamitate) esset, i. 213. *m.* ἵνα πυνθάνοιτο εἶναι γῆς *etc.* ii. 133. *f. N.* ἐπιτάσσων τῇσι πόλισι ἵνα (Ubi, Quibus in Urbibus) ἑκάστοτε γίνοιτο, viii. 115. *f.* ἵνα δοκέει (*nempe* δοκέει ὑμῖν, *perperam olim* δοκέῃ *edd.*) ἐπιτηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι, Qua parte vobis commodissimum videtur ut nos stemus, ix. 27. *f.*

Alibi, nempe in illis verbis: ἵνα ἡ γῆ ἀναισιμώθη, i. 179. *a.* (*conf. supra v.* Ἐπιφράζειν) *voculam* ἵνα *Æm. Portus valere ait* πῶς, ὅπως, Quomodo *vel* (*quod nos etiam cum Valla adoptavimus*) Quem in usum. *Ac poterat utique, quemadmodum* ποῦ, ὅπου, *et alia adverbia* In loco *significantia haud raro pro eis ponuntur quæ* In locum *significant, sic et* ἵνα *accipi pro* ποῖ, Quem in locum, Quam in partem, *adeoque* Quem in usum. *Sed nihil impedit, quo minus cum Henr. Stephano,* (*in Nota marginali*) *quem et Gronov. et Wess. secuti sunt, consuetum significatum,* Ubi, quo loco, *teneamus.*

Ἰνταφέρνης *et* Ἰνταφρένης *idem,* iii. 70. *m. cum Var. Lect. et Not.*

Ἰόνιος πόντος, *et* Ἰόνιος κόλπος, *non* Ἰώνιος, vi. 127. *a.* vii. 20. *f. et* ix. 92. *f. cum Var. Lect. et Not.*

Ἰπνὸς, οῦ, ὁ, Caminus, Furnus. ἐπὶ ψυχρὸν τὸν ἰπνὸν Περίανδρος τοὺς ἄρτους ἐπέβαλε, v. 92, 7. *m.* Ἰπνοὶ, Furni, *Locus sic nominatus.* τὰς μὲν (νέας ὁ χειμὼν) ἐξέφερε πρὸς Ἰπνοὺς καλεομένους τοὺς ἐν Πηλίῳ, vii. 188. *f. N.*

[Ἰποῦν, *vide* Ἀπιποῦν.]

Ἱππαγωγοὶ νέες, Ἱππαγωγὰ πλοῖα, Navigia transvehendis equis, vi. 95. *a. m.* 48. *f.* vii. 97. *f.*

Ἱππάζεσθαι, Equitare, Equo vehi. ἐπὶ τούτων (τῶν ἵππων) ἱππαζόμεναι ἐληΐζοντο, iv. 110. *extr.* ἀκοντίζομεν καὶ ἱππαζόμεθα, iv. 114. *m. f. Conf.* Κατιππάζ.

Ἱππαρχέειν, Equitatui præesse. τῶν ἱππάρχεε Ἀσωπόδωρος, ix. 69. *f.* τὴν ἵππον τῆς ἱππάρχεε Μασίστιος, ix. 20. *a.*

Ἱππὰς, άδος, *Adjectivum fœminini generis, idem valens ac* ἱππικὴ, Equestris. ἄνδρας ἐπὶ τὰς καμήλους ἀνέβησε ἱππάδα στολὴν ἐνεσταλμένους, i. 80. *a. m.*

Ἱππάσιμος, ίμη, ιμον, *quasi Latine dicas* Equitabilis, Equitatui opportunus. ἱππάσιμον ποιήσαντες τοῦτον τὸν χῶρον, v. 63. *f.* (*ubi* ἱππεύσιμον *ms. Arch.*) Αἴγυπτον τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἱππασίμην καὶ ἁμαξευομένην, ii. 108. *m.* (*ubi opponitur* ἄνιππος γέγονε.)

Sic ἱππασίμη ἡ χώρη, ix. 13. *m. f.*

Ἱππεύειν, Equitare, Equo vehi, i. 136. *m.* ἱππεύει ταῦτα τὰ ἔθνεα, Hi populi equis vehuntur, vii. 84. *a. Et iterum,* ταῦτα τὰ ἔθνεα μοῦνα ἵππευεν, vii. 87. *a.*

Ἱππεύεσθαι, *i. q.* ἱππεύειν *et* ἱππάζεσθαι. ἔσαν ἱππεύεσθαι ἀγαθοὶ, i. 79. *extr. ubi quidem fortasse intelligitur* Equo militare, Ex equis pugnare.

Ἱπποβότης, ου, ὁ, Equos alens, *i. e.* Opulentus homo. ἐπὶ τῶν ἱπποβοτέων τῇ χώρῃ—οἱ δὲ ἱπποβόται ἐκαλέοντο οἱ παχέες, v. 77. *m. N. ubi alii* ἱπποβατέων *et* ἱπποβάται, *perperam.* τοὺς κληρουχέοντας τῶν ἱπποβοτέων τὴν χώρην, vi. 100. *a. ubi vitiose olim* ἱπποβητέων.

Ἱπποδρόμος, ου, ὁ, (*penacute, ut* ὁ ἡμεροδρόμος,) Eques cursor, Cursor equestris; *Gallice diceres* Soldat de la cavalerie legère. δισχιλίους ἱπποδρόμους ψιλοὺς, vii. 158. *f. Conf. Schæferum ad Gregor. p.* 31. *et* 870. *Aliud est* ἱππόδρομος *antepenacute scriptum.*

Ἱπποκόμος, ου, ὁ, Equorum custos et curator, Equiso, iii. 85.

Ἵππος, ου, ὁ, Equus. *Nonnumquam* οἱ ἵπποι *ponuntur pro* οἱ ἱππέες, Equitatus. ἤλαυνον ἐπ' αὐτοὺς τοὺς ἵππους, τῶν ἱππάρχεε Ἀσωπόδ. ix. 69. *f. Alia vide in Indice Rerum et Personarum, voc.* Equus.

Ἵππος, ου, ἡ, 1. Equa. ἡ θήλεα ἵππος, iii. 86. *m.* ἵππος ἔτεκε λαγὸν, vii. 57. *a.* τὰς ἵππους τὰς ἀπὸ τοῦ ἅρματος, iv. 8. *f.* ἵππους πλανωμένας, iv. 9. *a.* ἀνελόμενον τῇσι αὐτῇσι ἵπποισι ἄλλην ὀλυμπιάδα, vi. 103. *m. ubi olim* τοῖσι αὐτοῖσι *edd. contra meliorum librorum consensum.*

2. Equitatus. καταῤῥωδήσας τὴν ἵππον, i. 80. *a. et mox iterum* τὴν Κροίσου ἵππον, *et* ὄπισθε τοῦ πεζοῦ ἐπέταξε τὴν πᾶσαν ἵππον, ibid. (*Eadem notione alibi* τὸ ἱππικὸν *dicitur, veluti eodem cap.* 80. *m. f.*) *Dicitur vero* χιλίη ἵππος, *i. e.* Mille equites, v. 63. *m. Similiterque* ἵππος δισχιλίη, vii. 158. *f. et* ὀκτακισχιλίη, vii. 85. *a. et* μυρίη, Decies mille equites, i. 27. *a. m.* vii. 41. *f. Conf.* Κάμηλος.

Ἱπποσύνη, ης, ἡ, *i. q.* ἡ ἵππος, Equitatus, vii. 141. *f. in Orac.*

Ἱππότης, ου, ὁ, *i. q.* ἱππεὺς, Eques. ὡς ἐπήλασαν οἱ ἱππόται, ix. 49. *a.* οἱ τῶν Θηβαίων ἱππόται, ix. 69. *m. f.*

Ἱπποτοξότης, ου, ὁ, Eques sagittarius. ἱπποτοξόται ἐόντες, ix. 49. *m. f. iidem qui* ibid. *paulo ante* ἱππόται *nominantur.*

Ἱπποφόρβιον, τὸ, *proprie* Pascuum equorum, *tum per metonym.* Grex equorum. ἐντυχοῦσαι πρώτῳ ἱπποφορβίῳ, τοῦτο διήρπασαν, iv. 110. *f.*

Ἱρὰ *vide infra, sub* Ἱρὸν *et* Ἱρός.

Ἱρᾶσθαι, Sacerdotem esse, Sacerdotium exercere. ἱρᾶται γυνὴ οὐδεμίη οὔδε ἔρσενος θεοῦ οὐδὲ θηλέης, ii. 35. *f.* ἱρᾶται οὐκ εἷς ἑκάστου τῶν θεῶν, ἀλλὰ πολλοὶ, ii. 37. *f.*

Ἱρείη *et* Ἱρηΐη *vide supra in* Ἱερείη.

Ἱρεὺς, έος, ὁ, *sic constanter apud Nostrum Ionice pro* ἱερεὺς, Sacerdos. *In fœminino* Ἱρείη *variant libri. Perperam vero olim* ἱρέας *et* ἱρέες *legebatur* ix. 85. *a. pro* ἱρένας *et* ἱρένες.

Ἱρήϊον, ου, τὸ, (*comm.* ἱερεῖον) Hostia, Victima. διαμιστύλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρήϊον, i. 132. *m.* οἶνον κατὰ τοῦ ἱρηΐου ἐπισπείσαντες, ii. 39. *a. et sic alibi. Etiam Crocodilis sacris* ἱρήϊα *offerebant Ægyptii:* σιτία ἀποτακτὰ διδόντες (αὐτοῖς) καὶ ἱρήϊα, ii. 69. *f. ubi quidem non de Sacrificio cogitandum, sed intelliguntur* Animalia quorum carne illi pascebantur.

Ἰρὴν, (*sive* Εἰρὴν) ένος, ὁ, Adolescens, Juvenis, *Lacedæmoniorum sermone,* ix. 85. *a. cum Var. Lect. et Not. Conf. Glossas ex lib.* ix.

Ἴρηξ, ηκος, ὁ, Accipiter. ὃς ἂν ἶβιν ἢ ἴρηκα ἀποκτείνῃ, ii. 65. *f.* 67. *m.*

Ἱρὸν, οῦ, τὸ, (*Ion. pro* ἱερὸν) 1. Templum; *proprie,* Sacrum, *nempe hac notione ut intelligatur* Locus quilibet Deo consecratus, *sive sit* Sola ædes sacra, (ὁ ναὸς, *Ion.* νηὸς) *sive* Ædes cum area circum jacente et muro aut septo quocumque circumdata, qua in area, præter ipsam ædem deo sacratam, possint esse varia ædificia usui sacerdotum aut ministrorum et custodum ædis, aut eorum qui sacra faciunt, destinata; *sive denique sit* Lucus (ἄλσος) *aut* Ager deo cuidam (τέμενος) consecratus, *in quo fortasse ne insit quidem notabilis quædam ædes eidem deo sacrata. Totus ille* Lucus, *in quo Argivi a Spartanis, duce Cleomene, erant circumsessi,* (*lib.* vi. c. 78—80.) *perinde et promiscue* τὸ ἄλσος *et* τὸ τέμενος *et* τὸ ἱρὸν *nominatur. Eodem libro c.* 19. *f. ait* ἱρὸν τὸ ἐν Διδύμοισι, ὁ νηός τε καὶ τὸ χρηστήριον, συληθέντα ἐνεπίμπρατο. *ubi vide Notata. Libro* ii. *c.* 158. *memorat Scriptor noster* Templum Latonæ, (Λητοῦς ἱρὸν, ibid. *a.*) *in quo inerat, primum* ὁ νηὸς τῆς Λητοῦς ἐν τῷ τὸ χρηστήριον, *grande et magnificum ædificium; tum in eodem alius* Λητοῦς νηὸς, (ibid. *f.*) *ex uno lapide confectus. Jam, porro, Donaria illa, quæ* in Templis (ἐν τοῖς ἱροῖς) dedicata *passim apud Nostrum memorantur, non censeri debent omnia* in ipsa æde deo sacrata (ἐν τῷ νηῷ) *fuisse deposita: sed major illorum pars sive in Area quæ* τὸν ναὸν *circumdabat, sive in Ædificiis quibusdam circa* τὸν ναὸν *exstructis, certis in Conclavibus aut Cellis, qui* θησαυροὶ *vocabantur, reposita erant. Ubi scribit Noster* οἱ ἄλλοι σχεδὸν πάντες ἄνθρωποι, πλὴν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων, μίσγονται (γυναιξὶ) ἐν ἱροῖσι, ii. 64. *m. non hoc dicit, puto, in ipsa æde deo sacrata cum mulieribus coire homines, sed id*

fieri intelligit in ædificiis illis in area templi exstructis, in quibus partim habitabant templorum ministri, partim excipiebantur pernoctabantque hospites qui celebrandorum sacrorum caussa remotioribus e locis advenissent. (conf. Not. ad l. c.) Quin et duo illi juvenes, *qui* ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ cubitum ivisse *memorantur* i. 31. *f. non in ipsa Junonis æde, sed in aliquo tali ædificio aut in porticu quadam, quæ circa ædem erat, aut in area sub dio, decubuisse putandi sunt. Conf.* Μέγαρον, Ἄδυτον, *et* Νηός.

Variorum deorum dearumve Templa *Nostro memorata vide in Indice Rer. et Pers. voc.* Templum. *In his* ἱρὸν ξείνης Ἀφροδίτης, ii. 112. *f.* τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνακτόριον *vel* Ἀνάκτορον, ix. 65. *f. et cet.* Ἱδρύειν *vel* Ἱδρύνειν ἱρὸν *vide supra sub hoc verbo.*

2. *Plural.* τὰ Ἱρὰ *non solum intelliguntur* Templa *sive* Loca deo consecrata, *sed et* Sacra quælibet, Res sacræ, (*vide mox sub* Ἱρὸς,) Sacrificia, *et sigillatim* Hostiæ s. Victimæ, *quæ proprie* ἱρήϊα *dicuntur.* ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱρὰ καὶ τὴν πόλιν, Et templa et urbem cremarunt, vi. 96. *f.* ἱδρυνθέντα ἱρὰ ξεινικὰ, i. 172. *m. poteras cum Porto et aliis intelligere* Sacra constituta peregrina; *sed, quoniam verbo* ἱδρύειν *vel* ἱδρύνειν *in* Templis statuendis *propria veluti sedes est,* ἱρὰ ξεινικὰ *rectius ibi* Templa peregrinorum deorum *interpretaberis.* ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν, Sacra, *nescio quæ,* stramini triticeo illigata, et ex Hyperboreis Delum delata, *memorantur* iv. 33. *a. et f. ubi quidem de cruentis sacrificiis non agitur. Sed* θῦσαι τὰ ἱρὰ, i. 59. *a.* viii. 54. *m. est* Victimas mactare, Hostias immolare. (*conf.* Θύειν.) *Et* ἡ ἐξαίρεσις τῶν ἱρῶν (Exenteratio cæsarum hostiarum) ἄλλη σφι περὶ ἄλλον ἱρὸν κατέστηκε, ii. 40. *a. Itaque in extispicio dicuntur vel* καλὰ *et* χρηστὰ *vel* οὐκ ἐπιτήδεια *fuisse* τὰ ἱρὰ, v. 44. *extr.* ix. 36. *et* 37. *a.* (*Conf.* Καλλιερέειν.) *quibus in formulis* τὰ ἱρὰ *dicuntur quæ alibi* τὰ σφάγια, *ut* ix. 45. *a. m.* 61. *m. etc. Cui usui consentaneum mihi visum erat, ut* τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ, *quam* ab Ægyptiis ad Græcos pervenisse *ait Noster,* ii. 57. *extr. non* Divinatio in Templis, *sed* Divinatio per Victimas, per Extispicium, *intelligeretur. Vide Notata ad l. c. et conf. Ciceron. de Divin.* ii. 12. *Sic idem Noster* μάντιν *aliquem commemorat* εἴπαντα ἐκ τῶν ἱρῶν τὰ μέλλοντα ἐκβαίνειν, vii. 221. *m.*

3. *Ubi in rebus Scytharum ait Herodotus,* θυσίη ἡ αὐτὴ πᾶσι κατεστήκεε περὶ πάντα τὰ ἱρὰ ὁμοίως, iv. 60. *a. ibi* τὰ ἱρὰ *Latine vulgo* templa *reddunt, quod hactenus fieri poterat, ut non quidem* ναοὶ, *sed omnino* loca sacris faciendis destinata *intelligerentur. Wesselingius* res sacras sacrorumque ritus *intelligebat: equidem in* omnibus sacrificiis, *quod hactenus verum est, si* θυσίην *ibi non generatim* Sacrorum faciendorum, *sed* Mactandarum victimarum rationem *intelligas. Sed, quemadmodum* θύειν ἱρὰ *est* Mactare victimas, *sic et hic* ἱρὰ, *subtilius si spectes, eadem fuerint quæ mox* ἱρήϊα, *et* πάντα τὰ ἱρὰ *fuerint* Omnia victimarum genera; *nempe,* sive bos sit, sive equus, sive ovis; *nam, ut cap. extr. ait Scriptor,* θύουσι καὶ τἄλλα πρόβατα, καὶ ἵππους μάλιστα.

4. Libro ii. c. 63. *a. videri poterant duo hæc invicem opponi,* θυσίας μούνας ἐπιτελέουσι, *et* θυσίας καὶ ἱρὰ ποιεῦσι. *At ibi, verum si quæris, non differunt* θυσίαι μοῦναι *et* θυσίαι καὶ ἱρὰ, *sed a* ταῖς θυσίαις καὶ τοῖς ἱροῖς *distinguitur* ludicrum illud et subinde etiam cruentum certamen circa dei simulacrum, *quod continuo deinceps describitur. Quare ibi Latina nostra versio commodius in hunc modum refingetur:* Heliopolin et in Buto oppidum qui conveniunt, solum sacrificiorum solennia celebrant: at in Papremi oppido non solum, ut alibi, sacrificia celebrant victimasque mactant; verum etiam *etc.*

Ἱροργίαι, Cæremoniæ religiosæ, v. 83. *extr.* ἄῤῥητοι ἱροργίαι, Arcana sacra, ibid. *Utrobique quidem alii* ἱρουργίαι, *alii* ἱερουργ.

Ἱρὸς, ή, όν, (*comm.* ἱερὸς) Sacer. τά τε ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια (Sacra et profana) ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, viii. 109. *m. Construitur cum Genit. ejus dei vel deæ,* cui *aliquid* Sacrum *vel* Consecratum *habetur.* οὖρος ἱρὸν Μητρὸς Δινδυμήνης, Mons Matri Dindymenæ sacer, i. 80. *a.* αἱ βοῦς ἱραί εἰσι τῆς Ἴσιος, ii. 41. *a.* τὰς ἴβις, ἐούσας ἱρὰς, (*nempe* ἱρὰς Ἑρμέω) ἐς Ἑρμέω πόλιν θάπτουσι, ii. 67. *f.* ἱροὺς τούτους (τοὺς ἰχθῦς) τοῦ Νείλου φασὶν εἶναι, ii. 72. *f.* τοῦ Διὸς φασὶ εἶναι ἱρούς, ii, 75. *a.* Διὸς Στρατίου ἱρὸν μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος, v. 119. *m.* (*Et subintellecto vocab.* ἱρὸς, vi. 80. *m.* ἐπείρετο τίνος εἴη θεῶν τὸ ἄλσος. *Sic* ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστὶ, (*nempe* ἱρή.) ἅρμα Διὸς ἱρὸν, vii. 40. *m. f.* τὸ ἱρὸν ἅρμα τοῦ Διὸς, viii. 115. *f. Cum Dativo Personæ ejus quæ aliquid sacrum habet et tamquam Sacrum colit.* εἰσί σφι ἱροὶ (οἱ κριοὶ), Arietes apud eos sacri habentur, ii. 42. *f.* νοῦσον μεγάλην λέγεται ἔχειν ὁ Καμβύσης, τὴν ἱρὴν (Morbum sacrum) οὐνομάζουσί τινες, iii. 33. *f.*

Ἱρουργίαι, *vide* Ἱροργίαι.

Ἱροφάντης, ου, ὁ, Hierophanta, Sacrorum interpres et templi antistes. ἱροφάντης τῶν χθονίων θεῶν, vii. 153. *a. et m.*

Ἱρωσύνη, ης, ἡ, Sacerdotium. τῷ βασιλέϊ τεμένεα ἐξελὼν καὶ ἱρωσύνας, iv. 161. *f.*

ἱρωσύνας δύο, Διός τε Λακεδαίμονος καὶ Διὸς οὐρανίου, vi. 56. *a.*

Ἰσηγορίη, ης, ἡ, Æqua loquendi potestas, Æquabilitas juris. ἡ ἰσηγορίη ἐστὶ χρῆμα σπουδαῖον, v. 78. *a.*

Ἴσημι. *Quæ ad hoc thema vulgo referri solent, ea vide supra in* Εἰδέναι.

Ἰσθμὸς, οῦ, ὁ, *vide Indic. Rerum voce* Isthmus, *et* Ithome.

Ἶσις, ἡ, *Ægyptia dea, Genit. Ion.* Ἴσιος, *non* Ἴσιδος, ii. 41. *a.* 156. *f. Dativ.* τῇ Ἴσι, *contracte ex* Ἴσιϊ, ii. 59. *et alibi.*

Ἰσοκρατὴς, ὁ, ἡ, έος, Qui parem cum alio potestatem (Æquum cum alio jus) habet. ἰσοκρατέες ὁμοίως αἱ γυναῖκες τοῖσι ἀνδράσι, iv. 26. *f.*

Ἰσοκρατίη, ης, ἡ, Juris æquabilitas. ἰσοκρατίας καταλύοντες, τυραννίδας ἐς τὰς πόλις κατάγειν παρασκευάζεσθε, v. 92, 1.

Ἰσονομίη, (Juris æquabilitas) οὔνομα πάντων κάλλιστον, iii. 80. *f.*

Ἰσοπαλὴς, έος, ὁ, ἡ, Par in pugna, Æquo marte pugnans. μαχομένων σφέων καὶ γινομένων ἰσοπαλέων, i. 82. *m.* v. 49. *f.*

Ἰσόπεδος, ὁ, ἡ, Æque planus, Parem superficiem præferens. χοῦν γῆς ἐπεφόρησε, ποιέων τῇ ἄλλῃ γῇ ἰσόπεδον, iv. 201. *a. m.*

Ἰσόῤῥοπος, ου, ὁ, ἡ, Paris ponderis, Par viribus. τὸ γένος τὸ Ἀττικὸν ἐὸν ἰσόῤῥοπον τῷ ἑωυτῶν, *scil.* τῷ Λακεδαιμονίων γένεϊ, v. 91. *a.*

Ἴσος *et* Ἶσος, Par, Æqualis, Æquus. νῆσος ἴση (Pari magnitudine) τῇ τῶν Κυρηναίων πόλι, iv. 156. *f.* ὥστε καὶ ὁμοίων καὶ ἴσων ἐόντων, vi. 52. *m.* ὕψος ἴσον, Altitudo par *vel* æqualis, *nempe* latitudini, ii. 124. *f. Sed ibi aut ab Herodoto aut a librariis erratum est, nisi forsan* ἴσον *ibidem valet* Pro ratione, Pro portione.

ταῦτα μὲν ἴσα σφι πρὸς ἴσα γενέσθαι, Hæc ita ab illis gesta esse ut Par pari fuerit repensum, i. 2. *a.*

τῶν θεῶν τὰ ἴσα (*vel* ἶσα) νεμόντων, Si modo dii æqua *nobis* tribuerint, vi. 11. *f.* 109. *f.*

ἴσον, *neutrum adverbialiter sumtum*, Æque. ἴσον ἀπέχειν, Æque abesse, Pari intervallo abesse, viii. 132. *f.* ἐξ ἴσου, Ex æquo, vii. 135. *f. et alibi.*

ἐπὶ ἴσης, (*scil.* μοίρης *vel* τύχης) *et uno vocabulo* Ἐπίσης, Æquali, Pari ratione. ἐπ' ἴσης διαφέρειν τὸν πόλεμον, Pari fortuna, Æquo marte, bellum gerere, i. 74. *a.* τοῦτο μέν νυν ἐπίσης ἔχει, Hoc quidem Perinde est, vii. 50, 1. συμμάχους ἐπ' ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ ποιήσασθαι, Æqua conditione socios sibi adjungere, ix. 7, 1.

Ἱστᾶν, *i. q.* ἱστάναι. *Hinc* ἱστᾷ, Statuit, Erigit *caput hosti præcisum et palo infixum*, iv. 103. *f. Et Imperf.* στήλας ἵστα κατὰ τὰς χώρας, ii. 106. *a.*

Ἱστάναι, 1. Ponere, Statuere. ἱστάναι ἀνδριάντα, ii. 110. *m. et f. Not.* 2. Instituere. ἵστασαν χοροὺς, iii. 48. *f. ubi paulo ante* ἐποιήσαντο ὁρτὴν, *in eadem re.* εὔξατο τῇ Μητρὶ παννυχίδα στήσειν, iv. 76. *a.* 3. Adpendere, Ponderare. ἱστᾶσι σταθμῷ πρὸς ἀργύριον τὰς τρίχας, ii. 65. *m. f.*

Præt. perf. et plusquamperf. activum notione passiva vel reciproca. ἐν τῷ ἱρῷ ἕστηκε λίθινος, Positus est, Stat lapideus, Statuam habet lapideam. ἀντίοι ἕστασαν, (*per syncopen pro* ἑστάκεσαν) Stabant ex adverso, ix. 18. *a. Sic* τὴν πέριξ σφίγγες ἕστασαν, iv. 79. *a. Similiter Infinit.* ἑστάναι, (*pro* ἑστηκέναι *vel* ἑστακέναι) Stare, iv. 97. *m.* ix. 28. *a. m. Et pro* ἑστάναι *est* ἑστάμεναι, i. 17. *m. cum Var. Lect. et Not. Participium:* καὶ ὀρθοῦ ἑστεῶτος τοῦ κτήνεος, καὶ ὑπτίου, ii. 38. *a.*

Passivum. ἵππος ἵσταται ὀρθὸς, Stat erectus, ix. 22. *a.* τὸν ὑπὸ Δαρείου σταθέντα (Constitutum) ὕπαρχον, vii. 105. *f.* σταθέντα ἐς μέσον εἰρώτα, iii. 130. *a.* ἀγορὴ οὐκ ἵσταταί σφι, Non instituitur ab illis (*vel*, apud illos) concio populi, vi. 58. *f.* ἱσταμένου (*id est*, ἀρχομένου) τοῦ μηνὸς εἰνάτῃ, Ineuntis (Incepti) mensis dies nonus, vi. 106. *f.*

Medium. ἐστήσαντο ἤθεα καὶ νόμους, Instituerunt mores et leges, Moribus et institutis utuntur, ii. 35. *a. m.* πεντηκοντέρους στησάμενοι, ἐλόχησαν etc. *Opportuno loco* naves insidiis Locarunt, vi. 138. *a. ubi quidem* κτησάμενοι *præferunt alii.* τῇ στήσονται τὸν πόλεμον, Quo loco Instituturi (Incepturi) sint bellum, *sive rectius*, Quamnam sedem bello sint delecturi, vii. 236. *f. et* 175. *a. Sic* ἀβουλότατα πολέμους ἵστασθαι, vii. 9, 2. *a. ubi vide quæ mox subjiciuntur.*

Ἱστιᾶν, *vide* Ἑστιᾶν.

Ἱστίη, ης, ἡ, (*passim* ἰστίη, *leni spiritu, scribitur in cod. F. Vide Var. Lect.* iv. 68, 5. *et* 127, 16.) *Ion. i. q.* ἑστία. 1. Vesta dea, *quam* τῶν Σκυθέων βασίλειαν *nominat rex Scytharum*, iv. 127. *f.* 2. Domus, Ædes *quas quis habitat.* διξὰς ἱστίας οἴκεε, v. 40. *f.* ἱστίη οὐδεμίη νομιζομένη Γλαύκου, vi. 86, 4. 3. Familia. ὀγδώκοντα ἱστίαι ἔτυχον ἐκδημέουσαι, i. 177. *m.* 4. τὰς βασιληΐας ἱστίας ὀμνύναι *aut* ἐπιορκῆσαι, Per regios Lares jurare, *aut* pejerare, iv. 68. *a. et m. cum Not.*

Ἱστιητόριον, ου, τὸ, *i. q.* ἱστιατόριον, Cœnaculum, iv. 35. *extr.*

Ἱστορέειν, Inquirere, Percunctari, Sciscitari, Quærere, Interrogare. ἱστορέων εὑρίσκε, i. 56. *a.* εἴτε ἱστορεούσῃ, εἴτε καὶ οὔ, φράζει τῇ μητρὶ, i. 61. *a. m.* ἱστόρεον ὅτεῳ τρόπῳ περιγένοιτο, i. 122. *a.* ἐπ' ὅσον μακρότατον ἱστορεῦντα ἦν ἐξικέσθαι, ii. 34. *a.* iv. 192. *extr.* ἱστορέοντι λόγον οὐδένα ἐδίδου, iii. 50. *f.* ἐλιπάρεέ τε ἱστορέων, iii. 51. *a. m.*

Eadem notione construitur cum Accusativo Personæ. ἱστορέων αὐτοὺς ἥν τινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος, ii. 19. *f.* οἵ σφεας ἱστόρεον ὅ τι θέλοντες ἥκοιεν· καὶ ἅμα ἱστορέοντες τούτους *etc.* iii. 77. *m.* προσελθών μιν ἱστόρεεν ὅς τις ἦν, *Vit. Hom.* 22. *m.* *Videri etiam poterat (sicut compositum verbum* ἐξιστορέειν vii. 195. *b.*) *cum Accusativo Rei construi:* ἔλεγον δέ μοι οἱ ἱρέες ἱστορέοντι τὰ περὶ Ἑλένην, γενέσθαι (*scil.* αὐτὰ) ὧδε, ii. 113. *a. sed rectius ibi, cum Schæfero, post* ἱστορέοντι *incidetur oratio, non post* Ἑλένην, *ut græca ista his Latinis, verbum de verbo, respondeant:* Sciscitanti mihi dixerunt sacerdotes, res Helenæ sic se habere.

Semel apud Nostrum, nec tamen satis liquido, verbum ἱστορέειν *metonymica notione (quemadmodum frequenter* πυνθάνεσθαι) *pro* Cognoscere, Comperire, Accipere, Discere, *usurpatum poterat videri: nempe si* ἀκοῇ ἱστορέων, ii. 29. *a. interpreteris* Auditu accipiens; *quam in partem Æm. Portus,* Rumore famaque sciens, cognoscens, discens, *interpretatus est. At videndum, ne ibi vocab.* ἀκοῇ *a præcedente verbo* ἐπυθόμην *pendeat, nempe* ἱστορέων ἐπυθόμην ἀκοῇ, Auditu (fama) accepi percunctando.

Ἱστορίη, ης, ἡ, 1. Sciscitatio, Inquisitio, Exploratio. ἱστορίῃσι φάμενοι εἰδέναι (ταῦτα) παρ' αὐτοῦ Μενέλεω, Dicentes se hæc sciscitando cognovisse ex ipso Menelao, ii. 118. *a. Et paulo post,* τουτέων τὰ μὲν ἱστορίῃσι ἔφασαν ἐπίστασθαι, τὰ δὲ, παρ' ἑωυτοῖσι γενόμενα, ἀτρεκέως ἐπιστάμενοι λέγειν, ii. 119. *f. Conf.* Ἱστορέειν.

2. *Metonymice,* Ea quæ sciscitando vel inquirendo cognovimus. μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἡ ἐμὴ, καὶ γνώμη, καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσα ἐστί· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, ii. 99. *a. ubi vocabulo* ἱστορίη *significantur* Ea quæ *Herodotus* sciscitando ex aliis, *qui illa viderunt et comperta habuerunt,* cognovit; *quæ distinguuntur partim ab his,* Quæ ipse vidit, (*conf.* ii. 29. *a. quo de loco paulo ante dictum est*) *partim a* Sua *de rebus quibusdam* Opinione et Judicio, *partim denique a* Prisca fama, *sive* Rerum olim gestarum narrationibus quales apud Ægyptios circumferebantur, *quas* Αἰγυπτίους λόγους *dicit.* Ἡροδότου ἱστορίης ἀπόδεξις *in Præfat. lib.* i. *est* Earum rerum, quæ Herodotus vel sciscitando ab aliis vel proprio studio et observatione cognovit, expositio et explicatio. *Adeoque formula* ἱστορίης ἀπόδεξις *apud Nostrum idem valet quod apud sequioris ævi scriptores nudum vocabulum* ἱστορία *vel* ἱστορίαι.

3. *Ad usum hujus vocabuli apud sequioris maxime ævi scriptores pervulgatum proxime accedit quod legitur apud Nostrum* vii. 96. *a.* τῶν ἐγὼ, οὐ γὰρ ἀναγκαίῃ ἐξέργομαι ἐς ἱστορίης λόγον, οὐ παραμέμνημαι. *Id est:* Quorum ego nomina edere, (nec enim necesse est ad Historiæ rationem) supersedeo. *Scilicet* Historiæ ratio *non postulat, ut obscurorum hominum nomina, eorumque quorum nulla præclare facta exstant, memoriæ posterorum tradantur. Larcherus quidem h. l.* ἱστορίαν, *prorsus ut in Præf. libri primi,* Inquisitionem, Investigationem, *intelligebat:* "n'étant pas obligé à faire la recherche de leur nom:" *quam in sententiam sic scripturus fuerat auctor,* οὐ γὰρ ἀναγκαίῃ ἐξέργομαι (*sive potius,* ἐξέρχθην) ἱστορέειν σφῶν τὰ οὐνόματα. *Nunc ad formulam* ἀναγκαίῃ ἐξέργομαι *manifeste intelligitur infinitivus* παραμεμνῆσθαι, *quemadmodum* vii. 99. *a. ait,* τῶν μέν νυν ἄλλων οὐ παραμέμνημαι ταξιαρχέων, ὡς οὐκ ἀναγκαζόμενος, *nempe* παραμεμνῆσθαι αὐτῶν.

Ἴστω, Sciat, *vide in* Εἰδέναι.

Ἴσχειν, *i. q.* ἔχειν. 1. Habere, Tenere, In potestate habere. ἔσχε πᾶσαν τὴν Σάμον· ἴσχων δὲ (αὐτὴν) *etc.* iii. 39. *a. m.*

2. Tenere, Sustinere *onus.* τὰς νεοσσιὰς, οὐ δυναμένας ἴσχειν τὰ τῶν ὑποζυγίων μέλεα, καταῤῥήγνυσθαι, iii. 111. *f.*

3. Sistere, Cohibere, Retinere, Impedire ne quis progrediatur. ἴσχον βουλομένους ἐς τὸ πρόσω παριέναι, iii. 77. *f.* οὐ δυνατοὶ αὐτὴν (τὴν τῶν Λακεδαιμονίων νεότητα) ἴσχειν εἰσὶ μὴ οὐκ ἐξιέναι, ix. 12. *m.* κατὰ στεινὸν, ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν, ix. 13. *f. Eodem pertinet quod in edd. nonnullis legitur,* πολλαχῇ ἂν ἴσχον ἐμεωυτὸν, Sæpius me Continui, Cohibui, i. 42. *m. ubi nos quidem cum aliis* ἀνίσχον *prætulimus.* ἴσχε καὶ καταλάμβανε σεωυτὸν, iii. 36. *a.*

4. Dirigere *navem,* Adpellere aliquo. *Huc refert Portus verba ista,* ἀνήχθησαν καὶ ἴσχουσιν ἐπ' ἀκτῆς, *ex Vit. Hom.* 19. *extr. Alia huc spectantia vide in* Ἔχειν, *num.* 8.

Ἰσχία, τὰ, Ilia *interpretatus sum cum aliis,* vi. 75. *m. Rectius* Coxas *dicturus eram.*

Ἰσχναίνειν, Extenuare, Arefacere. ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἰσχνήσωσι κατάπερ Αἰγύπτιοι, iii. 24. *a.*

Ἰσχνόφωνος, ου, ὁ, ἡ, *i. q.* ισχόφωνος, Qui est hæsitante lingua, Obligatione linguæ laborans. παῖς ἰσχνόφωνος καὶ τραυλὸς, iv. 155. *a. ibique Not.*

Ἰσχυρὸς, ἡ, ὸν, Validus, Robustus, Firmus, Ingens, Gravis, Vehemens, *et similia.* σιτοδηΐη ἰσχυρὴ, Ingens, Gravis penuria rei frumentariæ, i. 94. *a.* ἄνευ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν, Absque valido necessitatis vinculo non solent firma manere pacta conventa, i. 74. *f.* αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι

πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται, Nimis graves ultiones *etc.* iv. 205. ἰσχυρὸς νόμος, Firma, Valida, Severa lex, vii. 102. *a.* γνώμη ἰσχυροτέρη καὶ ἀγνωμονεστέρη, Acrior, Fortior, Ferocior et Pertinacior sententia, ix. 41. *f.* ῥεύματα ἰσχυρὰ, Validi torrentes, viii. 12. *f.* τῆς χώρης ταύτης τὸ ἰσχυρότατον, Validissimus (Munitissimus) locus hujus regionis, i. 76. *a.*

τὸ πολλὸν ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι, In *hominum* multitudine positum esse Robur et Potentiam existimant, i. 136. *a.* ἐπειρώατο κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἀλλήλων, Vires suas invicem tentarunt, i. 76. *f.* κατὰ τὸ ἰσχυρὸν χαλεπὸν εἶναι περιγίνεσθαι, Vi et armis subigere *Græciam* difficile esse, ix. 2. *m.*

Ἰτέη, ης, ἡ, Salix, i. 194. *a.*

Ἰτέϊνος, η, ον, Salignus. μαντεύονσι ῥάβδοισι ἰτεΐνῃσι, iv. 67. *a.*

Ἴτυς, υος, ἡ, Labrum clypei ferreum: ἀσπίδας ἴτυς οὐκ ἐχούσας, vii. 89. *a. N.* ἀσπίδας κοίλας, τὰς ἴτυς μεγάλας ἐχούσας, ibid. *f.*

Ἰϋγὴ, ῆς, Clamor, Vociferatio. βαρβαρόφωνον ἰϋγὴν, iv. 43. *f. in orac.*

Ἰχθυοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, Pisci similis, Pisciformis. λεπίδος σιδηρέης ὄψιν ἰχθυοειδέος, vii. 61. *a.*

Ἰχθυώδης, εος, ὁ, ἡ, Piscosus, Piscibus Abundans. λίμνη ἰχθυώδης, vii. 109. *f.*

K.

K *usurpat Herodotus, Ionum more, pro* π, *in* κοῦ, κοτὲ, κοῖος, κῇ, et *similibus, pro* ποῦ, ποτὲ, ποῖος, πῇ, *etc.* K *pro* χ *ponit in* δέκομαι, *et compositis, in* κιθὼν, *in* πανTακῇ, *pro* δέχομαι, χιτὼν, πανταχῇ.

Literam κ *cum* β *imperite a librariis permutatam vide in vocab.* Θηκαῖος, *et conf. Not. ad* i. 52, 5.

Κάδος, ου, ὁ, Cadus, Doliolum. *Cambyses regi Æthiopum dono misit* φοινικηΐου οἴνου κάδον, iii. 20. *m.*

Καθαίρειν, Purgare, Lustrare, Expiare. Κροῖσός μιν ἐκάθηρε, i. 35. *a.* τὸν αὐτὸς φόνου ἐκάθηρε, i. 44. *a.* οὗτος ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον, i. 43. *a.* τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας, i. 64. *m. Notione primitiva,* Expurgare. τὴν νηδὺν ἀνασχισθεῖσαν καὶ καθαρθεῖσαν, iv. 71. *a.*

Καθαρμὸς, οῦ, ὁ, Expiatio, Piaculum, Sacrificium expiatorium. καθαρμὸν τῆς χώρης ποιεῖσθαί τινα, Lustrandæ (Expiandæ) terræ suæ causa immolare aliquem, vii. 197. *f. N.*

Καθαρὸς, ἡ, ὸν, Purus, *varia notione. Sic* Victima *dicitur* καθαρὴ τῶν προκειμένων σημηΐων, Pura respectu præscriptorum signorum, ii. 38. *m.* Fluvius fluens καθαρὸς, Limpidus, *opponitur* turbido, iv. 53. *a. m.* Homo οὐ καθαρὸς χεῖρας ἐὼν, Piaculo contaminatus, i. 35. *a.* καθαροὶ ἄρτοι *in sacrificio memorantur* ii. 40. *f.* Locus καθαρὸς, *est* Expeditus, Ubi nullum obstat impedimentum. *Sic* τὸ ἓν τῶν στομάτων τοῦ Ἀράξεω ῥέει διὰ καθαροῦ (*scil.* τόπου, Nullo obstante impedimento) ἐς τὴν Κασπίην θάλασσαν, i. 202. *m. N. nempe, alia ejusdem amnis orificia in paludes et lacunas exeunt. Similem in sententiam ait Noster,* ὥς σφι τὸ ἐμποδὼν ἐγεγόνεε καθαρὸν, vii. 183. *m. proprie,* Cum id quod obstiterat *tutæ navigationi,* jam redditum esset expeditum. *Conf. Not. ad* vii. 183, 8. καθαρὸς σρρατὸς *est* Expeditus exercitus, *nempe hac notione ut intelligatur* Cum ad iter faciendum tum ad pugnandum maxime idoneus et comparatus; *opponuntur quippe hæc duo,* ὁ καθαρὸς στρατὸς, et ὁ ἀχρήϊος, i. 211. *a. Similiterque* τὸ καθαρὸν τοῦ στρατοῦ, iv. 135. *m. distinguitur ab eis qui* οἱ ἀσθενέες τῆς στρατιῆς *ibid. paulo ante dicuntur.*

Καθάρσιον, ου, τὸ, et Κάθαρσις, ιος, ἡ, Lustratio, Expiatio. καθαρσίου ἐδέετο κυρῆσαι, i. 35. *a.* ἔστι παραπλησίη ἡ κάθαρσις τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Ἕλλησι ibid.

Καθάρσιος, ου, ὁ, Expiatorius, Expiator, Expiationis præses. ἐκάλεε Δία Καθάρσιον, i. 44. *a.*

Καθεύδειν, Dormire. καθεύδει ii. 95. *f. neglecto Ionismo, qui* κατεύδει *desiderabat.*

Καθῆσθαι, *vide* Κατῆσθαι.

Καθὼς, Sicut. κατὰ ταὐτὰ καθὼς, Eodem modo quo, ix. 82. *a.*

Καὶ 1. Ac, Atque, *post adjectiva et adverbia Similitudinis:* Πέρσαι (ἱππέες) τὴν αὐτὴν ἐσκευασμένοι καὶ ὁ πεζὸς αὐτέων, vii. 84. *a.* 86. *a.* Βουδῖνοι οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέονται καὶ Γελωνοὶ, iv. 109. *a.* Ἰωνικὴν ἐκλήθη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ *etc.* vii. 95. *a.* γνώμῃσι ἐχρέοντο ὁμοίῃσι καὶ σὺ, vii. 50, 2. *a. N.* τουτέων ἕκαστον ὁμοίως καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα, vii. 115. *m. f. In istis omnibus dictionibus, ante* καὶ *videri poteras subintellecta fuisse* ὡς *particula, quam etiam nunc adjectam præferunt plures mssti et editi libri* vii. 100. *m.* ἐπειρωτῶν ἑκάστας ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πεζὸν, *ubi tamen ex præcedentis vocabuli terminatione temere repetitam voculam judicarunt docti viri.*

2. *Ut aliis, sic et Nostro, familiaris usus est* καὶ *particulæ post* πολλὰ *pleonastice positæ. Sic* πολλά τε καὶ κακὰ πάσχειν ὑπ' αὐτοῦ iv. 167. *f.* πολλά τε καὶ ἀνάρσια, v. 90. *m. De alio usu ejusdem particulæ monui in Not. ad* v. 42, 15.

3. *Notemus denique usum hujusmodi.*

πέλας τε ὁ τόκος ἐστὶ, καὶ etc. Adest partus, et (nihil amplius sani superest) *id est*, Quando adest partus, tunc *etc.* iii. 108. *extr.* *νύξ τε ἐγένετο, καὶ Δαρεῖος ἐχρᾶτο τῇ γνώμῃ ταύτῃ*, Ut nox adfuit, iv. 135. *a.* *παρέρχονταί τε μέσαι νύκτες, καὶ ψύχεται τὸ ὕδωρ*, iv. 181. *extr.* *συγκεκόμισταί τε οὗτος ὁ καρπὸς, καὶ etc.* Simul atque collectus est hic fructus, jam (maturescit alter), iv. 139. *b.*

Καίειν, Incendere: *σβεννύναι τὸ καιόμενον πῦρ*, i. 86. *f.* *καίεσθαι τὰ περιέσχατα*, ibid. *Conf.* Ἀνακαίειν.

Καινοῦν, Novare, Novum quiddam moliri, ii. 100. *m.* *N.*

Καίριος, η, ον, Opportunus, Commodus. *εὕρισκέ τε* (sive *εὑρίσκεται*) *ταῦτα καιριώτατα*, i. 125. *a.* *καιρίη πληγὴ*, Letale vulnus. *καιρίῃ ἔδοξε τετύφθαι*, iii. 64. *f.* *ubi ex præced. verbo ἔπληξε supplendum vocab. πληγῇ.*

Καιρὸς, οῦ, ὁ, Opportunum tempus. *καιρός ἐστι seq. Infinit.* Tempus urget, Necesse est *ut hoc faciamus*, viii. 144. *extr.* *ἑτέρῃ αὐτῷ γνώμῃ ἐς καιρὸν ἠριστεύσατο*, Opportuno, Commodo tempore, vii. 144. *οὐκ ἂν εἰδείης εἴ τοι ἐς καιρὸν ἔσται ταῦτα τελεύμενα*, Nescis an Opportune tibi (Tuum in commodum) hæc sint exitura, i. 206. *a.*

Κακίζειν τινὰ, Ignavum adpellare aliquem, Ignaviæ accusare. *λοιδορέων τε καὶ κακίζων μιν*, iii. 145. *m.*

Κακόβιος, ου, ὁ, ἡ, Pauper, Misere vivens, iv. 95. *a.*

Κακόειν, *vide* Κακοῦν.

Κακὸν, οῦ, τὸ, Malum, Calamitas. *μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ*, iii. 53. *f.* (*conf. ἰᾶσθαι.*) *ἐκ κακῶν μεγάλων πεφευγότες*, Magnis malis defuncti, i. 65. *a.* *οὐ πολλὸν χρόνον ἄνεσις κακῶν ἦν, καὶ ἤρχετο τὸ δεύτερον γίνεσθαι κακὰ*, v. 28. *a.*

Κακόνομος, ὁ, ἡ, Pravis legibus utens. *κακονομώτατοι πάντων Ἑλλήνων*, i. 65. *a.*

Κακὸς, ἡ, ὸν, Ignavus in bello. *οὐ κακίστη γενομένη ἐν τῇσι ναυμαχίῃσι*, viii. 68, 1. *a.* *ἐόντι κακῷ τε καὶ ἀθύμῳ*, vii. 11. *a.* *Comparat.* *κακίων.* *οὐδαμῶς εἰσι κακίονες ἀνδρῶν*, vii. 104. *m.*

Κακοτεχνέειν ἐς τινὰ, Malis artibus uti adversus aliquem, vi. 74. *a.*

Κακότης, ητος, ἡ, 1. Pravitas, Malitia, Nequitia. *ἐς πᾶσαν κακότητα ἐλάσαι*, ii. 124. *a.* (*conf. ἐλᾷν.*) *ἐς τοῦτο ἐλθεῖν κακότητος*, ii. 126. *a.* *κακότητος ἐγγινομένης ἐς τὰ κοινὰ ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι κακοῖσι*, iii. 82. *m.* *οὐδεμιῇ κακότητι* (Nulla malignitate) *λειφθῆναι τῆς ναυμαχίης*, pugnæ navali non interfuisse, vii. 168. *f.*

2. Malum, Calamitas. (*τοῦτο*) *ἄρξειν Λακεδαιμονίοισι ἢ μυρίης κακότητος ἢ μυρίης εὐδαιμονίης*, vi. 67. *f.* *Sic τοῖσι Αἰγυπτίοισι πᾶσαν εἶναι κακότητα* ii. 128. *a.* *idem valet ac τὸν λεὼν τετρυμένον ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ*, *cap.* 129. *a.* *ἀναλαμβάνειν τὴν προτέρην κακότητα*, Calamitatem superiorem reparare, viii. 109. *a.* *m.*

Κακοῦν, Male facere. *οἱ κακοῦντες τὰ κοινὰ*, Qui male faciunt rei publicæ, iii. 87. *m.* *ἀνὰ χρόνον ἐκακώθησαν*, Mala perpessi sunt, v. 27. *m.* *ἐκακώθησαν καὶ οἰκοφθορήθησαν*, i. 196. *extr.* *μή σφι κεκακωμένοισι* (Calamitate adflictis) *ἐπιθέωνται*, vii. 191. *a.* *ὁ ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς*, viii. 68, 3. *Adde* vi. 26. *f.* *et* 27. *f.*

Κακῶς, Male. *χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς*, In fatis erat ut Infortunatus esset Candaules, i. 8. *a.* *m.* *ἐπεί τε ἔδεέ οἱ κακῶς γενέσθαι*, iv. 79. *a.* ix. 109 *m.* *Superlat.* *ἀπολωλέναι κάκιστα*, Pessime perire, ii. 181. *m.*

Καλάμη, ης, ἡ, *collective*, Stipula, Stramen. *καλάμης πλήσαντες τὸ πλοῖον*, i. 194. *a.* *m.* *et τὴν καλάμην ἀπ᾽ ὧν ἐκήρυξαν*, ibid. *m.* *f.* *ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν*, iv. 33. *a.* *et m.* *οὐκ ἄνευ πυρῶν καλάμης*, ibid. *f.*

Καλάμινος, Ex arundine confectus. *πλοῖα καλάμινα*, iii. 98. *f.* *οἰκίαι καλάμιναι*, v. 101. *a.* *ὀϊστοὺς καλαμίνους εἶχον*, vii. 61. *a.* *et* 65. *a.* *ubi et τόξα καλάμινα.*

Κάλαμος, ου, ὁ, Arundo. *καλάμου ἓν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται*, Unumquodque navigium ex uno arundinis genu conficitur, iii. 99. *f.* *ὅσαι τῶν οἰκιέων πλίνθιναι ἔσαν, καλάμου εἶχον τὰς ὀροφὰς*, v. 101. *a.* *ταρσοὺς καλάμων διαστοιβάζοντες*, i. 179. *a.* *m.*

Καλέειν, Nominare. *ἐκαλέοντο τό περ τε ἠνείκαντο οὔνομα καὶ νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων*, Eo nomine adpellabantur, quod et secum adtulerant, et quo etiam nunc adpellantur a finitimis, i. 173. *m.* *κεκλέαται*, ii. 164. *a.* *Ionice pro κέκληνται.* *ἐφάτισαν—Φοινικήϊα κεκλῆσθαι*, v. 58. *f.* *vide φατίζειν.*

Καλινδέεσθαι, Volutari, Vagari. *ἐν τῇσι στοῇσι ἐκαλινδέετο*, iii. 52. *a.*

Καλλιερέειν *vel* Καλλιερέεσθαι *dicuntur τὰ ἱρὰ eadem notione qua alibi* (*veluti* ix. 36. *et* 37. *a.*) *dicuntur καλὰ et ἐπιτήδεια γίνεσθαι τὰ ἱρὰ, scilicet, quando* Lætæ, Faustæ, Boni ominis sunt victimæ cæsæ; *quando* Litat (*quod Latine dicitur*) victima. *Sic, καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν ἐπορεύοντο*, ix. 19. *a.* *m.* (*ubi vide Not.*) *Et mox ibidem, ποιήσαντες δὲ καὶ ἐνθαῦτα ἱρὰ, ὥς σφι ἐκαλλιέρετο* (*nempe αὐτὰ*), *πρόσω ἐπορεύοντο.* *Frequenter vero omittitur nomen ἱρὰ, vel ex præcedentibus vel ex adjunctis subintelligendum.* *Sic Σπαρτιήτῃσι καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο*, vii. 134. *a.* *ὡς οὐκ ἐκαλλιέρεε τοῖσι Πέρσῃσι ὥστε μάχεσθαι*, ix. 38. *a.* *τοῖσι Ἕλλησι ὡς ἐκαλλιέρησε, ἀνῆγον τὰς νῆας*, ix. 96. *a.* *Similiter accipiendum istud quod ait* vi. 76. *m.* *ἐσφαγιάζετο αὐτῷ, καὶ, οὐ γὰρ οὐδαμῶς*

ἐκαλλιέρεε διαβαίνειν μιν, etc. nempe οὐκ ἐκαλλιέρεε τὰ ἱρὰ vel τὰ σφάγια ὥστε διαβαίνειν μιν.

Sed, ut Latine non solum Victima *vel* Hostia *dicitur* litans *sed et* Is qui sacra facit; *sic et (semel quidem) apud Nostrum* Ii qui sacra faciunt, καλλιερέεσθαι (Perlitare) *dicuntur:* ἐς τὸν (Στρύμονα ποταμὸν) οἱ Μάγοι ἐκαλλιερέοντο σφάζοντες ἵππους λευκοὺς, vii. 113. *f. ubi delendum comma post* ἐκαλλιερ. *vulgo intersertum; non enim* ἐκαλλιερέοντο οἱ μάγοι ἐς τὸν ποταμὸν, *sed* ἐκαλλιερέοντο σφάζοντες ἵππους λευκοὺς ἐς τὸν ποταμὸν, albos equos ita mactando ut sanguis illorum in fluvium influeret *vel* infunderetur.

Κάλλιστα, Pulcerrime. αἴθεται κάλλιστα, iv. 61. *m.*

Καλλιστεύειν, *i. q.* κάλλιστον *et* εὐειδέστατον εἶναι, Formosissimum esse, Forma præstare, i. 196. *a. m.* iv. 163. *f.* 180. *a. m.* viii. 124. *f.* Construitur cum *Genit.* καλλιστεύσει πασέων τῶν γυναικῶν, vi. 61. *f.* τῶν ἐπιβατέων τὸν καλλιστεύοντα, vii. 180. *a.*

Καλλονὴ, ης, ἡ, *i. q.* τὸ κάλλος, Pulcritudo. παχύτης ἡ αὐτὴ καὶ καλλονὴ, vii. 36. *m.* καλλονῇ προφέρει *seq. Genit.* iii. 106. *f.*

Κάλὸς, ἡ, ὸν, Pulcer, Bonus. καλὰ ἱρὰ *sunt* Læta, Boni ominis sacrificia (*vide* Καλλιερέειν). Καλὸν ὢν γίνεται *seq. Infinit.* Honestum igitur, Recte factum fuerat, vii. 11. *f.* καλὰ μεγάλα, *quorum* ἀπαθεῖς *sunt Massagetæ, intelliguntur* Commoda vitæ, i. 207. *f.* κάλλιστος *homo*, vii. 180. *b. non, ut Portus cum Valla, interpretatus est*, Fortissimus *intelligitur, sed* Pulcerrimus, Formosissimus. *Comparat.* καλλίων, Pulcrior, iii. 32. *f.* Neutrum κάλλιόν τι γεγόνασι, Honestius, Præstantius aliquid fuerint; *sive rectius*, Honestiore quodam loco nati, i. 146. *a. scil. idem quod* γενναιότατοι ibid. *m.*

Κάλος, ου, ὁ, *Ion. pro* κάλως, Funis. κάλον κατεῖναι, ii. 28. *f.* θύρη δεδεμένη κάλῳ, ii. 96. *f.* τῶν ἱστίων τοὺς κάλους, ii. 36. *f.*

Καλύβη, ης, ἡ, Tugurium, v. 16. *m.*

Κάλυξ, υκος, ἡ, *in plantis*, Folliculus *vel* Capsula, semen *vel* fructum includens, ii. 92. *m. N.* iii. 100. *a.*

Καλύπτρη, ης, ἡ, Tegmen, Operculum. καλύπτρας τῶν φαρετρέων ποιεῦνται, iv. 64. *f.*

Καλχηδόνιοι, *Ionica forma, scribitur apud Nostrum pro* Χαλκηδόνιοι. *Vide Var. Lect. et Not.* iv. 144, 1. *et* 6.

Καμάρη, ης, ἡ, Camera; Tectum vehiculum; *sive rectius*, Arca vel Domuncula vehiculo imposita, in qua tectus sedet is qui vehitur. ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι, i. 199. *a. Perperam olim* iv. 69. *a. Lex. Herod.* edebatur ἐπεὰν ἅμαξαν καμάρης φρυγάνων πλήσωσι, *ubi nos cum aliis nuperis editoribus, optimorum codicum auctoritatem sequentes, vocab.* καμάρης *abjecimus. Vide Not.*

Καματηρὸς, ἡ, ὸν, *i. q.* ἀσθενὴς, Debilis, Infirmus, Ægrotus. τοὺς καματηροὺς τῶν ἀνδρῶν, iv. 135. *a. pro quo mox ibidem* τοὺς ἀσθενέας τῆς στρατιῆς.

Κάμηλος, ου, ἡ, Camelus, i. 80. *a. iterumque* ibid. *m.* iii. 103. *a.* vii. 125. *a. et f.* τοὺς ἔρσενας τῶν καμήλων, iii. 105. *m. Porro sicut* ἡ ἵππος *non solum* Equum *feminam, sed et* Equitatum *significat, sic et* ἡ Κάμηλος *significat* Agmen camelorum, i. 80. *m. ubi* τῇ καμήλῳ ἕπεσθαι τὸν πεζὸν στρατὸν ἐκέλευε.

Κάμινος, ου, ἡ, Caminus, Fornax, Furnus. ἣν τὴν κάμινον εὕρῃς *etc.* iv. 164. *b.* (*conf.* ἐξοπτᾶν.) ὤπτησαν τὰς πλίνθους ἐν καμίνοισι, i. 179. *a.*

Κάμνειν, *metaph.* Dolere, Ægritudine adfici. τῷ πεποιημένῳ—ἔκαμνον μεγάλως, i. 118. *m.*

Καμπὴ, ῆς, ἡ, Flexus. ὡς ὁ ποταμὸς βραδύτερος εἴη, περὶ καμπὰς πολλὰς ἀγνύμενος, i. 185. *f. Conf.* Ἐπικαμπή.

Κάμπτειν, Flectere, Circumvehi, Circumnavigare. κάμψαντες Ἡρακληΐας στήλας, Flexo itinere per Herculeas columnas, iv. 42. *f.* κάμψας τὸ ἀκρωτήριον, iv. 43. *m.* κάμπτων τὴν ἄκρην, vii. 122. *b.* 193. *a. Etiam* Pedestris exercitus *memoratur* κάμπτων τὸν κόλπον, Circa sinum maris flectens iter, vii. 58. *f.*

Κάνθαρος, ου, ὁ, Cantharus. ἐπὶ τῇ γλώσσῃ κάνθαρον *habet Apis*, iii. 28. *f.*

Κάνναβις, ἡ, Cannabis, iv. 74. *a. Genit.* καννάβιος, iv. 74. *f. sed Accus.* κανναβιδα, ibid.

Καπηλεύειν, Minutam mercaturam exercere, i. 155. *f.*

Κάπηλος, ου, ὁ, Minutus mercator, Institor, Propola. κάπηλοι καὶ χειρώνακτες καὶ ἀγοραῖοι, ii. 141. *m.* 164. *a.* i. 94. *a. Per contemtum* rex Darius *ob avaritiam* κάπηλος est nominatus, iii. 89. *f. N.*

Καπνοδόκη, ης, ἡ, Fumarium *supra domum eminens.* iv. 103. *f.* ἥλιος κατὰ τὴν καπνοδόκην ἐστὶν οἶκον ἐσέχων, viii. 137. *f.*

Κάπριος, ὁ, ἡ, Apri formam habens. νῆες καπρίους ἔχουσαι τὰς πρώρας, Navium proræ aprorum formam referentes, iii. 59. *m. f.*

Κάπτειν, *vide* Ἀνακάπτειν.

Καραδοκέειν, Exspectare, intenta *potissimum* cura. καραδοκήσοντα τὴν μάχην ῃ πεσέεται, vii. 163. *f.* καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον ᾗ πεσέεται, vii. 168. *m.*

Καρπὸς, οῦ, ὁ, Fructus. καρπῶν ἀτελεῖς, Vectigalium immunes fructuum nomine pendendorum, vi. 46. *m. N.* ἀμπέλινος καρπὸς, *vide* Ἀμπέλινος.

Κάρτα, (*i. q. καρτερῶς, λίαν, σφόδρα*) Valde, Admodum, Vehementer. (*conf. Gregor. Dial. Ion.* §. 58. *et ibi Kœn. et Bast.*) *Sic opponuntur μετρίως θεραπεύειν τινὰ, et κάρτα θεραπεύειν*, iii. 80. *f. καὶ τὰ ἀνέκαθεν λαμπροὶ, ἀπὸ δὲ (τούτου)—καὶ κάρτα λαμπροὶ*, vi. 125. *a. θῶυμα μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, (i. e. κάρτα θαυμαστὸν)* viii. 37. *m. κάρτα ἥσθη Ξέρξης τῇ γνώμῃ τῆς Ἀρτεμισίης*, viii. 69. *m. κάρτα ἐδέοντο αὐτέων*, Magnopere illis opus habebant, viii. 3. *m. f. οἷα κάρτα δεόμενος*, viii. 59. *interpretatus sum* Enixe flagitans; *nescio an rectius alii*, Quippe vehementer cupiens, *scilicet* perfici rem.

Frequenter non solum καὶ particula, sed simul etiam τὸ articulus præponitur, atque ita augetur vis formulæ, ut valeat quod Latine dicimus Vel maxime, Quam maxime. *νομιζόμενος καὶ πρόσθεν εἶναι σοφὸς, ἀπὸ δὲ ταύτης γνώμης καὶ τὸ κάρτα οὔνομα (nempe σοφοῦ) ἔχων*, i. 71. *a. ἀπὸ τούτου ἐπὶ μᾶλλον ψύχει, ἐς ὃ—καὶ τὸ κάρτα ψύχει*, iii. 104. *extr. ὕδωρ—γίνεται χλιαρὸν,—ψυχρότερον· μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρὸν*, iv. 181. *f. ἡμεῖς ταύτην τὴν στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἴχομεν μετὰ χεῖρας*, vii. 16. 2. *f.*

Subinde videri poterat τὸ κάρτα idem fore sonare ac τὸ ἀληθὲς, τὸ ἀτρεκὲς, Verum, Certum, Id quod res est. *Sic ἐς ὃ δὴ καὶ τὸ κάρτα ἐπύθοντο*, i. 191. *extr. interpretatus sum*, Donec tandem verum resciverunt; *et εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα*, vi. 52. *m. his Latinis reddidi*, Potuisse quidem illam utique verum dicere. *Sed rectius utrobique formula τὸ κάρτα eadem notione, quam paulo ante exposui, accipietur. Scilicet* vi. 52. *non cohærent τὸ κάρτα λέγειν, sed καὶ τὸ κάρτα εἰδυῖα: scilicet*, Quam maxime, Optime, Pulcerrime noverat mater, et dicere hoc (*nempe, uter gemellorum prior natus esset*) potuerat. *Et* i. 191. *Babylonii ad extremum* Quam maxime (*nempe, ipsum hostem præsentem videntes*) cognoverunt captam esse urbem.

Henr. Stephanus Thes. Gr. Ling. T. II. p. 1593 *et seq. ait:* "Apud Herodotum *ἦ κάρτα* in responsione affirmativa, et *οὐ κάρτα* in responsione negativa."—*At equidem nec ἦ κάρτα nec οὐ κάρτα apud Herodotum usquam legere me memini.*

Καρτερὸς, ἡ, ὸν, Acer, Vehemens, Validus. *μάχη καρτερὴ*, i. 76. *f. ναυμαχίη καρτερὴ*, viii. 12. *f. ubi quidem κρατερὴ præferunt nonnulli. προσβολῆς γινομένης καρτερῆς πρὸς τὸ τεῖχος*, vi. 101. *m. τεῖχος καρτερὸν*, Validus murus, ix. 9. *b.*

τὸ καρτερὸν, Fortitudo, Virtus bellica. *δολώσας ἐκράτησας παιδὸς τοῦ ἐμοῦ, ἀλλ' οὐ μάχῃ κατὰ τὸ καρτερὸν*, Dolo vicisti, non vi et armis, i. 212. *m. Sic, σθένει κατὰ τὸ καρτερὸν ἀνασώσασθαι τὴν ἀρχὴν*, iii. 65. *f.*

Κάρτος, εος, τὸ, *i. q. τὸ κράτος. Sic τὸν τὸ μέγιστον κάρτος ἔχοντα edebatur olim* viii. 2. *m. quod teneri fortasse debebat; ut alibi quidem communem vocabuli formam κράτος constanter tenent libri omnes.*

Κάρφος, εος, τὸ, Festuca, Palea, Tenue ligni frustulum. *κάρφεα dicit Noster* Bacillos *illos sive* Convolutos tenues cortices, *quos* Cinamomum *vel* Cinamum *vulgo vocamus*, iii. 111. *a.*

Κασίη, ης, ἡ, Casia, *odoratus frutex et aroma. Vide lib.* iii. *cap.* 110. *tot. et* ii. 86. *m. ubi memorantur σμύρνη καὶ κασίη καὶ τὰ ἄλλα θυώματα πλὴν λιβανωτοῦ.*

Κασσίτερος, ου, ὁ, Stannum, iii. 115. *m. et f.*

Κάστωρ, ορος, ὁ, Fiber, Castor. *ἐνύδριες καὶ κάστορες καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα*, iv. 109.

Κατὰ, *præpositio, constructa* I. *cum Genitivo, significat*

1. Sub, Subter. *ἀφανίζεσθαι κατὰ τῆς θαλάσσης*, vii. 6. *m. f. καταδεδυκέναι κατὰ τῆς θαλάσσης*, vii. 235. *a. m.*

2. De, Desuper, Deorsum. *ἐῤῥίπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω*, viii. 53. *m. f. τὸν νέκυν κατὰ τοῦ τείχεος κατακρεμάσαι*, ii. 121, 3. *m. κατ' ἄκρης, vide in* Ἄκρη.

3. *κατὰ νώτου*, A tergo, i. 75. *f. ubi ms. Vat. quidem κατὰ νῶτα præfert. Sed κατὰ νώτου usurpavit etiam Thucyd.* iii. 108. Κατ' οἶκον, Domi *ediderat Gronov.* vi. 39. *m. consentientibus quatuor probatis codicibus, ubi quidem Wess. κατ' οἴκους reposuit.* Κατ' ἄλλων διεξέρχεται *ed. Schæf.* viii. 98. *f. ubi alii libri omnes κατ' ἄλλον præferunt. οἶνον κατὰ τοῦ ἱρηΐου ἐπισπείσαντες* ii. 39. *a. interpretatus sum* Adversus victimam; *H. Stephanus*, supra hostiam; *Gronovius*, Circa hostiam.

II. Κατὰ *præpos. frequentissime cum Accusat. construitur, varia atque varia notione, ita quidem ut Græca vocula plerumque Latinis* Circa *aut* Secundum *maxime respondeat, sed ut passim commodius etiam aliis atque aliis modis Latino sermone reddatur. Usurpatur autem*

1. *in significando Tempore. κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον*, Circa idem tempus, Eodem tempore, iii. 131. *f. κατὰ τὸν κατὰ Κροῖσον χρόνον*, i. 67. *a. κατὰ τὸν πρότερον πόλεμον*, ibid. *κατ' ἀρχὰς*, Initio, iii. 153. *b. κατὰ Ἄμασιν βασιλεύοντα, ἀλλ' οὐ κατὰ τοῦτον*, Regnante Amasi, non hoc regnante, ii. 134. *m. κατὰ τὴν Καμβύσεω νοῦσον* (Quo tempore ægrotabat Cambyses) *ἐγένετο τάδε*, iii. 120. *a.*

2. *In significando Loco. ὡς κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐγίνοντο*, Postquam Ad (Circa,

Prope) eum locum venerunt iii. 86. *a.* κατὰ τὠυτὸ γίνεσθαι, Una esse, iv. 119. *a.* (*ubi quidem intelligitur* In eadem esse sententia.) αἱ ἔχιδναι κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν εἰσὶ, iii. 109. *f.* κατέσχον τὰς νέας κατὰ Ταμύνας, vi. 101. *a.* κατὰ χώρην, In loco, Suo loco. (*vide* Χώρη.) εἶχε κατ' οἴκους, Domi se tenuit, vi. 39. *m. N.* ἐπεὰν κατὰ τοῦτο γένωμαι τοῦ λόγου, Quando ad illum locum (ad illam partem) narrationis meæ pervenero, vi. 19. *a.* Ἰέναι κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς προϊόντας, Ire ad alios, eundem versus locum; *sive* eadem via, qua alii præiverunt, ix. 53. *Similiter*, ἀποστείλας κατ' αὐτὸν, Misit (*eunuchorum fidelissimum*) eadem via qua ille iter direxerat, iii. 4. *m.* καὶ κατ' αὐτὸν ἄλλοι ἀνέβαινον, Et vestigia hujus legentes adscendebant alii, i. 84. *f. Rectissime forsan dixeris,* κατὰ τοὺς ἄλλους *et* κατ' αὐτὸν, *in locis proxime citatis, proprie idem valere ac* κατὰ πόδας (Secundum vestigia) τῶν ἄλλων, *et* κατὰ πόδας αὐτοῦ, *qua formula utitur Noster* ix. 89. *m.* οὗτος κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων.

Περιῆγον (αὐτὸν) κατὰ τοὺς θησαυροὺς, Circumduxerunt illum In thesauros; *sive distributive accipere malueris*, Per thesauros, *qui nempe plures erant regi*, i. 30. *a. Sic* κατοικημένοι κατὰ κώμας, Habitantes in vicis; *sive:* Passim per vicos distributi, i. 96. *a.* (*conf. mox num.* 3.)

Subinde usurpatur κατὰ *ubi agitur de uno Loco cum respectu ad alterum locum; ubi Latine redditur* Prope, *vel* Ex adverso, E regione. *Sic*, ἡ Πτερίη κατὰ Σινώπην πόλιν κειμένη, i. 76. *a. conf.* ii. 148. *a.* ii. 152. *a. cum Not.* ὡς δὲ κατὰ τοὺς φυλάσσοντας ἦν, ii. 121, 4. *a.* παρῆσαν κατὰ τοὺς πατέρας, iii. 14. *a. cum Var. Lect. et Not. Sic de his qui* In acie stant ex adverso hostium; ix. 27. *extr.* ix. 31. *a. et f.* (*ubi promiscue* κατὰ τοὺς *et* ἐναντία τῶν.) ix. 46. *a.*

3. *In distributione.* ἄποινά ἐστι δύο μνέαι κατ' ἄνδρα, Viritim, Per (In) singulos *vel* Pro singulis viris, vi. 79. *m.* ἐκ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους, viii. 113. *m. f. N. ubi non idem valet* κατ' ὀλίγους *ac nudum* ὀλίγους: *nempe* κατ' ὀλίγους *h. l. valet* ὀλίγους τινὰς ἐξ ἑκάστου ἔθνεος, Paucos de quoque populo, de quoque genere sociorum. τῶν ᾠῶν ἀποῤῥαίνουσι κατ' ὀλίγους τῶν κέγχρων, *id est*, ἀποῤῥαίνουσί τινας τῶν κέγχρων τῶν ᾠῶν κατ' ὀλίγους, Paulatim, Minutatim spargunt ovorum grana, Non multa simul, ii. 93. *a.*

4. *ubi agitur de eo quod* Consentaneum, Aptum, Adcommodatum *est ad alterum.* κατὰ νόμον, secundum legem *vel* morem, i. 61. *a.* vi. 52. *a.* κατὰ νόμους τοὺς ἐπιχωρίους, i. 35. *a.* ὥς οἱ κατὰ καιρὸν ἦν, Ut ei commodum erat, i. 30. *a. m.* κατὰ λόγον, Pro ratione, Ratione habita, i. 134. *m.* Rursus κατὰ λόγον, Merito, viii. 111. *m.* (*sed* κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, vii. 96. *a. intelligunt* Ob eandem rationem.) κατὰ τὸ χρηστήριον, Secundum oraculum, Ex oraculi præscripto, vii. 178. *f.* κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν, ii. 26. *a. Eodem referri possunt formulæ hujusmodi:* κατὰ ποταμὸν πλέειν *vel* πορεύεσθαι, i. 194. *a. et m.* iv. 44. *m. quod idem valet ac* κατὰ τὸν ῥόον τοῦ ποταμοῦ, ii. 96. *m. nempe* Secundum cursum fluvii, Secundo flumine iter facere. *Item* κατ' οὖρον, Secundo vento, Qua flat ventus, iv. 163. *f. N.*

5. *Porro* Κατὰ *cum Accusat. ponitur ubi significatur Modus quo aliquid fit aut sese habet.* κατὰ τοῦτο v. 33. *m. cum aliis interpretatus eram* Sic, *vel* Hoc modo; *at ibi quidem rectius* Propter hoc *intelligetur, ut in Adnot. monui. Sed* κατὰ ταὐτὰ vi. 53. *a.* vi. 31. *f.* v. 4. *a. et* κατὰ τὠυτὸ *haud dubie valent* Eodem modo. *Similiter* κατὰ τὰ, (*Ionice pro* κατὰ ταῦτα ἃ) *et brevius etiam* κατὰ (*pro* καθ' ἃ) *valent* Quemadmodum, *proprie* Secundum id quod. κατὰ τὰ ἤκουον, ii. 99. *a. N.* κατὰ τὰ συνεθήκατο, v. 112. *b. cum Var. lect. conf.* v. 11. *extr. cum Var. lect.* κατὰ ὑπέσχετο πρῶτα, i. 208. *a. consentientibus libris, nisi quod* καθὰ *præfert Arch. Sic iterum omnes* κατὰ ἡμεῖς διαιρέομεν, ii. 6. *a. et* κατὰ γὰρ ἐποίησε, ii. 116. *a. et* κατὰ συνεθήκαντο, iii. 86. *a.* (*Confer infra, num.* 9.)

Huic usui adfinis ille est, quo præpositio Κατὰ *ponitur in conferenda una re cum alia, ut* μέγαθος (τῷ δενδρέῳ τούτῳ ἐστὶ) κατὰ συκέην μάλιστα, Magnitudo hujus arboris fere eadem est quæ fici, iv. 23. *m.* ποταμοὶ οὐ κατὰ Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα, ii. 10. *m. f.* κατ' οὐδὲν, Quasi nihil, Fere nihil, ii. 101. *a. ubi vide Not. Nescio an eodem pertineant* ἁλὸς τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους, iv. 181. *a. quæ verba H. Steph. in ora sui Herodoti his Latinis reddenda censuit*, Frusta salis veluti grumi magni.

6. *Nominibus numeralibus præposita vocula* Κατὰ Circiter *significat.* κατὰ ἑξακόσια ἔτεα, κατὰ εἰνακόσια, κατὰ τὰ ὀκτακόσια, ii. 145. *f.* κατὰ πεντήκοντα ἔκτεινε, v. 79. *m.* κατὰ τριηκοσίας (νῆας), vi. 44. *f.* κατὰ πεντήκοντα, vi. 79. *m.* ἀπέθανον τῶν βαρβάρων κατὰ ἑξακισχιλίους, vi. 117. *a.*

7. *Frequenter apud Nostrum* Κατὰ *designat Objectum quod vulgo dicitur, id est Rem aut Personam de qua quæritur, aut ad quam pertinet id de quo agitur: quo fit, ut* Κατὰ *idem valeat ac* περὶ *præpositio cum Genitivo aut cum Accusativo constructa.* ἐπειρωτῶν τὸν κήρυκα κατὰ τὴν ἀπὸ Κορίνθου ἄπιξιν, *id est* περὶ τῆς ἀπίξιος, Sciscitans de adventu, *i. e.* de causa

cur advenisset, v. 92, 6. *m.* τὰ κατὰ Ῥηγίνους, vii. 171. *a. sunt* Ea quæ de Rheginis (περὶ Ῥηγίνων) memoraverat auctor. τὰ μέλλοντα γενέσθαι κακὰ κατὰ τὸν παῖδα, (*i. q.* περὶ τὸν παῖδα) i. 34. *a. Sic* οἷόν τι κατὰ τὰς ἐχίδνας (Quod ad viperas adtinet) ἠπιστάμην γίνεσθαι, iii. 108. *a.* κατὰ μὲν τὸν κρητῆρα οὕτως ἔσχε, i. 70. *extr. ubi forsan* τὰ κατὰ *malles; sed eodem modo ait* κατὰ μὲν τὴν Κροίσου ἀρχὴν—ἔσχε οὕτω, i. 91. *extr.* κατὰ Κᾶρας οὕτω Κρῆτες λέγουσι γενέσθαι, i. 171. *m. f.* τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Κύρου τελευτὴν—ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος λόγος εἴρηται, i. 214. *f.* κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω—τοσαῦτα ἐγένετο, ix. 113. *f.*

8. *Frequenter item* Κατὰ τοῦτο *significat* Hoc intuitu, Hoc respectu, Hoc consilio, *et denique* Propter hoc, *ut idem fere ac* διὰ τοῦτο *valeat, sicut Gallice dicimus* "Par rapport à cela" *pro* "A cause de cela." κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, Non aliam ob causam, i. 143. *a.* κατὰ τοῦτό μοι δοκέει σπεῦσαι τὸν γάμον, iii. 137. *f.* εἰσὶ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες, v. 3. *b.* κατὰ τοῦτο διεφθείροντο, vi. 44. *f.* κατὰ τὴν Λύκου ἐπωνυμίην Λύκιοι ἐκλήθησαν, i. 173. *m. non tam* Propter *cum Porto intelligendum, quam* Juxta, *vel* Cum respectu ad Lyci nomen. *Rursus vero,* ἐμήδιζον κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, (Nullam aliam ob causam,) κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν, viii. 30. *a.* κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, φοβεόμενος δὲ, ix. 109. *m. f. Adde* vi. 51. *f.* 60. *f.* vii. 142. *f.* 166. *b.* ix. 37. *f. et cet. Notemus porro formulas hujusmodi:* κατὰ τὴν τούτου προθυμίην τέθνηκας. (*i. q.* τῆς τούτου προθυμίης ἕνεκα.) τὸ δὲ κατὰ θεούς τε καὶ ἐμὲ περίεις, i. 124. *a. m.* οὐ κατὰ ταῦτα ἥκειν, Se non Hujus rei gratia (Ad hoc, Hoc consilio) venisse, vii. 136. *m.* ἀποπλέειν κατὰ βίου καὶ γῆς ζήτησιν, i. 94. *f.* κατὰ ληΐην ἐκπλώσαντες, ii. 152. *m.*

9. *Ad usum illum, quem supra (num. 5.) observavimus, quo* Κατὰ *indicat* Modum quo aliquid fit, *referendæ sunt formulæ hujusmodi, ubi* κατὰ *cum Substantivo, cui præponitur, vim habet Adverbii, aut ubi Græca præpositio Latinæ* Per *respondet. Sic* κατ' ἡσυχίην, Per otium, i. 9. *f.* κατὰ τάχος, *i. q.* ταχέως, i. 124. *extr.* vii. 178. *a.* κατὰ συντυχίην, Casu, Forte, ix. 21. *a.* 91. *a.* κατὰ δαίμονα, Forte, Fortuna, i. 111. *a.* κατὰ τὸ ἰσχυρὸν, Per vim, Vi et armis. (*vide sub* Ἰσχυρὸς *et conf.* Καρτερός.) κατὰ τὸ ὀρθὸν *i. q.* ὀρθῶς, vii. 143. *m. f. et id genus alia.*

10. τὸ κατ' ὑμέας, τάδε πάντα ὑπὸ βαρβάροισι νέμεται, Quantum in vobis erat, hæc omnia a barbaris possidentur; *i. e.* Si per vos stetisset, hæc omnia in barbarorum forent potestate, vii. 158. *m.*

11. κατὰ *præpos. cum verbo composita, subinde a verbo suo separatur; ut,* κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα, ix. 5. *f. Conf.* Κατακαίειν *et* Καταλεύειν.

Καταβαίνειν, Descendere. καταβήσομαι ἐς Ἰωνίην, Descendam in Ioniam, *nempe Susis profectus e superiore Asia* v. 206. *f.* (*Conf.* Ἐσκαταβαίνειν.) *Subinde vero* non de Descensu proprie dicto *usurpatur hoc verbum; sed, ubi agitur de homine* qui verba facit, *dicitur ille* καταβαίνειν, In oratione Progredi, Pergere, Convertere se ad aliud quiddam proferendum. λέγων δὲ ταῦτα, κατέβαινε αὖτις παραιτεύμενος, His dictis, rursus ad preces se convertit, i. 90. *m.* ἀρχόμενος ἀπ' ἀρχῆς—κατέβαινε ἐς λιτὰς (Descendit ad supplices preces) καὶ συγγνώμην ἑωυτῷ κελεύων ἔχειν, i. 116. *extr. ubi ad* καὶ κελεύων *iterum intelligendum* καὶ κατέβαινε κελεύων, *nam et alibi cum participio construitur id verbum. Sic rursus* κατέβαινε λέγων, Perrexit dicere, Postremo dixit, i. 118. *a.* λόγους ἄλλους ἐποιεῦντο, ἐς ὃ κατέβαινον συλλυπεύμενοι τῷ πάθεϊ, ix. 94. *a.*

Καταβάλλειν, 1. Dejicere, Evertere, Prosternere, *variis modis.* καταβαλεῖν αὐτῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν *olim edd.* i. 46. *a. at ibi rectius* καταλαβεῖν *dedere meliores libri.* τὰ οἰκήματα οὐ κατέβαλλε, i. 17. *m.* καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα, viii. 109. *m.* ἀμυνόμενοι κατέβαλλον πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ix. 63. *m. Metaphorice,* ἐξάρας με ὑψοῦ,—ἐς τὸ μηδὲν κατέβαλες, In nihilum abjecisti, depressisti, ix. 79. *a.* καταβάλλειν τοὺς χρησμοὺς, Rejicere oracula, Vim illorum infringere, ix. 77. *a.*

2. καταβάλλειν φάτιν, Spargere rumorem, i. 122. *f.*

3. *Ut apud alios Scriptores* καταβάλλειν ἀργύριον *significat* Deponere, Solvere, Pendere pecuniam, *sic Noster,* ii. 159. *f. ait* ἡ λίμνη (Mœridis lacus) ἐς τὸ βασιλήϊον καταβάλλει (Infert in regis ærarium) ἐπ' ἡμέρην ἑκάστην τάλαντον ἀργυρίου ἐκ τῶν ἰχθύων.

Κατάβασις, ιος, ἡ, Descensus *de* monte, vii. 223. *a.*

Καταβιβάζειν, *Transitivum τοῦ* καταβαίνειν, Curare *vel* jubere ut aliquis descendat, Deducere. *Cyrus* καταβιβάσας τὸν Κροῖσον ἀπὸ τῆς πυρῆς, i. 87. *m.* τοὺς ἐκ τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νῆα, viii. 119. *m.*

Καταβοᾶν τινὸς, Vehementer accusare aliquem. ἀγγέλους καταβωσομένους Λευτυχίδεω περὶ τῶν *etc.* vi. 85. *a.*

Κατάγαιος, ου, ὁ, ἡ, 1. Subterraneus. κατάγαιον οἴκημα, iv. 95. *f.* 96. *a.* οἰκήματα ἔκτηνται κατάγαια, iii. 97. *m.* θησαυροὶ κατάγαιοι, ii. 150. *m.*

2. Terrestris. *Hinc* στρουθοὶ κατάγαιοι,

Struthiones, iv. 192. *a.* *στρουθῶν καταγαίων δορὰς φορέουσι προβλήματα*, vi. 175. *m. Not.*

Κατάγειν, 1. Reducere. *τὸν ἡ Ἀθηναίη κατάγει ἐς τὴν ἑωυτῆς ἀκρόπολιν*, i. 60. *f.* *Sic* In patriam reducere, v. 30. *m.* 31. *a.* vii. 153. *b.* *τυραννίδας ἐς τὰς πόλις κατάγειν*, v. 92, 1. *κατῆγον αὐτὸν* vi. 75. *a.* *commode redditur* Domum revocarunt eum. 2. *κατάγειν νέα*, Adpellere navem *ad litus*, *ὡς εἶδον νέας πολλὰς καταχθείσας ἐς τὰς Ἀφέτας*, viii. 4. *a.*

Καταγελᾶν, Deridere, Irridere, Ludibrio habere, Illudere. *Cum Genitivo*, *κατεγέλασε τῶν Σικυωνίων*, v. 68. *a.* *Sed apud Nostrum frequentius cum Dativo.* *τῷ γάλματι κατεγέλασε*, iii. 37. *a.* *ἱροῖσι καὶ νομαίοισι καταγελᾶν*, iii. 38. *a.* *Πέρσῃσι καταγελᾶν*, iii. 155. *a.* *ἡμῖν καταγελᾶτε*, iv. 79. *m.* vii. 9. *a.* *N.*

Καταγέλαστος, ου, ὁ, ἡ, Ridiculus, Risum debens. *Πέρσας μὴ ποιήσῃς καταγελάστους γενέσθαι Ἕλλησι*, viii. 100. *m.*

[Καταγιάζειν. *Vitiose olim καταγιαζομένου legebatur*, i. 202. *a. m. pro καταγιζομ.*]

Καταγίζειν, Incendere *odores*, *etiam ubi non agitur de sacrificio.* *Sic ὀσφραινομένους καταγιζομένου τοῦ καρποῦ τοῦ ἐπιβαλλομένου (ἐπὶ τὸ πῦρ) μεθύσκεσθαι*, i. 202. *m.*

Sed præsertim in sacris faciendis locus est huic verbo. *καταγίζουσι* (*scil.* *αὐτὰ*, *nempe certas victimæ partes*) *πυρί*, ii. 47. *f.* *καταγίζουσι* (*nempe τὸ σῶμα τοῦ βοὸς*) *ἔλαιον ἄφθονον καταχέοντες· καιομένων δὲ τῶν ἱρῶν etc.* ii. 40. *f.* *θυμιήματα παντοῖα καταγίζουσι*, ii. 130. *a.* vii. 54. *a.* *Sic θυμίημα καταγιζόμενον*, i. 198. *καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα*, i. 183. *m.* *ἐπὶ πυρῆς μεγάλης σώματα ὅλα καταγίζων*, vii. 167. *m.* *Construitur cum Dativo ejus Dei cujus in honorem incenduntur odores aut crematur victima.* Cyrus rogo imponi jussit Crœsum, *ἐν νόῳ ἔχων ἀκροθίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὁτεῳδή*, i. 86. *a.*

Καταγινέειν, *i. q.* *κατάγειν.* *ἐξ ἱροῦ— τοὺς καταφυγόντας ἐκ τῆς μάχης καταγινέων*, vi. 75. *f.* Revocans (*sicut κατῆγον*, vi. 75. *a.*) *nempe*, simulans se illis veniam dare domum redeundi; *ἐξεκάλεε ait auctor ubi de eadem re agitur*, vi. 79. *a.*

Καταγινώσκειν, Judicare de *aliquo*, *vel* contra aliquem, Suspectum habere, Culpare. *οὐκ ἐπιτηδέα καταγνόντες κατ' ἐμεῦ*, vi. 97. *m.* *Passiv.* *καταγνωσθεὶς πρὸς αὐτέων νεώτερα πρήσσειν πρήγματα*, vi. 2. *f.*

Καταγνάφειν, *i. q.* *καταμύσσειν*, *καταξαίνειν*, Perfodere, Dilacerare. *πολλῷ μᾶλλον καταγνάφων (τὰς μήτρας)*, iii. 108. *f.* *ubi olim vulgo καταγράφων*, *paulo ante vero eadem notione ait ἀμύσσει τὰς μήτρας.* *Vide Var. Lect. et Not.*

Καταγνύναι, Frangere, Diffringere. *Præt. Med.* *κατέηγα*, *Ion. pro κατέαγα.* *Hinc δόρατα κατεηγότα*, Fractæ hastæ, vii. 224. *a.*

[Καταγράφειν, *vid.* Καταγνάφειν.]

Καταγωγή, ῆς, ἡ, Diversorium, *ubi requiescere et pernoctare possunt iter facientes.* *σταθμοὶ καταγωγέων πεντεκαίδεκα*, Mansiones diversoriorum quindecim, v. 52. *m.* *dein vero in fine ejusd. cap.* *καταγωγαὶ μέν νυν σταθμῶν τοσαῦταί εἰσι.* *Porro καταγωγὴ dicitur etiam* Locus quilibet (tectus, *puta*) ubi requiescere possis. *Sic in medio adscensu turrium templi Jovis Beli est καταγωγή τε καὶ θῶκοι ἀμπαυστήριοι*, i. 181. *m.*

Καταδαπανᾶν, Prorsus absumere. *ταῦτα τὰ χρήματα καταδεδαπάνητό σφι*, v. 34. *f.*

Καταδέειν, Obligare, Vinculis constringere, In vincula conjicere. *κατ' ὧν ἔδησαν ἑνὸς αὐτῶν μίτρῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς*, Obligarunt oculos, ii. 122. *m. et mox*, *τοῦτον καταδεδεμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς*, ibid. *f.* *καταδήσας τὰς λάρνακας εἶχε ἑτοίμας*, Obligatas, Vinculis constrictas arcas in parato habuit, iii. 123. *f.* *συνέλαβέ σφεας καὶ κατέδησε*, Comprehensos in vincula conjecit, iii. 143. *m.* *τοὺς ἄλλους κατέδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ*, *scil.* *δέσιν*, Reliquos vinxerunt supplicio destinatos, v. 72. *f.* *N. collata Nota ad* i. 109. *a.*

Metaphorice, Arguere, Condemnare *aliquem criminis admissi.* *ὅσοι μιν κατέδησαν φῶρα εἶναι*, ii. 174. *f.* *cui opponitur*, *ὅσοι αὐτὸν ἀπέλυσαν μὴ φῶρα εἶναι*, ibid. *paulo ante.* *Rursus*, *ἢν μὲν καταδήσωσι (αὐτὸν) ἐπιορκῆσαι*, iv. 68. *m.* *N. et mox ibidem*, *ἢν δὲ ἀπολύσωσι.*

Καταδέειν, Indigere, Carere, *ut ἐγὼ καταδέω τούτου significet* Hoc mihi deest. *Quo spectant locutiones hujusmodi:* *ἡ ἐς Πίσαν ἐξ Ἀθηνέων ὁδὸς καταδεῖ* (*sive καταδέει*) *πεντεκαίδεκα σταδίων ὡς μὴ εἶναι πεντακοσίων καὶ χιλίων*, ii. 7. *b.* *ἕνδεκα μυριάδες ἔσαν, μιῆς χιλιάδος καταδέουσαι*, ix. 30. *a.* *ὥστε τριήκοντα μυριάδων, καταδεουσέων τεσσέρων,—μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι*, ix. 70. *f.* *πυραμίδα ἐείκοσι ποδῶν καταδέουσαν τριῶν πλέθρων*, ii. 134. *a.* *Videri poterat etiam Impersonaliter positum hoc verbum eadem notione*, viii. 82. *f.* *δύο γὰρ νηῶν κατέδεε ἐς τὸν ἀριθμόν*: *sed ibi e superioribus verbis repetendus est Nominativus*, *τὸ ναυτικὸν κατέδεε etc.*

Καταδεικνύειν, *unde Aor. pr.* *καταδέξαι*, Monstrare, Ostendere, Docere. *τὸν Ταρτησσὸν οὗτοί εἰσι οἱ καταδέξαντες*, i. 163. *a.* *ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες*, i. 171. *m.* *Νεκῶ βασιλῆος πρώτου καταδέξαντος*, *scil.* *Λιβύην ἐοῦσαν περίῤῥυτον*, iv. 42. *a.* *Passivum:* *ἐκ τόσου κατεδέδεκτο ἐοῦσα οὐδὲν χρηστή*, vii. 215. *f.*

Κατάδηλος, ου, ὁ, ἡ, Manifestus, Compertus. ἐγένετο κατάδηλος (ὁ μάγος) τρόπῳ τοιῷδε, iii. 68. *a.* ἢ τὸν μάγον κατάδηλον ἐποίησε, iii. 88. *m. f.*

Καταδιδοῦν *vel* Καταδιδόναι, Defluere, Influere, Sese exonerare. ἡ Προποντὶς καταδιδοῖ (*i. q. alias* ἐκδιδοῖ) ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, iv. 85. *f.*

Καταδικάζειν, Condemnare. σεωυτοῦ καταδικάζεις θάνατον, i. 45. *m.*

Καταδοκέειν, Existimare, Cogitare, Opinari. ἤκουε τοὺς ἐναντίους λόγους ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε, i. 22. *m. c.* 79. *m. f.* viii. 4. *a.* οὐ γὰρ ἄν κοτε κατέδοξα ἔνθα ἦν, Numquam exputare potuissem unde ille esset, i. 111. *f.* εἰ ἐστὶ τὸν καταδοκέω ἐγὼ, *nempe* εἶναι αὐτὸν, Si hic is est, quem ego puto illum esse, iii. 69. *a.* πάγχυ σφέας καταδόξας—ταῦτα ποιέειν, iii. 27. *a. m.* πάγχυ σφέας καταδόξαντες εἶναι κλῶπας, vi. 16. *f.* καταδόξας σφέας ἐθελοκακέειν, viii. 69. *f.* ix. 57. *a.* *Reperitur cum Dativo constructum hoc verbum, loco Accusativi ut:* τοῖσι κατεδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν, Quos suspicabantur novum quidpiam molituros, ix. 99. *f.*

Κατάδουπος, ου, ὁ, Sonitus corporis ex alto decidentis. *Hinc* οἱ Κατάδουποι, Cataractæ Nili, ii. 17. *a.*

Καταδουλοῦν, In servitutem redigere, vi. 109. *a. m. et alibi. Item in Medio, activa notione,* καταδουλούμενοι τὴν μητρόπολιν, vii. 51. *m.* viii. 23. *a.*

Καταδραμεῖν, *vide* Κατατρέχειν.

Καταδρέπειν, Demetere, Destringere. τῶν δενδρέων τὰ φύλλα καταδρέποντες, viii. 115. *a. m.*

Καταδύειν *et* Καταδύνειν, 1. *Active,* καταδῦσαι, Demergere. τοὺς γαυλοὺς καταδύσας, vi. 17. *m. N.* κατέδυσε τὴν νῆα, viii. 87. *f. et* 88. *m. et* 90. *a. m.* ἀπὸ τῆς καταδυσάσης νηὸς, viii. 90. *m. Hinc Passivum:* ἡ Ἀττικὴ νηῦς κατεδύετο, viii. 90. *a.*

2. *Notione intransitiva,* Subire, Submergi: καταδύνων ἐς ὕλην, Inter fruticeta se abscondens, ix. 37. *m.* κατὰ τῆς θαλάσσης καταδεδυκέναι τὴν νῆσον, Mari submersam fuisse insulam, vii. 235. *a. m.*

Καταείδειν, Incantare. καταείδοντες τῷ ἀνέμῳ, Incantationibus placantes ventum, vii. 191. *a. N.*

Καταζευγνύναι, Adstringere, Constringere. εἰ ὑπ' ἀναγκαίης κατέζευχθε, viii. 22. *m.*

Καταθορέειν, *i. q.* καταθρώσκειν, Desilire. (*conf.* Ὑπερθορ.) καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, iii. 86. *f.*

Καταθρώσκειν, Desilire. καταθρώσκοντα τὴν αἱμασιὴν, vi. 134. *f.*

Καταθύειν πρόβατα, Mactare pecudes (*comedendi causa*), viii. 19. *m. f.*

Καταθύμιος, ίη, ιον, *i. q.* θυμήρης, κατὰ θυμὸν ἐὼν, Gratus, Acceptus, Animi sententiæ et desiderio nostro respondens. ἐούσης ταύτης (τῆς γυναικός) οἱ καταθυμίης, v. 39. *a. m.* Μαρδονίῳ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι, ix. 45. *m.*

Καταιδέεσθαι, Revereri. τὰ μὲν καταιδεόμενος ἡμᾶς, τὰ δὲ καὶ δειμαίνων, iii. 72. *m.* καταιδεόμενοι οἱ φύλακες ἄνδρας τοὺς Περσέων πρώτους, iii. 77. *m.*

Καταινέειν, Collaudare, Comprobare, Consentire. τοῦτον καταινέουσι βασιλέα σφίσι εἶναι, i. 98. *a.* καταινέσαντος ἐπὶ τούτοισι τοῦ παιδὸς, iii. 53. *f.* ἡμεῖς οὐ καταινέσαμεν, ἀλλ' ἀπείπαμεν, ix. 7, 1. *m.* τέλος δὲ καταίνεον, ix. 33. *f.* καταινέουσι καὶ ταῦτα, Etiam in hanc conditionem consenserunt, ix. 34. *f. pro quo mox* συνεχώρεόν οἱ, *cap.* 35. *a.*

Καταιρέειν, *Ion. pro* Καθαιρεῖν, 1. *i. q.* αἱρέειν, Capere, *nempe* Capere et abducere aut auferre. τὴν πέμπτην τῶν νεῶν κατεῖλον διώκοντες, vi. 41. *a.*, *ubi mox,* καὶ τοῦτον ἅμα τῇ νηῒ εἷλον. *Hinc Passivum:* εἰ τὰ χρήματα καταιρεθείη τὰ ἐκ τοῦ ἱροῦ, v. 36. *m. Et Medium:* φθάνει τὰ τόξα καθελόμενος, Rapit, Capit sibi arcum, Prehendit arcum; iii. 78. *a. ubi mox,* τῷ τὰ τόξα ἀναλαβόντι, *de eodem homine.*

2. Tollere, Evertere *imperium vel potentiam alicujus,* Profligare, Debellare *hostem,* E medio tollere. καταιρήσειν Κῦρόν τε καὶ τὴν Περσέων δύναμιν, i. 71. *m.* Κῦρος τὴν Κροίσου ἀρχὴν κατεῖλε, i. 95. *a.* Ἀστυάγεα καταιρέειν πειρήσονται, i. 124. *f.* μὴ καταιρέειν ἀλλήλους, ii. 147. *m.* ἐνεγράφησαν ἐν τοῖσι τὸν βάρβαρον κατελοῦσι, viii. 82. *m. Inde Passivum:* ἡ Ἀστυάγεω ἡγεμονίη καταιρεθεῖσα, i. 46. *a.* τῆς Δαρείου δυνάμιος καταιρεθείσης, iv. 137. *m.* Ἀπρίεω ὧδε καταραιρημένου, ii. 172. *a.* τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατείλομεν, Eurysthei injurias sustulimus, Finem illarum fecimus, ix. 27. *a. m.*

3. *Notabilis locus est,* μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι, vii. 50, 2. *m. ubi ego quidem, recordatus vocab.* πρήγματα *frequenter apud Nostrum idem valere ac* δύναμις, ἡγεμονίη, ἀρχὴ, (*veluti* i. 46. *a. et* vii. 50, 2. *a. proxime ante eum locum de quo quærimus,*) *verbum* καταιρέειν *eadem notione acceperam qua illud apud eundem Nostrum frequentatum paulo ante* (*sub num.* 2.) *vidimus, ut hoc dicat Herodotus,* Magna imperia, Magnam potentiam, *non nisi magnis* cum periculis Everti posse. *At alii, iidemque doctissimi viri, quos in Adnot. ad loc. cit. laudavi, sicut* ἀγῶνα *vel* ἀγώνισμα καθαιρεῖν *interdum significat* Peragere, Feliciter conficere certamen, *quam in sententiam etiam ipse Herodotus noster,* ix. 35. *a. composito verbo* συγκαταιρέειν *utitur, sic* μεγάλα πρήγματα καταιρέειν

hoc loco, Peragere, Conficere res magnas, *intelligunt*.

Καταιτιᾶσθαι, Accusare, Inculpare. ἀλλήλων ἅπτοντο καταιτιώμενοι, v. 92, 3. *f*.

Κατακαίειν, Comburere, Cremare. κατακαίουσι τοὺς μάντιας, iv. 69. *b*. κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδρην, viii. 33. *a*. κλίνας—καὶ κιθῶνας, νήσας πυρὴν μεγάλην, κατέκαιε, i. 50. *m*. ἐπεί τε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νηὸς, i. 50. *f*. τῶν ἐν Σάρδισι κατακαυθέντων ἱρῶν, vi. 101. *f*. ζῶντα κατακαυθῆναι, i. 86. *a. m*. ἡ οἰκίη κατεκάη πᾶσα, iv. 79. *a*. τὸν νηὸν κατακαέντα, i. 51. *a*.

Κατακαλυψάμενος, Tegens faciem, Velata facie, (quod alias συγκαλυψάμενος), vi. 67. *f*.

Κατακεῖσθαι, Decumbere. κατεκέατο, (*Ion. pro* κατέκειντο) ὀφθαλμιῶντες, vii. 229. *a*.

Κατακερτομέειν, Mordacibus verbis uti. κατέχαιρέ τε καὶ κατεκερτόμεε λέγων *etc*. i. 129. *a*. πολλὰ κατεκερτόμησέ μιν, ii. 135. *extr*.

Κατακηροῦν, Cera obducere, Cera circumlinere. κατακηρώσαντες τὸν νέκυν Πέρσαι γῇ κρύπτουσι, i. 140. *a*. κατακεκηρωμένον τὸ σῶμα, iv. 71. *a*.

Κατακλᾶν, Frangere. τὰ δόρατα κατέκλων, ix. 60. *m. f*.

Κατακλίνειν, Jubere recumbere. τοὺς Πέρσας κατακλίνας ἐς λειμῶνα, i. 126. *m*.

Κατάκλισις, ιος, ἡ, (τοῦ γάμου), Nuptiarum celebratio, vi. 129. *a. N*.

Κατακοιμᾶν *et* Κατακοιμίζειν, 1. *Notione transitiva*, Sopire, Cubitum mittere, Curare ut aliquis cubet vel pernoctet. ξεῖνόν τινα κατεκοίμησε ἐς Ἀμφιάρεω, *non ipse* pernoctavit, *ut temere in Latina nostra versione scriptum est, sed* Peregrino alicui persuasit ut is *sui causa* in Amphiarai ædem cubitum iret, viii. 134. *m*. *ubi alii quidem plerique* κατεκοίμισε. *Vide Var. et Not*.

2. *Notione intransitiva*, Dormire, Dormiendo transigere tempus. αὐτοῦ κατακοιμήσαντος τὴν φυλακὴν, Quum vigiliam dormiendo transegisset, viii. 134. *m. et mox iterum* τὴν φυλακὴν κατακοιμήσαντα, *consentientibus utrobique veteribus libris omnibus; ubi tamen* κατακοιμισ. *corrigunt docti viri, coll. Xenoph. Mem. Socr*. ii. 1, 30.

Passiv. Κατακοιμᾶσθαι, Cubare, Cubitum ire, Dormire. κατακοιμηθέντες ἐν τῷ ἱρῷ, i. 31. *f*. ὃς ἂν ὑπαίθριος κατακοιμηθῇ, iv. 7. *m*. *Sic* ἐγκοιμηθῆναι, viii. 134. *extr*.

Κατακοντίζειν, Jaculis confodere. Κατακοντιεῖ σφέας, Telis conficiet illos, ix. 17. *m*.

Κατακόπτειν, 1. Cædere, Occidere. κριὸν κατακόψαντες καὶ ἀποδείραντες, ii. 42. *f*. τῶν παίδων ἕνα κατακόψαι, i. 73. *f*. τοὺς καταφυγόντας κατέκοπτε, vi. 75. *f*. ὑπὸ Θρηΐκων κατακοπέντας κατ' ὁδὸν, ix. 89. *f*. 2. Minutatim concidere. *Hinc* κατακοπεὶς, Misere concisus, Dilaniatus, *sed etiam tunc vivus*, viii. 92. *a*. 3. κατακόπτειν χρήματα, Cudere nummos, iii. 96. *extr*.

Κατακούειν, *idem fere quod* ὑπακούειν, Dicto audientem esse, Parere. Ἀράβιοι οὐδαμᾶ κατήκουσαν ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι, iii. 88. *a*. *Conf*. Κατήκοος.

Κατακρατέειν, *absolute*, Vincere, Victoriam reportare. κατακρατήσαντα πολλὸν, Ingenti reportata victoria; Postquam longe superior discesserit, vii. 168. *m*. ὁ Πηνειὸς τῷ οὐνόματι κατακρατέων ἀνωνύμους τοὺς ἄλλους (ποταμοὺς) εἶναι ποιέει, Penei nomen victoriam obtinet, (manet,) reliqui fluvii nomina sua amittunt, vii. 129. *m*.

Κατακρεουργέειν, In frusta concidere veluti carnes. ἐς τοῦτο ἀντεῖχε μαχόμενος ἐς ὃ κατεκρεουργήθη ἅπας, vii. 181. *a. N*.

Κατακρίνειν, Decernere adversus aliquem, Condecorare. *Nullo aut incerto regimine*, ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον, κατέκριναν, ὡς τὴν φυλακὴν κατακοιμήσαντα, τῆς ὄψιος στερηθῆναι, ix. 93. *m*. *Cum Dativo, sicut* καταγελᾶν, καταδοκεῖν, *et id genus alia, quæ vulgo cum Genit. construuntur*. κατακεκριμένων ἤδη οἱ τούτων, ii. 133. *f*. τοῖσι κατακέκριτο θάνατος, vii. 146. *m*.

Κατακρύβειν, Abscondere, *i. q*. κατακρύπτειν, *si fides codici Med. et ex eadem familia aliis, in quibus* v. 92, 4. *m*. *scribitur* τὸ παιδίον φέρουσα ἀποκρύβει—ἐς κυψέλην. *Passim quidem Etymologus verbum* κρύβω, *idem ac* κρύπτω *valens, adnotavit*.

Κατακυλίειν, Deorsum volvere. κατακυλισθῆναι, Prolabi, Decidere, v. 16. *m. f*.

Καταλαβέειν *et* Καταλαμβάνειν, *Præt*. καταλελάβηκα. *Aor*. 2. κατέλαβον. *Fut*. καταλάμψομαι. *Aor. pr. Pass*. κατελάμφθην. *Omisso vulgatissimo hujus verbi usu, quo* καταλαμβάνειν τινα *is dicitur* Qui aliquem *aliquo in loco* Deprehendit, *aut, Facientem quidpiam* Offendit; *notabimus usus nonnullos Herodoto præ cæteris familiares. Scilicet*

1. τοῦτο καταλαμβάνει ἐμὲ, *aut* καταλαμβάνει ἐμὲ ποιεῖν *aut* πάσχειν τοῦτο, *significat* Hoc mihi accidit; Accidit mihi ut hoc faciam *aut* patiar. οἷα καταλελαβήκεέ μιν, iii. 42. *extr*. εἰ σφέας αἰεὶ καταλάμψεται μὴ ἀποδέκεσθαι, iv. 33. *m. f*. εἰ ὑμέας καταλελάβηκε ἀδύνατόν τι, ix. 60. *f*. εἰ μὴ κατελάμβανε τοὺς αἰελούρους τοιάδε, ii. 66. *a*. *et mox*, θεῖα πρήγματα καταλαμβάνει τοὺς αἰελούρους, ibid. *m*. τοῦ τὸν πατέρα κατέλαβε πρῆγμα τοιόνδε, ix. 93. *a*.

ἤν σφέας καταλαμβάνῃ οἷά περ (αὐτοὺς) κατέλαβε, Si eis accidisset id quod nunc accidit, ix. 104. *a. Sic* ἐσήμαινε Μαρδονίῳ τὰ καταλαβόντα, Mardonio significavit ea Quæ acciderunt, ix. 49. *a.* πρὸς τὴν καταλαβοῦσαν (*scil.* αὐτοὺς) συμφορὴν, iv. 161. *a.* ὅσα φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνειν, iv. 11. *f. N.* (*conf.* Ἐπίδοξος.) τοῦτον κατέλαβε κεῖσθαι *etc.* ix. 105. τοῦτον κατέλαβε εὐτυχίη τις, iii. 139. *m.* Ἰνταφέρνεα κατέλαβε—ἀποθανεῖν αὐτίκα, iii. 118. *a.* Στησαγόρεα κατέλαβε ἀποθανεῖν ἄπαιδα, vi. 38. *b. conf.* ix. 75. *f.* σφέας κατέλαβε ἐκλιπεῖν τὴν χώρην ὑπὸ ὀφίων, iv. 105. *a. Sic,* τὸν Κίμωνα κατέλαβε φυγεῖν, vi. 103. *a.* καταλελάβηκε ἐμὲ —τοῦτο ἐς ὑμέας ἐκφῆναι, iii. 65. *a. præeunte H. Stephano* (*in ora sui Herodoti*) *interpretatus sum* Eo redactus sum ut id apud vos efferam; *Valla reddiderat* Cogor efferre: *fortasse satis fuerat,* Incedit mihi in animum, *qua notione alias dicitur* ἐπῆλθέ μοι: *sed tamen major quædam vis inest isti formulæ* καταλελάβηκέ με, *veluti si Latine impersonaliter diceres* Invasit me, *id est,* Impetus invasit animum meum. *Commode Larcherus:* "je ne puis m'empêcher."

2. *Frequenter item apud Nostrum,* Καταλαμβάνειν *significat* Inhibere, Continere, Cohibere, Coërcere. *Sic* καταλαβεῖν (*perperam olim* καταβαλεῖν) αὐξανομένην τὴν δύναμιν Κύρου, i. 46. *a. ubi vide Not.* δυναμένους οὐκέτι καταλαβεῖν τὸ πῦρ, i. 87. *a.* (*pro quo est* τοῦ πυρὸς ἐπικρατῆσαι, i. 86. *f.*) κατελάμβανε τοὺς Αἰγυπτίους, ii. 162. *a.* (*id est,* κατέπαυε λόγοισι, ibid.) ἴσχε καὶ καταλάμβανε σεωυτὸν, iii. 36. *a.* τούτοισι αὐτὸν κατελάμβανε, His verbis eum inhibere conatus est, iii, 52. *f.* καί σφεας Ἀλέξανδρος κατέλαβε, v. 21. *m. id est* ἐπέσχε, *interprete Suida; nempe,* Continuit illos; Inhibuit illorum inquisitionem: *quo pertinet quod mox ibidem subjicitur,* ὁ τῶν Περσέων θάνατος οὕτω καταλαμφθεὶς ἐσιγήθη, Persarum cædes ita silentio compressa est. ἐρίζοντας Δαρεῖος κατελάμβανε, iii. 128. *a. et* καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς, Inhibere, Componere lites, vii. 9, 2. *m. N.* οἱ Θηβαῖοι κατελάμβανον τὸν Μαρδόνιον, Inhibuerunt *ulterius progredi volentem,* ix. 2. *a. N.*

3. ἀναγκαίῃ καταλαμβανόμενος, Necessitate adstrictus, ii. 65. *a.* πίστι τε καταλαβόντες (αὐτοὺς) καὶ ὁρκίοισι, ix. 106. *f. et mox iterum* τούτους δὲ καταλαβόντες ὁρκίοισι, ibid. *quemadmodum etiam legendum videtur,* iii. 74. *a. ubi vulgo simplex verbum* πίστι τε λαβόντες καὶ ὁρκίοισι.

4. Καταλαβέσθαι, Sibi sumere, Occupare, Capessere. τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατελάβοντο, τουτέων μνήμην ποιήσομαι, Quæ alii sibi (*commemoranda*) non sumserunt, Quæ alii non occuparunt, hæc ego commemorabo, vi. 55. *extr.* Μιλτιάδεα καταλαμψόμενον τὰ πρήγματα ἀποστέλλουσι, Miltiadem ad Capessendum (Suscipiendum) imperium miserunt, vi. 39. *a.*

5. *Vitiose olim* κατειλημμένος *legebatur, pro* κατειλυμένος, ii. 8. *m. et* κατειλημμέναι *pro* κατειλημέναι, ix. 70. *f.*

Καταλαμπτέος, ου, ὁ, Inhibendus, Reprimendus, Coërcendus. πρίν τι μέζον ἐξεργάσασθαί μιν κακὸν, καταλαμπτέος ἐστὶ ἡμῖν θανάτῳ, iii. 127. *extr.*

Καταλέγειν, Commemorare, *præsertim ubi* Plura *sunt quæ* Ordine *aut* Explicate *commemorantur; itaque subinde Latinis verbis* Recensere, Enarrare, Describere *reddi potest.* ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα χώρη, iv. 28. *a.* καταλέγων τῶν Σκυθέων τὴν ἀπορίην, iv. 83. *m.* ἐποίεε τὰ καταλεχθέντα, Fecit ea quæ commemoravi, iv. 95. *m. f.* τούτων οὐδὲν τῶν κατελέξαμεν, iv. 114. *m. f.* τουτέων τῶν καταλεχθέντων ποταμῶν, iv. 50. *a.* ἐθνέων, iv. 118. *a.* vii. 115. *f.* ὁ πρότερος αὐτέων καταλεχθεὶς, v. 52. *m. f.* τῶν κατέλεξα πολίων ἡγεμονεύειν αὐτὴν, vii. 99. *f. cf.* vi. 109. *extr.* vii. 115. *f.* τούτους τοὺς βασιλῆας καταλεγομένους ὀρθῶς ὑπὸ Ἑλλήνων, Horum regum quorum series recte recensetur a Græcis, vi. 53. *a.* καταλέγοντι τοὺς ἄνω ἀεὶ πατέρας, ibid. *f.* καταλέξει (*i. q.* γενεηλογήσει) ἑωυτὸν μητρόθεν, A matre genus suum repetet, i. 173. *f.*

Medium: καταλεγόμενος τὴν ἑωυτοῦ πάθην, Vit. Hom. *c.* 21. *m.*

Vitiose olim τάδε καταλεγόμενα *legebatur,* vi. 53. *a. pro quo oportebat* κατὰ ταὐτὰ λεγόμενα.

Καταλέειν, Molere, Comminuere, Locustas ad solem siccatas καταλέουσι, Comminuunt in pulverem, iv. 172. *a.*

Καταλείπειν, Relinquere. ὅκως ἔλθοι ἐς τὸ τεῖχος, τὴν στρατιὴν καταλείπεσκε (relinquere consueverat) ἐν τῷ προαστείῳ, iv. 78. *m.* καταλελειμμένος τοῦ ἄλλου στρατοῦ, De reliquo exercitu *ibi* relictus (*custodiendæ Ioniæ causa*) ix. 96. *m. f.*

Καταλεύειν, *i. q.* καταλιθοῦν, Lapidibus obruere, Lapidare. τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν, iv. 167. *a. et mox* οἱ Φωκαέες καταλευσθέντες ibid. *Rursus* ἐξαγαγόντες κατέλευσαν, v. 38. *a.* περιστάντες Λυκίδεα κατέλευσαν, ix. 5. *m. et mox* κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα, ibid. *f.* τὸν παῖδα ἐν ὀφθαλμοῖσι τοῦ πατρὸς κατέλευσαν, ix. 120. *extr.*

Καταλιμπάνειν, *i. q.* καταλείπειν, Relinquere. εἰπόντες ὅτι οὐ καταλιμπάνουσιν (αὐτὸν) ἤν ἐθέλοι συμπλέειν, Vit. Hom. 19. *f.*

Καταλίσκειν, Deprehendere *reum,* Convincere *delicti. Suspectum verbum, quod*

olim legebatur, ii. 174. *m. f. Vide* Ἁλίσκειν.

Καταλλάσσειν, Pacem conciliare *inter Litigantes.* Κορίνθιοι καταλλάξαντες, *nempe* τοὺς Θηβαίους καὶ τοὺς Πλαταιέας *vel* πρὸς τοὺς Πλαταιέας, vi. 108. *m. f. sic* Κορίνθιοι καταλλάξαντες (*nempe*, Hippocratem et Syracusios) vii. 154. *f.* κατήλλαξάν σφεας οἱ Πάριοι, v. 29. *a.*

Καταλλάσσεσθαι, Reconciliare se cum alio, Dirimere suas lites. καταλλάσσεσθαι τάς τε ἔχθρας καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλους ἐόντας πολέμους, vii. 145. *a.*

Minus recte olim ἀλλὰ καταλλάσσεσθε *legebatur* viii. 140, 1. *f. pro* ἀλλὰ καταλύσασθε.

Καταλογέειν, *vide* Κατηλογέειν.

Καταλύειν, Dissolvere. *Mitiorem in partem, idem valet ac* Dimittere. καταλύειν τὸν στόλον, Solvere (Missam facere) expeditionem, Dimittere exercitum, vii. 16, 2. *a.* τῶν ἄλλων καταλελυμένων στρατηγῶν, Dimissis reliquis ducibus, vi. 43. *a. Sic* καταλύσας τὴν διδασκαλίαν, Dissoluto (Omisso) ludo literario, *Vit. Hom.* 6. *f. Sed et tristiorem in partem ; ut idem valeat ac* Evertere, Tollere, Delere. ἐλπίσας καταλύσειν τὴν Κύρου βασιλητην, i. 54. *a.* μεγάλην ἀρχὴν καταλῦσαι, i. 53. *f.* 91. *m.* ἰσοκρατίας καταλύοντες, Tollentes juris æquabilitatem et libertatem civitatum, Tollentes respublicas, v. 92, 1. *a. Sic* τὴν βουλὴν καταλύειν, v. 72. *a. non nude significat* Dimittere senatum, *sed* Tollere senatum, Munus abrogare senatoribus. *Conf.* Καταπαύειν.

Construitur etiam hoc verbum cum Accusat. personæ et Genit. rei. Hinc in Passivo obtinet formula hujusmodi, τῆς ἀρχῆς κατελύθησαν, Exuti sunt imperium, Amiserunt imperium, i. 104. *f.*

Medium Καταλύσασθαι τινὶ, *i. q.* καταλύειν τὴν ἔχθρην πρός τινα, Deponere bellum cum aliquo, Pacem cum aliquo componere. καταλύσονται τῷ Πέρσῃ, ix. 11. *m. Et omisso dativo, sed subintellecto:* ἀλλὰ καταλύσασθε (*nempe* τῷ βασιλέϊ.) παρέχει δὲ ὑμῖν κάλλιστα καταλύσασθαι (αὐτῷ), viii. 140. 1. *f.*

Sed et καταλυσάμενοι τὰς ἔχθρας, Deponere mutuas inimicitias, In gratiam redire, vii. 146. *a. Conf.* προκαταλύειν.

Καταλύσας *perperam olim legebatur* vi. 140. *a. pro* κατανύσας.

Καταμανθάνειν τὴν βασιλέος στρατιὴν, Observare, Explorare exercitum regis, vii. 146. *a.*

Καταμαργέειν, *Ion. pro* καταμαργᾶν *vel* καταμαργαίνειν, Insanire. φθόνῳ καταμαργέων, Livore insaniens, viii. 125. *a. ubi olim* καταμαρπτέων. *Vide Var. Lect. et Not.*

[Καταμαρπτέειν, *vide* Καταμαργέειν.]

Lex. Herod.

[Καταμάχεσθαι, *vulgo interpretantur* Prælio vincere, Debellare. *Vitiosa vero est codicis nostri F. scriptura*, οὗτοι ἀπίκται καταμαχησόμενοι ἡμῖν περὶ τῆς ἐσόδου, vii. 209. *m. pro* οὗτοι ἀπίκαται μαχεσόμενοι.]

Καταμεθύειν, Inebriare. τούτους καταμεθύσαντες κατεφόνευσαν, i. 106. *m.*

Καταμετρέειν (σῖτον) τοῖσι ἐπικούροισι, Metiri frumentum (Certum frumenti demensum præbere) auxiliaribus, iii. 91. *f. quo de loco vide omnino quæ infra sub voc.* Μυριὰς *notamus.*

[Καταμήκης, *vocab. vitio creatum, quod interpretantur* Longus, Oblongus. *Nempe* καταμήκεα ξύλα παχέα *perperam olim legebatur* iv. 72. *m. pro* κατὰ τὰ μήκεα *etc.*]

Καταμηνύειν, Indicare, Significare. στήλη καταμηνύει διὰ γραμμάτων τοὺς οὔρους, vii. 30. *extr.*

Καταμιαίνεσθαι, Luctu squalere, In luctu et squalore esse, vi. 58. *a.*

Καταμύσσειν, Fodicare, Consauciare, Lacerare. μέτωπον καὶ ῥῖνα καταμύσσονται, iv. 71. *m. Conf.* Ἀμύσσειν.

Κατανάσσειν, Constipare. κατανάξαντες τὴν γῆν, vii. 36. *f. N.* (*Perperam a themate* κατανάγειν *repetiit H. Steph.*) *Conf.* Συννάσσειν.

Κατανέειν, Coacervare, Cumulatim adgerere et deponere. λιβανωτοῦ τριηκόσια τάλαντα κατανήσας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ἐθυμίησε, vi. 97. *extr.*

Κατανέμειν, Distribuere. τοὺς δήμους κατένεμε ἐς τὰς δέκα φυλὰς, v. 69. *f.*

Κατανεύειν, Nutu concedere, Adnuere, Concedere. ἀέκων κατανεύει, ix. 111. *a.*

Καταντίον, Contra, E regione. *Cum Genitivo :* καταντίον αὐτοῦ, vi. 103. *m. f.* τὸ δ' ἐστὶ Χαλκίδος καταντίον, vi. 118. *f.* ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, viii. 52. *a. Item cum Dativo :* Ἀβύδῳ καταντίον, vii. 33. *a.*

Κατανύειν, Perficere. κατανύσαι τὸν προκείμενον δρόμον, viii. 98. *m. Et, subintellecto accusativo* τὴν ὁδὸν Conficere, Absolvere viam, Pervenire. νηῒ κατανύσας ἐς Λῆμνον, vi. 140. *a. N. ubi olim* καταλύσας.

Καταπακτὸς, ἡ, ὸν, *i. q.* καταπηκτὸς, Depactus. θύρην καταπακτὴν, v. 16. *m. et f. interpretatur Portus fere cum Valla*, Januam bene compactam et firmiter obseratam ; *Gronovius* Depactam januam ; *nos* Plicatilem, *quod vereor ne non satis sit. Videtur Herodotus* januam *dicere* non erectam, *sed* humi stratam, et ita compactam, ut, quando clausa erat, cum reliquo tabulato in eodem plano esset.

Καταπατέειν, Conculcare, Pedibus conterere. καταπατηθῆναι ὑπὸ τοῦ στρατοῦ, vii. 173. *m. f.* κατεπατέοντο ὑπ' ἀλλήλων, vii. 123. *f.*

Καταπαύειν, Sedare, *et idem fere ac* καταλύειν, Evertere, Finem facere, Delere. καταπαύσαντα τὴν ἑωυτοῦ μεγάλην ἀρχὴν, i. 86. *a.* καταπαύσοντα τὴν Κύρου δύναμιν, i. 90. *f.* καταπαύσας Τυφῶνα, ii. 144. *f.* τοὺς τυράννους κατέπαυσε, v. 38. *m.* καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους, iv. 1. *m.* καταπαῦσαι Δημάρητον τῆς βασιληΐης, vi. 64. *m.*

Passiv. Ἀστυάγης οὕτω τῆς βασιληΐης κατεπαύσθη, i. 130. *a.* Λευτυχίδης Δημαρήτου καταπαυσθέντος διεδέξατο τὴν βασιληΐην, vi. 71. *a.* ἡ πρόμαντις ἐπαύσθη τῆς τιμῆς, Abrogatum illi est munus, vi. 66. *extr.*

Κατάπαυσις, ιος, ἡ, Eversio, Finis impositus, Abrogatio *imperii.* τυράννων κατάπαυσις ἐγένετο, v. 38. *m.* κατὰ Δημαρήτου τὴν κατάπαυσιν τῆς βασιληΐης, vi. 67. *a.*

Καταπειρητηρίη, ης, ἡ, Bolis, Plumbum exploratorium. κατεὶς καταπειρητηρίην, ii. 5. *f.* 28. *f.*

Κατάπερ, *Ion. pro* καθάπερ, Quemadmodum, ii. 131. *a.* 144. *a.* 145. *a.* 148. *f.* *et sæpe alibi.* κατάπερ εἰ δῆμοι εἶεν, Perinde ac si singuli populi essent, i. 170. *f.* κατάπερ ἐν Θήβῃσι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, Prorsus eodem modo quo Thebis, i. 182. *a.*

Καταπετᾶσθαι, Καταπέτεσθαι *et* Κατίπτασθαι, Volando descendere. τὰς ὄρνιθας καταπετεωμένας, iii. 111. *f. ubi alii* καταπταμένας, *alii vulgo* καταπετομένας.

Καταπηγνύναι, Depangere. σκόλοπας περὶ τὸ ἕρκος κατέπηξαν, ix. 97. *f.* στήλη καταπεπηγυῖα, vii. 30. *f. Conf.* Καταπακτός.

Καταπλάσσειν, Illinere, Oblinere. *Cum duplici Accusat.* τοῦτο, παχὺ ἐὸν καταπλάσσονται πᾶν τὸ σῶμα, Hac massa oblinunt totum corpus, iv. 75. *f. Cum Accus. et Dativo.* κατ' ὧν ἔπλασε τοὺς ὀφθαλμοὺς (τοῦ κροκοδείλου) πηλῷ, ii. 70. *m.* κατ' ὧν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ, ii. 85. *a.*

Καταπλαστὺς, ύος, ἡ, Id quod illinitur, Cataplasma, iv. 75. *f.*

Καταπλέειν, 1. *i. q.* simplex πλέειν, Navigare *aliquo.* καταπλεύσαντες ἐς τὴν Φωκαίην, i. 165. *a.* εἴτε καταπλέωσι ἐπ' Ἑλλησπόντου, ix. 98. *a.*

2. καταπλέειν τὸν ποταμὸν *videtur idem significare quod alibi* κατὰ ποταμὸν πλεῖν *vel* πορεύεσθαι. (*vide supra,* Κατὰ *num.* 4.) *Sic* ἐς Βαβυλῶνα καταπλεύσαντες τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, Secundo flumine Euphrate navigantes Babylonem; Euphrate fluvio Babylonem descendentes, i. 185. *m. nam quod ibi vulgo legitur* καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτην, *id ferri nullo pacto potest, et haud dubie abjicienda vocula* ἐς *est, quæ e præcedentis verbi terminatione temere irrepsit. Conf.* Καταπλώειν.

Καταπλέκειν, 1. Implicare. μὴ καταπλέξαι Τιμόξεινον προδοσίῃ, Timoxenum non implicare proditionis crimine, Proditionis litem ei non intentare, viii. 128. *f. ubi alii vulgo* καταπλῆξαι. *Vide Var. Lect. et Not.*

2. καταπλ. τὴν ζόην, Complicare *sive* Pertexere, *id est,* Finire vitam (*conf.* Διαπλέκειν) οὐκ εὖ τὴν ζόην κατέπλεξε, iv. 205. *a. idem quod* ἀπέθανε κακῶς, ibid. καταπλέξας τὴν ῥῆσιν, Postquam finem fecit dicendi, viii. 83. *b.*

[Καταπλήσσειν, Metu percellere. *Hinc* καταπλῆξαι *olim* viii. 128. *f. sed perperam positum pro* καταπλέξαι.]

Καταπλουτίζειν, Ditare, Divitem reddere. φὰς αὐτοὺς καταπλουτιεῖν, vi. 132. *m.*

Καταπλώειν, *i. q.* καταπλέειν, Navigare *aliquo.* καταπλώσαντες μακρῇ νηῒ ἐς Αἶαν, i. 2. *m.* ἐς τοὺς Ἕλληνας καταπλώσας, vii. 194. *f.* ἀνωτέρω Σάμου μὴ καταπλῶσαι, viii. 132. *f. Item, nulla mentione facta loci quo quis navigat:* ὁλκάδι καταπλώσας πλήρεϊ ἀνδρῶν, vii. 137. *m.*

Καταποντοῦν, Mari mergere, In mare dejicere. ἐς τὴν θάλασσαν προσαγαγόντα καταποντῶσαι Σμέρδιν, iii. 30. *extr.* ταύτην ἐκέλευε (αὐτὸν) καταποντῶσαι, iv. 154. *m. f.* μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν, i. 165. *m.*

Καταπορνεύειν, Prostituere. τὰ θήλεα τέκνα καταπορνεύουσι, i. 94. *a.* 196. *extr.*

Καταπρίειν, Serra secare. κορμοὺς ξύλων καταπρίσαντες, vii. 36. *m. f.*

Καταπροδιδόναι, Prodere, Deserere. εἰ οἱ μὲν καταπροδιδῶσι, (*nempe* ἡμᾶς), οἱ δὲ μὴ θέλωσι τιμωρέειν (ἡμῖν), vii. 157. *m. f.* καταπροδιδοὺς τοὺς Ἕλληνας, viii. 94. *m.* καταπροδόντες τοὺς συμμάχους, ix. 11. *a.* τὰς Τιτακὸς καταπροδιδοῖ Τυνδαρίδῃσι, ix. 73. *f.* ὑπ' Ἑλλήνων καταπροδιδόμενοι, ix. 7, 1. *m.*

Καταπροΐξασθαι, Impune facere *aliquid,* Impune ferre. *Construitur cum Participio.* τοὺς περιποιήσαντας (τὸν Κροῖσον) οὐ καταπροΐξεσθαι, iii. 36. *extr. N.* οὐ γὰρ, ἐμέ γε ὧδε λωβησάμενος, καταπροΐξεται, iii. 156. *f.* οὗτοι οὐ καταπροΐξονται ἀποστάντες, v. 105. *m.* οὐ καταπροΐξεαι ἀποτρέπων τὸ χρεὸν γενέσθαι, vii. 17. *f.*

Κατάπτεσθαι (*Ion. pro* καθάπτεσθαι) *verbum regens Genitivum, proprie significans* Tangere, Attingere; *deinde vero* 1. Adgredi, Invadere *aliquem.* τῇ σευ μάλιστα κατάπτονται οἱ ἐχθροὶ, Qua potissimum parte adgrediuntur te inimici, vi. 69. *m. f.* 2. Testari, Antestari, Testem invocare. θεῶν σε τῶν τε ἄλλων καταπτόμενος ἱκετεύω, καὶ τοῦ Ἑρκείου Διὸς τοῦδε, Deos omnes et hunc Jovem domus nostræ custodem testatus oro te, vi. 68. *a. N. qui usus verbi derivatus videri potest a more Tangendi vel aram vel ipsam etiam imaginem ejus dei cujus fidem testamur. Sed*

et eidem verbo locus est ubi quis Hominis alicujus Testimonium invocat. *ταῦτα ἔλεγε, Δημαράτου τε καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος*, Hæc dixit, Demaratum aliosque testes citans, viii. 65. *f.*

Καταραιρημένος *v. in* Καταίρειν *num.* 2.

Καταρᾶσθαι (*sive Ionico magis more* Καταρέεσθαι) Imprecari. *κεφαλῇ πολλὰ καταρησάμενος*, ii. 39. *a. m. et mox* ibid. *m. καταρέονται τῇ κεφαλῇ sive καταρέωνται, ut est in cod. F. Rursus τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται*, iv. 184. *a. m. ubi equidem eundem ducem secutus καταρέωνται edidi.*

Καταράσσειν, Præcipitem agere, Præcipitem propellere. *τοὺς λοιποὺς κατήραξαν ἐς τὸν* Κιθαιρῶνα, ix. 69. *extr. ubi olim κατήῤῥαξαν edd. Vide Not.*

Καταργυροῦν, Inargentare, Argento obducere. *καταργυρωμένους ἔχων τοὺς προμαχεῶνας*, i. 98. *extr.*

Καταρκέειν, *sequente Participio alterius verbi*, Sufficere ad aliquid faciendum. *χώρη οὐδεμίη καταρκέει πάντα ἑωυτῇ παρέχουσα*, i. 32. *f.*

Καταῤῥηγνύναι *vel* Καταῤῥήσσειν, Discerpere, Rumpere. *Medium: τοὺς κιθῶνας κατεῤῥήξαντο πάντες*, Disciderunt sibi tunicas, viii. 99. *m. N. Passivum: χώρη μελάγγαιος καὶ κατεῤῥηγνυμένη*, Terra nigra et Confracta, Rimis hians, Fragilis, ii. 12. *f.*

Passivum: καταῤῥήγνυσθαι ἐπὶ γῆν, prægnans verbum quod vocant Grammatici, Rumpi et in terram decidere, iii. 111. *f. καταῤῥηγνύμενοι οἱ κρημνοὶ*, Rupta et collapsa præcipitia *fossæ*, vii. 23. *m. χειμῶνα (λέγεται) καταῤῥαγῆναι*, Tempestatem *aiunt* irrupisse de cœlo et in terram incubuisse, i. 87. *m.*

Κατάῤῥυτος, ὁ, ἡ, Adlutus, Adluvioni ortum debens *terra*. *τὸ Δέλτα ἐστὶ κατάῤῥυτον*, ii. 15. *m.*

Καταῤῥωδέειν, (*Ion. pro κατοῤῥωδέειν*) Pertimescere. *Cum Accusat. καταῤῥωδήσας τὸν ὄνειρον*, i. 34. *m. ubi olim quidem κατοῤῥωδ. Vide Not. καταῤῥωδήσας (sic libri omnes) τὸ ἐξ οὐρανοῦ φάσμα*, vii. 38. *a.* ix. 46. *a.* 58. *m. f. καταῤῥωδηκότες τοὺς Πέρσας*, ix. 8. *f. Absolute, δρησμὸν βουλεύονται καταῤῥωδηκότες*, Metu perculsi, viii. 75. *f. οὕτω καταῤῥωδήκεε*, viii. 103. *m. καταῤῥώδηκε μὴ πλεῦνες συλλεχθῆτε*, ix. 45. *m.*

Καταρτᾶν, *unde* Κατηρτημένος, (*si proba scriptura, quam suspectam habuit H. Steph. in Thes. Gr. Ling. et post eum alii.*) Bene compositus, Bene ordinatus. *Κῶς ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη*, iii. 80. *a. ubi Stephanus quidem l. c. κατηρτισμένον scriptum oportuisse suspicatus erat, sed vulgatum tuentur libri omnes, atque etiam Stobæus, et is quidem non modo prout a Gesnero est editus, verum etiam in principe editione Veneta: quod eo moneo quoniam a Gesnero sæpius priscam scripturam ex edita apud Herodotum scriptura temere mutatam observari. Ista igitur si vera scriptura est, fuerit etiam* ix. 66. *m. (ubi nos cum aliis κατηρτισμένος edidimus) ex complurium codicum præscripto κατηρτημένος legendum*, Bene composito ordine, *id est*, Apte ordinato exercitu, Instructa acie *progressus est, quo etiam pertinet quod paulo post ait, οὕτω δὴ οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο. Cæterum conf. quæ ad locum citatum adnotavimus. Pro καταρτήσω vero quod* v. 106. *f. legebatur, commode καταρτίσω restituit Wess. Sed fortasse perinde et καταρτᾶν et καταρτίζειν eadem notione usurpavit Noster.*

Καταρτίζειν, Resarcire scissa, Restituere, Reconciliare; Concinnare. *κεῖνα πάντα καταρτίσω ἐς τὠυτὸ*, Ista omnia in integrum restituam, v. 106. *f. N. ubi olim quidem καταρτήσω edd.* Μίλητος *νοσήσασα στάσι, μέχρι οὗ μιν* Πάριοι *κατήρτισαν*, v. 28. *f. N. tum mox cap.* 29. *a. κατήλλαξαν δέ σφεας ὧδε οἱ* Πάριοι, *et iterum* Πάριοι Μιλησίους *κατήρτισαν, cap.* 29. *f. consentientibus libris omnibus. Conf.* Καταρτᾶν *et* Καταρτιστήρ.

Καταρτιστὴρ, ῆρος, ὁ, Conciliator, Moderator, Compositor litium. *τούτους καταρτιστῆρας εἵλοντο* Μιλήσιοι, v. 28. *f. ubi proxime deinde*, Κατήλλαξαν δέ σφεας ὧδε. *Inde Pollux* i. 153. *τούτους, ait, (nempe τοὺς διαλλάκτας) καταρτιστῆρας* Ἡρόδοτος *καλεῖ. Sic rursus Noster*, iv. 161. *m. ἐκ* Μαντινέης *καταρτιστῆρα ἀγαγέσθαι. Conf.* Καταρτίζειν.

Κατάρχεσθαι, *cum Genit.* Auspicari sacra, Lustrali aqua aut vino conspergere victimas aliisque cæremoniis fungi quæ jugulationem victimæ solent antecedere. *ἐπεὶ αὐτοῦ (scil.* Ἡρακλέος, *quem ἐξήγοντο ὡς θύσοντες τῷ* Διΐ) *πρὸς τῷ βωμῷ κατάρχοντο*, ii. 45. *m. Apud Scythas qui sacra facit, is victimam strangulat, οὔτε καταρξάμενος, (perperam alii κατευξάμενος,) οὔτ' ἐπισπείσας*, iv. 60. *f. N. θύουσι—τρόπῳ τοιῷδε· καταρξάμενοι, ῥοπάλῳ παίουσι τὴν κεφαλὴν*, iv. 103. *a. ubi in plerisque codd. duæ diversæ scripturæ καταρξαμ. et κατευξαμ. in unam καταρευξαμ. contractæ sunt. Usitata Græcis formula, κατάρχεσθαι ἱερῶν*, Auspicari sacra, *de qua vide Heyne Opuscula Vol.* i. *p.* 326. *et quem laudat Valckenar. ad Phœniss. vers.* 576.

Κατασβῆσαι, Exstingui, Exstinctum esse, iv. 5. *f. N. κατασβέννυμι, σβέννυμι, σβέω, σβῆμι, fut. σβέσω*, Exstinguo; *Aor. sec. ἔσβην, (sicut ἔβην, a præs. βῆμι) notione intransitiva aut passiva.*

Κατασιτέεσθαι, Comedere. *τὴν νοῦσο*

τελευτήσαντα οὐ κατασιτέονται, i. 216. *m.* *f.* iii. 38. *m.*

Κατασκευάζειν, Instruere. τοὺς ὄνους κατασκευάζειν, Rursus instruere asinos et onera illorum recte componere, ii. 121, 4. *m.*

ἱρὸν πλούσιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον, viii. 33. *f.* κατασκευὴ (*sive rectius*, σκηνὴ) χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ—κατασκευασμένη, ix. 82. *a.*

Κατασκευὴ, ῆς, ἡ, Adparatus, Supellex. *Xerxes fugiens reliquerat Mardonio* τὴν κατασκευὴν τὴν ἑωυτοῦ, ix. 82. *a. sed quod ibi continuo subjicitur*, Παυσανίην ὦν ὁρέοντα τὴν Μαρδονίου κατασκευὴν, *id utique vitiosum videtur, et* σκηνὴν (*non* κατασκευὴν) *ibi scriptum oportebat. Vide* Κατασκευάζειν.

Κατασκήπτειν, Cum impetu deferri, Ingruere, Incumbere. ἢν (ὁ κονιορτὸς καὶ τὸ φθεγγόμενον) κατασκήψῃ ἐς τὴν Πελοπόννησον, viii. 65. *m.* τοῖσι Λακεδαιμονίοισι μῆνις κατέσκηψε Ταλθυβίου, vii. 134. *a.* ὅτι κατέσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις, vii. 137. *a. m.*

Κατάσκοπος, ου, ὁ, Speculator, Explorator, i. 100. *f.* (*ubi junguntur* οἱ κατάσκοποί τε καὶ κατήκοοι.) ἐπιφοιτήσειν γὰρ κατασκόπους ἐποψομένους, i. 112. *m.* iii. 19. *a.* 123. *m.* 134. *f.* 136. *f. et sæpius alibi, præsertim ubi agitur de his* Qui res hostium explorant.

Κατασκώπτειν, Irridere, Cavillis et mordacibus dictis insectari *aliquem.* κατέσκωπτον Δαρεῖον καὶ τὴν στρατιὴν αὐτοῦ, iii. 151. *m.*

Κατασπᾷν, Detrahere, Deducere naves in mare. κατασπάσαντες τὰς νῆας, ἔπλεον παρὰ τὴν ἤπειρον, vii. 193. *a.*

Κατασπουδάζεσθαι, Rebus seriis intentum esse. εἰ ἐθέλοι (ἄνθρωπος) κατεσπουδάσθαι αἰεὶ, ii. 173. *f.* οὐδαμῶς κατεσπουδασμένος ἀνὴρ, ii. 174. *a.*

Κατάστασις, ιος, 1. Status, Constitutio, Conditio. Κορινθίοισι ἦν πόλιος κατάστασις τοιήδε, v. 92. 2. *a.* οὕτω δὴ ἀνθρώπου κατάστασις, Hæc est hominis conditio, ii. 173. *f.* ὅσα ἐν ἀνθρώπου φύσι καὶ καταστάσι ἐγγίνεται, viii. 83. *m.*

2. Constitutus ordo, Constituta *rerum gerendarum* ratio. ἐχρᾶτο δὲ καταστάσει (*sive* καταστάσι *suo more scripserat Herodotus*) πρηγμάτων τοιῇδε, ii. 173. *a.*

3. Aditus datus *alicui ad senatum vel ad populum; proprie*, Quando quis introductus Stat *coram senatu aut in concione populi*, Audientia *quæ alicui datur.* οἱ δέ σφι τῇ πρώτῃ καταστάσει ὑπεκρίναντο etc. iii. 46. *a. ubi paulo ante*, καταστάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, *et mox*, δεύτερα καταστάντες, *ibid.* συνέπιπτε ὥστε ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κατάστασιν, Accidit ut utrique simul in senatum essent introducti, viii. 141. *m.* τῇ προτεραίῃ (ἡμέρῃ) τῆς ὑστάτης καταστάσιος μελλούσης ἔσεσθαι, ix. 9. *a.*

Καταστεγάζειν, Tegere, Obtegere. ῥιψὶ καταστεγάζουσι (τὸν νέκυν), iv. 71. *m.*

Καταστέγασμα, τὸ, Tegmen, Tegumentum, Tectum. *Pleonastice dicit Herodotus* καταστέγασμα τῆς ὀροφῆς, ii. 155. *f. pro* ὀροφὴ καταστέγουσα, *nempe* τὸν μονόλιθον νηόν.

Κατάστεγος, ου, ὁ, ἡ, Tectus. *Sed* αὐλαὶ κατάστεγοι ii. 148. *a. m. videntur eadem esse quæ* αὐλαὶ περίστυλοι ibid. *f. nempe* Aulæ tectis porticibus circumdatæ. *Vide Not. ad* ii. 148, 12.

Καταστορέειν *et* Καταστρωννύναι, Prosternere. ἐσπεσόντες δὲ, κατεστόρεσαν αὐτέων ἑξακοσίους, ix. 69. *f.* ἐπεὶ δέ σφι πάντες κατέστρωντο, viii. 53. *f. ubi præcessit* τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον, *in re eadem.* ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι κατέστρωντο οἱ βάρβαροι, ix. 76. *a.*

Καταστρέψασθαι, Sibi subjicere, Subigere, Evertere et in potestatem suam redigere, τοὺς μὲν κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τοὺς δὲ, φίλους προσεποιήσατο, i. 6. *m.* ii. 182. *extr.* iii. 88. *a.* ταύτην (τὴν Νάξον) κατεστρέψατο πολέμῳ, i. 64. *m.* βουλόμενος καταστρέφεσθαι τοὺς μὴ δόντας αὐτῷ γῆν καὶ ὕδωρ, vi. 94. *m.* ὡς ταύτην ἔσχον, κατεστρέφοντο καὶ τὴν ἄλλην Μακεδονίην, viii. 138. *extr.* ἀπικόμενον τοῦτον καταστρέψεσθαι τοὺς ἐπιχωρίους, i. 78. *m. f.* τοὺς μὴ τὰ σὰ φρονέοντας ῥηϊδίως, καταστρέψεαι, ix. 2. *extr.* πρὶν Λυδοὺς καταστρέψασθαι, i. 71. *extr.* τοῦτον καταστρεψάμενος, i. 130. *extr.*

Passivum, notione passiva. ὡς οἱ Λυδοὶ κατεστράφατο ὑπὸ Περσέων, i. 141. *a.* ἤδη σφι ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ἦν κατεστραμμένη, i. 68. *extr.* Κύπριοι νεωστὶ καταστραμμένοι, vi. 6. *f.* ἀποστάντες δὲ, ὀπίσω κατεστράφθησαν, (*alii*, κατεστράφησαν) i. 130. *m.*

Καταστροφὴ, ῆς, ἡ, Subactio, In potestatem redactio. οὐ καταστροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων, ἀλλ᾽ ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγή, i. 6. *f.* κατὰ Ἰωνίης τὴν πρώτην καταστροφὴν, i. 91. *extr.* ἀπεπέμπετο ἡ στρατιὴ ἐπὶ Λιβύων καταστροφῇ, iv. 167. *f.* καταστροφὴν εὐπετέως αὐτέων ἐποιήσατο, vi. 27. *extr.*

Κατάστρωμα, ατος, τὸ, Tabulatum *navis*, viii. 118. *m.* 119. *m.*

Καταστρωννύναι, *vide* Καταστορέειν.

Κατασύρειν, Populari, Diripere, Vastare. ἐξαιρήσοντες τὰς πόλεις ὅσας πρότερον οὐ κατέσυραν, vi. 33. *m.* κατὰ μὲν ἔσυραν Φάληρον, κατὰ δὲ—πολλοὺς δήμους, v. 81. *f.*

Κατασφάζειν, Jugulare, Interficere. ἐπεὶ δέ σφεας εἷλε, κατέσφαξε, viii. 127. *m.* ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ, i. 45. *f.*

idem valet ac ἑωυτὸν κατασφάζει ἐπὶ τῷ τύμβῳ.

Κατασχεῖν, vide Κατέχειν et Κατίσχειν.

Κατασώχειν, Conterere. κατασώχουσι περὶ λίθον τρηχὺν κυπαρίσσου καὶ κέδρου, Conterunt in aspero lapide circumagentes ligni cypressi et cedri frusta, iv. 75. *m.* *N. et mox* τὸ κατασωχόμενον τοῦτο, παχὺ ἐὸν, ibid.

Κατατείνειν, 1. *Activa notione*, Tendere, Intendere, Extendere. κατέτεινον τὰ ὅπλα, Intenderunt rudentes, vii. 36. *m.* κατέτεινε σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας, (*proprie dicendum erat* ὑπέδεξε διώρυχας, κατατείνας αὐτὰς σχοινοτενέας, *sive commodius etiam*, κατέτεινε σχοίνους, ὑποδέξας διώρυχας σχοινοτενέας) Tensis funibus monstravit (designavit) fossas ducendas, i. 189. *f.*

2. *Passiva sive Intransitiva notione*, Extendi, Porrigi, Pertinere *ad aliquem locum.* γῆ κατατείνουσα ἐπὶ Ἀγγίτην, vii. 113. *b. ubi mox* τείνουσα ἐς τὸν Στρυμόνα, *eadem notione.* τῆς χώρης ποδεῶν στεινὸς ταύτῃ κατατείνει, viii. 31. *m.* παρῆκε αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρέων, παρὰ Ὑσιὰς, κατέτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν, Castra illius, incipientia ab Erythris, et præter Hysias porrecta, pertinebant usque in fines Platæensium, ix. 15. *m.*

Κατατέμνειν, Secare. ἡ πόλις κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας, Urbs secta est viis ad rectam lineam ductis; vias habet ad lineam sectas, i. 180. *m.*

Κατατήκειν, Emacerare, Colliquefacere, Consumere. *In cadaveribus ad condiendum præparandis.* ἡ κεδρίη ἅμα ἑωυτῇ τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα κατατετηκότα ἐξάγει (ἐκ τῆς κοιλίης) τὰς δὲ σάρκας τὸ λίτρον κατατήκει, ii. 87. *m.*

Κατατιθέναι, Deponere, Proponere. ἐς μέσον Πέρσῃσι καταθεῖναι τὰ πρήγματα, iii. 80. *a.* ἐς μέσον Κῴοισι καταθεὶς τὴν ἀρχὴν, vii. 164. *a.* (*Pro quo est simplex verbum*, πάντα ἐς μέσον ἔθηκε τῷ δήμῳ, iv. 161. *extr.*) ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι, (Deponere, Persolvere) τῷ θεῷ, ix. 120. *m.*

Medium. καταθέσθαι, Suum in usum aliquid deponere; Sibi in tuto ponere *aliquid, quod repetere, aut quo frui possis quando volueris. Hinc* καταθέσθαι κλέος, Certam sibi gloriam parare, Consequi gloriam, vii. 220. *f.* ix. 78. *a. Similiter,* χάριν *vel* χάριτα κατατίθεσθαι (τινὶ *vel* ἐς τινὰ), Deponere sibi, Collocare beneficium *apud aliquem*, Gratiam *apud aliquem* inire. δοκέοντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι, vi. 41. *m.*

Legebatur olim, nec male, παραθήκην (σφέας) κατατίθενται ἐς τοὺς ἐχθίστους, vi. 73. *extr. ubi alii quidem libri* παρατίθενται *dederunt. Vide Not.*

Κατατοξεύειν τινὰ, Sagittam in aliquem emittere, Sagittis configere. ἐλάμβανε τὸ τόξον, ὡς κατατοξεύσων αὐτὸν, iii. 36. *m.*

Κατατρωματίζειν, Vulneribus conficere. *Præt. pass.* κατατετρωματίσθαι, vulneribus confectum esse, vii. 212. *m.*

Κατατρέχειν, Decurrere, Cursu descendere. ἀπὸ τῶν ἄκρων καταδραμόντες, vii. 192. *a.*

Καταφαίνεσθαι, perspicue adparere. ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται εἶναι, Ut mihi fit manifestum; Ut mihi prorsus videtur, i. 58. *a.*

Καταφαρμάσσειν τινα, Veneficiis uti adversus aliquem. ὦ γύναι, κατά με ἐφάρμαξας, ii. 181. *m.*

Καταφερὴς, έος, ὁ, ἡ, *idem quod apud alios* κατωφερὴς, Declivis. εὖτε ἂν γίνηται καταφερὴς ὁ ἥλιος, Quando versus occasum declinat sol, ii. 63. *a. N.*

Καταφεύγειν, Profugere, Confugere. ἐς τὸ (ἱρὸν) καταφυγὼν οἰκέτης ὅτεῳ ἀνθρώπων, Quod in templum si confugit servus hominis cujuscumque, ii. 113. *m.* τοὺς καταφυγόντας ἐκ τῆς μάχης, vi. 75. *f.*

Καταφοιτέειν, *Ion. pro* καταφοιτᾶν, Descendendo frequentare. καταφοιτέοντες οἱ λέοντες τὰς νύκτας, καὶ λείποντες τὰ σφέτερα ἤθεα, Leones, relictis suis sedibus, noctu Descendere soliti, vii. 125. *a.*

Καταφονεύειν, Trucidare, Contrucidare. τούτων μὲν τοὺς πλεῦνας κατεφόνευσαν, i. 106. *m. Sic* i. 165. *f.* iii. 157. *m. et f.* πάντας σφέας καταφονεῦσαι, ii. 45. *m.*

Καταφορέειν, Deferre, Devehere. χρυσὸς καταφορεύμενος ὑπὸ ποταμῶν, iii. 106. *m. f. Pactolus fluvius,* ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τμώλου, v. 101. *m.*

Καταφράζεσθαι, Observare, Animadvertere. καί τις καταφρασθεὶς αὐτὸν ταῦτα ποιεῦντα, iv. 76. *m. Vide verbum simplex.*

Καταφρονέειν *apud Nostrum, Ionico more, idem fere ac simplex* φρονεῖν *significat*, Cogitare, Existimare. καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι, Existimantes Arcadibus se præstantiores esse, i. 66. *a. N.* καταφρονήσαντες ταῦτα, Hæc cogitantes, viii. 10. *m. N. Etiam* Cogitare de re quadam, Animo volvere. καταφρονήσας τὴν τυραννίδα, Cogitans de regno occupando, i. 59. *m. N.*

Καταφυγγάνειν, *i. q.* καταφεύγειν, Confugere, Fuga se recipere. οὗτοι δὲ, ὡς ἐδιώκοντο, καταφυγγάνουσι ἐς Μυκάλην, vi. 16. *a.*

Καταχαίρειν (τινὶ), Malo *alterius* gaudere. ἐόντι αἰχμαλώτῳ προσστὰς ὁ Ἅρπαγος κατέχαιρέ τε καὶ κατεκερτόμεε, i. 129. *a.* εἴτε εὐνοίῃ ταῦτα ἐποίησε, εἴτε καὶ καταχαίρων, vii. 239. *m.*

Καταχέειν, Colliquefacere, Conflare. καταχεάμενος χρυσὸν ἄπλετον, i. 50. *a. m. Conf.* Καταχύειν.

Καταχθόμενος τῷ ἔργῳ, (τὸ ἔργον *ms. F.*) Indolescens operis molestiam, Sub operis onere Ingemiscens, ii. 175. *f. ubi quidem* καὶ ἀχθόμενος *ex uno cod. Arch. edidit Wess.*

Καταχορδεύειν, Laminare, Secundum longitudinem minutatim dissecare. τὴν γαστέρα καταχορδεύων, vi. 75. *f. N. ubi paulo ante,* ἐπιτάμνων κατὰ μῆκος τὰς σάρκας, *de eodem facto furiosi hominis.*

Καταχοῦν, Obruere, Tegere, *proprie* injecta humo, *sed et* sabulo, telis, *aut aliis rebus.* ἐπεί τε ἐγίνοντο ἐν τῇ ψάμμῳ, πνεύσας ὁ νότος κατέχωσέ σφεας, iv. 173. *b.* ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ—κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες, Telis obruerunt, vii. 225. *f.*

Καταχρᾶν, *i. q.* ἀποχρᾶν, Dare *vel* Facere id quod satis est, Sufficere. ἀντὶ λόφου, ἡ λοφιὴ κατέχρα (αὐτοῖς), Loco cristæ ipsa juba *illis* sufficiebat, Juba præstabat illis usum cristæ, vii. 70. *f.* ὥς οἱ καταχρᾷ εἰ βούλονται Φωκαιέες *etc.* i. 164. *a.* οὐδέ οἱ καταχρήσει, ἡμέας καταστρεψαμένῳ, ὑμέων ἀπέχεσθαι, iv. 118. *m. id est,* οὐδέ οἱ καταχρήσει καταστρέψασθαι ἡμέας, καὶ *etc.*

Medium, Καταχρήσασθαι, Interficere. καταχρήσασθαι ἑωυτὸν, i. 82. *extr.* τὸν παῖδα κατεχρήσαο, Interfecisti puerum, i. 117. *a.* ἐπεὶ ἔμελλόν σφεας καταχρήσεσθαι, iv. 146. *m.* καταχρήσονται τὴν ὑποζάκορον, vi. 135. *m. Passivum,* Καταχρησθῆναι, Interfici, Supplicio adfici, ix. 120. *f.*

Καταχρυσοῦν, Inaurare. καταχρυσώσαντα αὐτὴν (τὴν βοῦν ξυλίνην) i. 129. *f.* νόμισμα μολύβδου καταχρυσώσαντα, iii. 57. *b.* τὴν κεφαλὴν (τοῦ τεθνεῶτος) καταχρυσοῦσι, iv. 26. *m.* (*ubi olim* ἀποχρυσ.) καταχρυσωμένους ἔχων τοὺς προμαχεῶνας, i. 98. *extr.* ἐν νηῷ μικρῷ ξυλίνῳ κατακεχρυσωμένῳ, ii. 63. *m. Conf.* Ἐπίχρυσος.

Καταχύειν, Profundere, Effundere. κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀροφοῖσι αἷμα μέλαν κέχυται, De summis tectis niger sanguis Defluit, vii. 140. *f. in Orac.* ὁ χῶρος ἐν τῷ αἱ ἄκανθαι (τῶν ὀφίων) κατακεχύαται, Locus ubi spinæ serpentum Effusæ (Ingenti multitudine passim coacervatæ) jacent, ii. 75. *a. ubi pro* κατακεχύαται *alii* κατακεχύδαται, *præferunt, quæ verbi formatio, a nobis licet in Adnot. ad loc. cit. improbata, simili exemplo* ἐσταλάδατο vii. 89. *extr. poterit defendi, quo in verbo non magis, quam in* κατακεχύδαται, *litera* δ *in locum literæ* σ *successit.*

Καταψᾶν, Contrectare, Demulcere. τὴν δὲ καταψῶσαν τοῦ παιδίου τὴν κεφαλὴν, vi. 61. *f.* θάλπουσαν *interpretantur veteres Grammatici. Vide Gregor. Dialect. Ion.* §. 158. *et ibi a Viris doctis adnotata.*

Καταψευστὸς, ἡ, ὸν, Fictus, Fabulosus. *Hinc Compositum* Ἀκατάψευστος, iv. 191. *extr. N.*

Κατεγχέειν, Infundere. τὸν φόρον—ἐς πίθους κεραμίνους τήξας κατεγχέει, iii. 96.

Κατεικάζειν, Conjectare, Existimare, Suspicari. ταῦτα οἱ βάρβαροι κατείκαζον, Sic judicabant barbari, vi. 112. *m.* καὶ πρὶν κατεικάζουσα (Suspicata, Conjectura adsecuta) τὰ γινόμενα, ix. 109. *m. f.*

Κατειλέειν, *proprie* Convolvere, Conglobare; *inde* Catervatim compellere *aliquo, et ibi* Includere. κατειληθέντες ἐς τὸ τεῖχος, i. 80. *extr.* ἐς τὸ ἄστυ, i. 176. *a.* ἐς Μέμφιν, iii. 13. *a.* ἐς τὴν ἀκρόπολιν, iii. 146. *extr.* ἐς τὰ ἄκρα τῆς Μυκάλης, ix. 107. *a.* κατειλήθησαν ἐς Διὸς ἱρὸν μέγα, v. 119. *m. et mox ibidem,* κατειληθέντες ἐνθαῦτα, Ibi conclusi, conglobati. κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσὸν, In Parnassum compulsi, Ad Parnassum conclusi, viii. 27. *m. Similiter* ἐν ὀλίγῳ χώρῳ πολλαὶ μυριάδες κατειλημέναι ἀνθρώπων, ix. 70. *m. f. N. ubi perperam olim* κατειλημμένοι *edd. et msst. Sic et* ix. 31. *f.* περὶ τὸν Παρνησσὸν κατειλημένοι *probati libri dederunt, ubi quidem vulgatum olim* κατειλημμένοι *præeuntibus duobus codd. Paris. defendit Gailius in Philol. t.* iv. *p.* 354. *sq.*

Κατειλίσσειν, Involvere, Circumvolvere. τὰς κνήμας ῥάκεσι φοινικέοισι κατειλίχατο, Crura circumvoluta habebant, vii. 76. *a.* (*conf. simpl.* Εἰλίσσειν.) *Similiter,* Obligare *vulnera.* τὰ ἕλκεα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατειλίσσοντες, vii. 181. *m. f. ubi temere* κατελίσσοντες *editiones nonnullæ.*

Κατειλύειν, Obvolvere, Contegere, Obtegere. ὄρος πέτρινον ψάμμῳ κατειλυμένον, ii. 8. *m. ubi alii quidem olim* κατειλημμένον *male.*

Κατειπεῖν (τί τινι), Denunciare, Renunciare alicui aliquid, i. 20. *b. Sed Ionico magis more* Κατεῖπαι, Denunciandi, Accusandi *notione,* ii. 89. *extr. ubi alii quidem* κατειπεῖν.

Κατειργνύειν *et* Κατειργνύναι, Compellere, *præsertim* in angustum locum ubi quis includatur. κατειργνῦσι (τοὺς βοῦς) ἐς μέσα τὰ φρύγανα, iv. 69. *a.* (*Conf.* Ἀπολλύναι.)

Κατειρύειν, *i. q.* κατερύειν, Detrahere, In littus Pertrahere *ex mari.* κατειρύσαντες ἐς τὴν Σαλαμῖνα τῶν ναυηγίων ὅσα ἐτύγχανε ταύτῃ ἐόντα, viii. 96. *a.*

Κατελίσσειν, *vide* Κατειλίσσειν.

Κατελκύειν τὰς νῆας, Deducere naves *in mare.* τῶν νεῶν καθελκυσθεισέων ἐς τὴν θάλασσαν, vii. 100. *m.*

Κατελπίζειν, *i. q. simplex,* Existimare, Sperare. κατήλπιζε εὐπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν, viii. 136. *f.*

Κατεπείγειν, Urgere. οὐδενός κω κατεπείγοντος ἥκειν, viii. 126. *m.*

Κατεργάζεσθαι, 1. Facere, Perficere, Conficere, Peragere. πρήγματα μεγάλα κατεργάσασθαι, v. 24. *a. m.* οἱ σοὶ δοῦλοι

τὸ ἔργον κατεργάσαντο, viii. 102. *m. Inde Passivum:* τάδε οἱ κατέργαστο, i. 123. *a. m. et paulo post,* κατειργασμένου δέ οἱ τούτου, *ibid.* κατεργασμένων τῶν πρηγμάτων, i. 140. *m. f.* τοῖσι δ' ἂν μὴ κατεργασμένον ᾖ τοῦτο, iv. 66. *a.* ἔργα ἡμῖν κατεργασμένα, vii. 26. *extr.* ἀρετὴ ἀπὸ σοφίης κατεργασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ, vii. 102. *a.* τουτέων τῶν τὸ πᾶν σφι ἤδη δοκεόντων κατεργάσθαι, viii. 100. *a. m. Aor. pr. Pass.* οὐκ ἐδύνατό οἱ κατεργασθῆναι, *nempe* τὸ πρῆγμα ὃ ἐβούλετο, ix. 108. *a.*

2. *Notemus peculiares nonnullos verbi hujus usus. Nempe, sicut Latino verbo* Conficere, *sic et Græco* Κατεργάζεσθαι *ea subinde vis inest, ut potissimum spectetur* Finis rei impositus. ὡς δὴ οὗτοί γε εὐπετέως κατεργασόμενοι, *scil.* τὸ πρῆγμα *vel* τὸ πᾶν, Quippe saltem hos facile Confecturos rem, Finem rei impositurος, vii. 211. *a.* ὑπεδέκετο ἑωυτὸν κατεργάσασθαι, Pollicebatur se sui (vitæ suæ) finem facturum, Se ipsum interfecturum, i. 24. *m.* (*quod alias* διεργάζεσθαι.) κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα viii. 100. *a. non significat quod Wess. Not. ad* vi. 102, 2. *ait,* Vastare Græciam, *sed* Græciæ (*id est,* potentiæ et libertati, rebus Græcorum) finem imponere, Debellare Græciam et prorsus Subigere. *Sic* κατεργασάμενοι τὴν (Περσέων) ἡγεμονίην, iii. 65. *f. possit fortasse intelligi* Finem fecerunt imperio Persarum, *sed et commode, ut nos reddimus, intelligi potuit* Sibi pararunt; *quemadmodum apud Xenophontem Socrates ait, Memorab.* iii. 6. *extr.* πειρῶ κατεργάσασθαι τὸ εἰδέναι ἃ βούλει πράττειν: *quo etiam pertinet quod apud Nostrum loc. cit. verbum* κατεργασάμενοι *respondet præcedenti* κτησάμενοι.

In verbis istis, χρόνῳ δὲ κατεργάσατο καὶ ἀνέπεισε Ξέρξεα, ὥστε ποιέειν ταῦτα, vii. 6. *a. cum aliis intellexeram* κατεργάσατο ἃ ἐβούλετο. Confecit id quod voluerat. *Sed rectius intelliges* κατεργάσατο τὸν Ξέρξεα καὶ ἀνέπεισε αὐτὸν, Vicit, Expugnavit Xerxem, (*quemadmodum dicimus* Expugnare aliquem precibus) et persuasit ei. *Similiter apud Xenoph. Mem.* ii. 3, 16. κατεργάσαιο τοὺς ἀνθρώπους *idem valet ac* ἕλοις, *quod ibi paulo ante legitur. Eodem pertinet quod apud Nostrum est,* ὡς δέ οἱ προσπέμποντι οὐκ ἐδύνατο κατεργασθῆναι, ix. 108. *a. ubi non intelligitur* τὸ χρῆμα, *sed* ἡ γυνὴ οὐκ ἐδύνατό οἱ κατεργασθῆναι, Mulier non potuit ab illo (sollicitationibus ac promissis illius) Expugnari, Vinci, Permoveri, Persuaderi. Σαρδὼ νῆσον κατεργάσασθαι, Sardiniam insulam Subigere; In (*regis*) potestatem redigere, vi. 2. *m.*

Κατέργειν, *Ion. pro* κατείργειν, Propellere, Compellere, Coercere. τοὺς περιγενομένους ἐς τὰς νέας κατέρξαν, In naves Compulerunt, et ibi coërcuerunt, Exscensione prohibuerunt, v. 63. *f. N.* κατέργοντες πολλὸν τοὺς Ἀθηναίους, In angustias cogentes, Arcte prementes, vi. 102. *a. N.*

Κατερείκειν, Discindere, Discerpere. τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντο, iii. 66. *a. conf.* Καταῤῥηγνύειν.

Κατερεῖν, *i. q.* κατειπεῖν, 1. Deferre nomen *alicujus,* Accusare. ἀλλά σφεας αὐτὸς ἐγὼ κατερέω πρὸς τὸν Μάγον, iii. 71. *extr.* 2. Declarare, Ingenue profiteri. πᾶν εἰς σὲ κατειρήσεται (ὑπ' ἐμοῦ) τὠληθὲς, vi. 69. *a.*

Κατερείπειν, Diruere, Destruere. κατὰ γάρ μιν (τὴν πόλιν) ἐρείπει πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, vii. 140. *m. in Orac.*

Κατερύειν, *vide* Κατειρύειν.

Κατέρχεσθαι, 1. Redire in patriam, *præsertim,* post exsilium. εἴ κως κατέλθοιεν ἐς τὴν ἑωυτῶν, v. 30. *a. m.* (*conf.* κατιέναι, *a* κάτειμι.) 2. κατέρχεται ὁ Νεῖλος, Descendit, Defluit Nilus *in agros; nempe, postquam auctus exsuperavit suas ripas,* i. 19. *a. m.*

Κατεύχεσθαι, Precari, *in bonam partem.* πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται εὖ γίνεσθαι καὶ τῷ βασιλέϊ, i. 132. *m. Absolute,* κατευξάμενοι, Deos precati, ii. 40. *a. et* iv. 172. *f.*

Κατεύξασθαι *et* κατάρξασθαι *subinde a librariis confusa vide supra voce* Κατάρχεσθαι.

Κατευωχέεσθαι, Laute epulari. ἑψήσαντες τὰ κρέα κατευωχέονται, i. 216. *m.*

Κατέχειν, 1. Potiri. ἵνα κατάσχῃ τὰ ἐν Σάμῳ πρήγματα, iii. 143. *f.* τὰ χρήματα Σάμιος ἀνὴρ κατέσχε, iv. 43. *extr.* μέλλων τὴν ἀκρόπολιν κατασχήσειν, v. 72. *m.* κατασχόντες ταῦτα τὰ χωρία, Locis hisce Potiti; Occupatis hisce locis, vi. 101. *a. cum Var. Lect. et Not. Tum in Medio:* κατασχέσθαι τὰ χρήματα, Sibi retinere, Intervertere pecunias, vii. 164. *f.*

2. κατέχειν τινὰ *videtur significare* Detinere, Morari aliquem, *in illis verbis* κατέχων πολλὸν τοὺς ἄλλους, vi. 129. *a. Certe Passivum,* ἐνθαῦτα κατεχόμενοι *haud dubie valet,* Ibi morati, Detenti, Retenti, viii. 117. *a.*

3. τοῦτο κατέχει αὐτὸν (*in Præs. tempore*) *idem valet ac* τοῦτο κατέλαβε *vel* κατείληφε αὐτὸν, Hoc illum tenet, Hoc illi accidit. Κροῖσος ἐπυνθάνετο τοιαῦτα κατέχοντα τοὺς Ἀθηναίους, i. 65. *a.* ταῦτα πρότερον ἐγεγόνεε τῶν τότε μιν κατεχόντων, vi. 40. *extr.* καταλάμβανε δέ μιν ἄλλα τῶν κατεχόντων πρηγμάτων χαλεπώτερα, vi. 40. *a.*

4. Κατέχειν *vel* κατίσχειν τὴν νῆα, *et nude* κατίσχειν, *aut* κατασχεῖν, Dirigere navem, Adpellere, *vide infra in* Κατίσχειν.

Κατηγέεσθαι, (*Ion. pro* καθηγεῖσθαι,) Præire, Ducere, Viam monstrare, Primum instituere aliquid, *et* Præeundo docere. *Construitur cum Dativo personæ:* ἡ Τιμῶ Μιλτιάδῃ κατηγήσατο, Timo Miltiadi viam monstravit; Docuit eum quid esset faciendum, vi. 135. *a. m. coll. cap.* 134. *a. m.* κατηγέοντο οἱ Σκύθαι τοῖσι Πέρσῃσι ἐς τοὺς χώρους, ἐς τὴν σφετέρην, Præiverunt Persis et quasi duxerunt illos, iv. 125. *a. m. et cap. extr.* ἐς τοῦτό σφι τὸ χωρίον κατηγήσατο Ἱππίης, In hunc campum Duxit illos Hippias, vi. 102. *f.* 107. *a.* κατηγήσασθαί σφι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας, Monstrasse illis viam quæ Aphidnas fert, Viam illis præivisse ad Aphidnas oppidum, ix. 73. *m.*

Alibi absolute ponitur, nempe subintellecto Dativo personæ. δέξαι (*scil.* αὐτοῖς) ἕκαστα καὶ κατηγήσασθαι, Cuncta monstrare et Viæ ducem esse, iii. 134. *f.* οἱ κατηγεόμενοι (*nempe* αὐτῷ), Viæ duces, vii. 130. *a.* οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο, Non amplius eodem ordine Præivit, ix. 66. *f.* οἱ Θηβαῖοι αἰεὶ κατηγέοντο μέχρι μάχης, ix. 40. *f.*

Κατηγέεσθαι *cum Dativo personæ et Accusat. rei:* ἄλλας κατηγεόμενοί σφι ὁδοὺς, Ducentes illos per alias vias, ix. 104. *f.* τὸ ἕρμα σφι κατηγήσατο Πάμμων, Scopulum illis Indicavit Pammon; Viam illis monstravit qua vel accederent ad scopulum, vel illum tuto præternavigarent, vii. 183. *b.* τὴν ἀτραπὸν ταύτην οἱ Μηλιέες Θεσσαλοῖσι κατηγήσαντο (Præiverant, Præeundo monstraverant) ἐπὶ Φωκέας, vii. 215. *m.*

Cum Accusat. rei, omisso Dativo personæ, significat Primum instituere aliquid; *et* Præeundo docere alios. ἡ αὐτὴ γυνὴ—χρηστήριον κατηγήσατο, Primum instituit oraculum, ii. 56. *f.* τὸν φαλλὸν τὸν Διονύσῳ πεμπόμενον Μελάμπους ἐστὶ ὁ κατηγησάμενος, καὶ ἀπὸ τούτου μαθόντες ποιεῦσι—οἱ Ἕλληνες, Phallum in pompa Bacchi circumferre Primus instituit (Docuit) Melampus, et ab illo didicerunt Græci, ii. 49. *a. m. Ibidem paulo ante dixerat,* Ἕλλησι Μελάμπους ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος—τὴν πομπὴν τοῦ φαλλοῦ. *Eadem vero notione etiam cum Participio construitur:* οὐκ αὐτὸς κατηγήσομαι νόμον τόνδε ἐν ὑμῖν τιθεὶς, vii. 8, 1. *a.*

Κατηγεμὼν, όνος, ὁ *et* ἡ, Qui præit, (Dux *viæ.*) οἱ κατηγεμόνες τῆς ὁδοῦ, vii. 128. *f.* 197. *a.* φανῆναί οἱ τῶν κακῶν ἡγεμόνα, *Hanc mulierem adparuisse ei (a diis ei missam esse)* Ducem malorum, Quæ ei viam monstraret qua se perditum iturus esset, vi. 135. *f.*

Κατηγορέειν, 1. Declarare, Indicare, Arguere. αὐτὸ κατηγορέει τὸ οὔνομα ὡς ἐστι Ἑλληνικὸν, Ipsum nomen declarat se esse Græcum, iii. 115. *m.* 2. κατηγορέειν τινὸς, Accusare aliquem; *et pleniore dictione,* κατηγορέειν τὶ τινὸς πρὸς τινὰ, *proprie* Denuntiare apud aliquem factum alicujus, *id est,* Accusare aliquem apud alium. κατηγόρεον τοῦ Ἀλεξάνδρου, *et mox,* κατηγόρεον δὲ ταῦτα (scil. αὐτοῦ) πρὸς τοὺς ἱρέας, ii. 113. *f.* παρεόντων τῶν συμμάχων κατηγορέειν, Præsentes accusare socios, viii. 60. *a. Videtur vero etiam* κατηγορέειν τινὶ, *pro* τινὸς, *usurpasse Herodotus: nam pro eo quod vulgo legitur* οὐ παρεόντος κατηγορέων, Absentem accusans, vii. 10, 7. *m. suspicari licet veram esse scripturam, quam probati præferunt codices,* οὐ παρεόντι κατηγορέων. *vide Var. Lect. et Notas.*

Passivum: σφέων μεγάλως κατηγόρητο μηδίζειν, Vehementer accusabantur favere Medis, vii. 205. *f.*

Κατήγορος, ου, ὁ, Accusator, Delator. συνήνεικε μηδένα κατήγορον γενέσθαι, viii. 88. *f.* οὐκ ἄλλος ἐμεῦ κατήγορος ἔσται, iii. 71. *f.*

Κατήκειν, 1. Pertingere, Pertinere, *usque ad mare, ad fluvium, etc.* κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν, iv. 171. v. 49. *m.* κατήκουσι ἐπὶ ποταμὸν, iv. 178. *a.* ὄρος μέγα ἐς θάλασσαν κατῆκον, vii. 22. *m.* ἐξήλυσις ἐς θάλατταν κατήκουσα, vii. 130. *a.*

2. Τὰ κατήκοντα πρήγματα *sunt* Res quæ ad nos pervenerunt, quæ nos attingunt; *et notione magis generali:* Res quæ acciderunt; Res præsentes, Præsens rerum status. Λέγοντες περὶ τῶν κατηκόντων, i. 97. *m.* τὰ κατήκοντά ἐστι τοιαῦτα, v. 49. *a.* ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα σφι εἶναι ἔλεγε, viii. 19. *m.* 40. *m.* 102. *a.*

Κατήκοος, ου, ὁ, 1. Auscultator. κατάσκοποι καὶ κατήκοοι, 1. 100. *extr. N.* 2. *idem quod* ὑπήκοος, Subditus, Imperio alicujus subjectus, Dicto audiens. *Cum Genit.:* ἔσαν οὗτοι Μήδων κατήκοοι, i. 72. *a.* Περσέων, i. 143. *a.* v. 10. *extr.* ἐόντες Μίνω κατήκοοι, i. 171. *a. Cum Dativo:* Κροίσῳ ἦσαν κατήκοοι, i. 141. *a.* καί οἱ ἦσαν πάντες κατήκοοι, iii. 88. *a. Absque regimine:* οὐ βουλομένων τῶν πολιητέων κατηκόων ἔτι εἶναι, vii. 155. *a. m. ubi quidem subintelligi poterit dativus* αὐτοῖς, *aut genitivus* αὐτῶν, Parere illis. *Conf.* Κατακούειν.

Κατηλογέειν, *i. q.* ἀλογέειν, Contemnere, Spernere, Nullam rationem alicujus habere. κατηλόγησε τούτου τοῦ χωρίου, Nullam rationem hujus loci habuerat, i. 84. *f. N.* τὸν νόμον κατηλόγησε, Sprevit legem, i. 144. *m. f. Hæc ad thema* Καταλογέειν *refert Schneiderus; cui ultro adsentirer, nisi* iii. 121. *m. communi librorum consensu legeretur* αὐτὸν κατηλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα.

Κατήρης, ὁ, ἡ, Bene instructus, rebus

necessariis instructus; *præsertim* de Navi remigio et rebus omnibus ad navigandum instructa. *εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον*, viii. 21. *a*. *Conf. viros doctos ad Hesych. voc.* Κατήρη.

Κατῆσθαι, (*Ion. pro καθῆσθαι,*) Sedere. *κατήμενος ὑπὸ τῷ οὔρεϊ*, In imo monte sedens, viii. 90. *f*. *κατήμενος ἐν τῇ τάξι*, Sedens suo in ordine, ix. 72. *m*. *N*. *ἐν Δελφοῖσι κατήμενοι*, Delphis sedentes, Dum Delphis sedem habebant, v. 63. *a*. *Præsertim de his qui* Otiosi sedent. *ἔχων δύναμιν τοσαύτην κάθησαι*, Tantis instructus viribus Sedes otiosus, iii. 134. *a*. *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κατήμενος*, Quietus manens, non se movens, ix. 56. *a*. *Κροῖσος ἐπὶ δύο ἔτεα ἐν πένθεϊ μεγάλῳ κατῆστο*, Ingenti in luctu Desidebat; *nempe*, nec ullas res gerendas suscepit, i, 45. *extr*. (*aliis* i. 46. *a*. *et ibi quidem vulgo καθῆστο legebatur. Vide quæ in Var. Lect. monita sunt.*) *Huc pertinet dictio ista, ἐκ τοῦ μέσου κατῆσθαι*, E medio aliorum secedere et seorsim sedem capere; Ab aliis sese separare, nec illorum rebus sese immiscere, Neutrarum esse partium, iii. 83. *f*. *cum Var. Lect. et Not.* iv. 118. *a*. viii. 73. *extr*.

Sed et is κατῆσθαι dicitur, qui Occupatur in arte sellularia. *Sic de his qui in Arte condiendi cadavera occupantur, εἰσὶ δὲ οἱ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην*, ii. 86. *a*. *N*. *ubi κατέαται* (*Ion. pro κάθηνται*) *Latine* Constituti sunt *reddiderat Valla, quod et noster typotheta ponere debuit, qui verbum* constituti *temere omisit, sed poterat κατέαται etiam simpliciter* Sedent *reddi. Conf. mox* Κατίζειν.

Κατιδέσθαι, 1. Conspicere. *τοὺς ἔσω— οὐκ οἷά τε κατιδέσθαι*, vii. 208. *m*. 2. Inspicere. *ξυρήσαντα τὰς τρίχας κατιδέσθαι ἐς τὴν κεφαλὴν*, v. 35. *f*.

Κατιέναι, *a Præsente* Κάτειμι, 1. Descendere. *ὀνείδεα κατιόντα ἀνθρώπῳ φιλέει ἐπανάγειν τὸν θυμὸν*, Contumeliosa verba, quæ in aliquem conjiciuntur et in pectus ejus Descendunt, solent iram hominis excitare, vii. 160. *a*. 2. Redire *in patriam* de exsilio. *πειρώμενοι κατιέναι καὶ ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας*, v. 62. *m*. *ὑπὸ τῶν κατιόντων Σαμίων*, iii. 45. *f*. *Ἡρακλεῖδαι κατιόντες ἐς Πελοπόννησον*, ix. 26. *a*.

Κατιέναι, *a Præs.* Κατίημι, Demitto. *κάλον κατεῖναι*, Demisisse funem, ii. 28. *f*. *κατίει* (Demittit) *σχοίνῳ σπυρίδα*, v. 16. *m*. *f*. *ἀγκύρας κατῆκαν περιμήκεας*, vii. 36. *a*. *Passivum: κατιεμένην καταπειρητηρίην*, ii. 28. *extr*.

Κατίεσθαι, *a Præs.* κατίεμαι. *Idem fere ac simplex ἵεσθαι, quod vide supra.* Ire, Tendere, Grassari. *ἡ στρατηλασίη—κατίετο ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα*, vii. 138. *a*.

Κατίζειν, 1. *Notione transitiva*, Collocare, Constituere, Jubere *aliquem* sedere. *κάτισε* (*i. q. ἐκάτισε*) *αὐτὸν ἐγγὺς ἑωυτοῦ*, i. 88. *a*. *N*. (*ubi nonnulli quidem κατεῖσε aut κάτεισε*). *κάτισον φυλάκους*, Adpone custodes, i. 89. *m*. *ἔπειτα ἄλλους κάτισον*, iii. 155. *m*. *f*. *τὴν θυγατέρα ἑωυτοῦ κατίσαι ἐπ' οἰκήματος*, Jussisse eum filiam suam Sedere in lupanari, ii. 121, 5. *a*. 126. *a*. *Conf. Not. ad* iii. 86. *a*.

2. *Intransitive vel Reciproce*, Sese collocare, Sedere. *οὔτε κατίζειν ἔτι ἤθελε ἔνθαπερ πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε*, i. 97. *a*. *ἐν τοῖσι κατίζοντες ἀμπαύονται*, i. 121. *m*. *f*. *ἐν τῷ κατίζων θρόνῳ, δικάζει*, v. 25. *extr*.

[Κατιθὺ *una voce scriptum olim* ix. 51. *m*. *ubi nunc κατ' ἰθὺ*, recta ex adverso.]

Κατικετεύειν, *idem fere quod simplex ἱκετεύειν*, Suppliciter orare, In modum supplicis adire *aliquem*. *Constr. cum Dativo. ἀπικομένη τῇ μητρὶ κατικέτευε*, vi. 68. *a*.

Κατιππάζεσθαι, Perequitare, Equis incursare *regionem*. *ἡ ἵππος προελθοῦσα κατιππάσατο χώρην τὴν Μεγαρίδα*, ix. 14.

Κατιροῦν, Consecrare, Dedicare. *τὴν οὐσίην αὐτοῦ κατιρώσας*, Bona ejus *Diis* dicavit, i. 92. *f*. *οἴκημα ἓν κατιρῶσαι*, Unam ædem *regi* consecrare, dedicare, i. 164. *a*. *m*. *N*.

Κατιστάναι, *Ion. pro καθιστάναι*, Constituere, Instituere, Sistere. *Inde in Passivo, et in Præteritis activæ formæ passivam aut reciprocam notionem habentibus*, Constitui, Institui, Existere, Fieri; *aut* Constitutum, Institutum esse, Stare, Esse.

1. *Activum*. *κατέστησε τύραννον εἶναι παῖδα τὸν ἑωυτοῦ*, Tyrannum constituit filium suum, v. 94. *a*. *m*. *καταστήσας ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ ὕπαρχον εἶναι Σαρδίων*, v. 25. *a*. *ὕπαρχον ἐν τῷ Δορίσκῳ καταστήσας Μασκάμην*, vii. 105. *m*. *τοῖσι ἄλλοισι δίζησθε κατιστάναι τυράννους*, v. 92, 1. *m*. *f*.

2. *Aor*. 2. *καταστάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας*, Constituti, Stantes, coram magistratibus, Ad illos introducti, iii. 46. *a*. *et m*. *ἦγόν μιν ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων. καταστὰς δὲ ἐπ' αὐτὰ etc.* iii. 156. *m*. *καταστάντων σφι εὖ τῶν πρηγμάτων*, Rebus eorum bene Stantibus, bene Constitutis, vii. 132. *f*. *εὖ ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὸ ἄμεινον κατέστη* (*scilicet τὰ πρήγματα*), vii. 158. *m*. *τίς σε ἀνέγνωσε πολέμιον ἐμοὶ καταστῆναι*, Quis tibi persuasit, ut hostis mihi Fieres, i. 87. *m*. *κατέστη ὁ θόρυβος*, Compositus, Inhibitus, Sedatus est tumultus, iii. 80. *a*.

3. *Præt. perf. καί σφι μαντήϊον Διὸς κατέστηκε*, Constitutum est illis (*vel*, ab illis) oraculum Jovis; *sive brevius*, Est illis, Exstat apud illos, Jovis oraculum, ii. 29. *f*. *ubi quidem κατεστήκει præfert*

codex noster F. quod fortasse ab Herodoti manu est, qui in hoc verbo (ut mox videbimus) utitur Plusquamperfecto tempore ubi Perfectum maluisses. Sed subinde etiam consentientibus libris omnibus reperitur tertia certe persona pluralis Præteriti perfecti, nempe κατεστέασι, *Ion. pro* καθεστᾶσι, *quod ipsum pro* καθεστήκασι *ponitur. Sic* νόμοι τοῖσι Βαβυλωνίοισι οὗτοι κατεστέασι, Hæ leges constitutæ sunt Babyloniis; Hæc apud illos Instituta obtinent, i. 200. *a.* ἄγραι τῶν κροκοδείλων πολλαὶ κατεστέασι, Venandi crocodilos plura instituta sunt genera, plura genera sunt, ii. 70. *a.* οἱ μὲν ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι, οἱ δὲ κεφαλῆς *etc.* Alii oculorum constituti sunt medici, alii capitis, *sive brevius,* Alii sunt oculorum medici, *etc.* ii. 84. *f.* ἐν δείματι μεγάλῳ κατεστεῶτες, (*Ion. pro* καθεστῶτες *et* καθεστηκότες) Magno in timore constituti, Magno in timore versantes, viii. 36. τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι, Ordinem rerum qui nunc apud Spartanos obtinet, i. 65. *m. f. Quos* Trecentos viros τοὺς κατεστεῶτας selegisse sibi *narratur* Leonidas, *sunt* Cives treceni ex Lacedæmoniorum lege ad hoc Constituti ut regem in bellum proficiscentem, tamquam corporis custodes, comitentur, Constitutus ille et legitimus virorum numerus vii. 205. *m.* τὰ κατεστεῶτα, i. 59. *extr. sunt* Leges et Instituta quæ in civitate valent.

4. *Plusquamperf.* φρουρὴ ἐν αὐτῷ (τῷ τείχεϊ) κατεστήκεε ὑπὸ Δαρείου, Præsidium in castello Constitutum (Impositum, Locatum) erat a Dario, vii. 59. *a.* τοῖσι μὲν δὴ κατεστήκεε πολιορκίη, Contra hos igitur Instituta erat obsidio, Hi igitur obsidebantur, i. 31. *a. Sic* κατεστήκεέ σφι τειχομαχίη ἐῤῥωμενεστέρη, ix. 70. *a.* ὅς οἱ πρὶν ἢ βασιλεῦσαι ἀντιστασιώτης κατεστήκεε, Qui, priusquam ille regnum suscepit, adversarius ejus Fuerat, i. 92. *m. f. Similiter* κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος, ix, 37. *f.* ἔνθα, Νίνου ἀναστάτου γενομένου, τὰ βασιλήϊα κατεστήκεε, Quæ post Nini eversionem regia sedes Constituta (Translata) erat, i. 178. *a. Sed alibi idem Plusquamperfectum, in Latino quidem sermone rectius per Perfectum præteritum aut per Præsens redditur. Sic,* ὅδε σφι νόμος κατεστήκεε, Hæc lex illis constituta est, Hoc institutum apud illos obtinet, i. 197. *a. non:* constituta erat, *aut* obtinebat; *nam sequentia omnia verba, quibus id institutum exponitur, in Præsente tempore ponuntur. Pariter* i. 132. *a. ubi nos, codices nonnullos secuti,* κατέστηκε *edidimus, ex aliis olim* κατεστήκεε *editum erat, nec ita male fortasse, coll. Var. Lect. ad locum supra citatum,* ii. 29. *f. Tertia plur. Plusq.* κατέστασαν, *Ion. pro* κατεστήκεσαν, Constituti erant. κατέστασαν ἔτι πρότερον ὕπαρχοι, vii. 106. *m.* ἐν δείματι μεγάλῳ κατέστασαν, vii. 138. *b.*

5. *Passivum, Præsens,* ἐς ταὐτὰ κατίσταται, In idem (quod ante fuerat) Constituitur, In pristinum habitum Restituitur, iv. 105. *f.* ἐπεὶ ὑμῖν ὁ λόγος οὕτω προσάντης κατίσταται, Quoniam hæc conditio ita ardua Fit (Est, Accidit) vobis, vii. 160. *m. f.* ταὐτὰ μέτρα κατίσταται, Eadem ratio Est, Esse solet, iv. 198. *f. Præt. Imperf.* ἐς φόβον κατιστέατο, (*pro* καθίσταντο) In timorem Conjiciebantur, viii. 12. *m. Præt. Perf.* νόμοι αὐτοῖσι ὧδε κατεστέαται, (*Ion. pro* καθέστανται) Leges illis sic Constitutæ sunt; His illi Institutis utuntur, i. 196. *a. ubi nec male* κατεστέασι *præfert noster cod. F. eadem notione.*

6. *Medium,* αὐτοὶ πρῶτοι τύραννον καταστησάμενοι παρὰ σφίσι αὐτοῖσι, (*Ion. pro* παρὰ ὑμῖν αὐτοῖσι) Postquam vos primum apud vos ipsos Constitueritis vobis tyrannum, v. 92, 1. *m.* ὃς τὴν ζόην κατεστήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων, Qui vitam suam Instituit (*i. e.* victum sibi quæsivit; vitam sustentabat) ex opere iniquissimo, viii. 105. *a.* (*conf.* Ζόη.) οἷον τρόπον καταστησάμενοι (Quo pacto Sese et res suas Constituentes; Quamnam rationem Constituendæ suæ reipublicæ ineuntes) κάλλιστα ἂν οἰκέοιεν, iv. 161. *a.*

Κατίσχειν, 1. *Active,* κατίσχειν *et* κατασχεῖν τὰς νῆας *vel* νέας, *et nude* κατίσχειν, κατασχεῖν, *subintellecto accusativo,* Dirigere, Adpellere naves, *et simpliciter,* Adpellere. (*Conf.* Ἔχειν *num.* 8.) ἐς Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νῆας, viii. 40. *a.* οἱ ἄλλοι κατέσχον (*scil.* τὰς νῆας) ἐς Σαλαμῖνα, viii. 41. *a.* ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν κατασχόντες τὰς νέας ἀνέψυχον, vii. 59. *f.* ὁ ναυτικὸς στρατὸς κατέσχε τῆς Μαγνησίης χώρης ἐς τὸν αἰγιαλὸν, vii. 188. *a.* κατασχόντες τὰς νέας τῆς Ἐρετρικῆς χώρης κατὰ Ταμύνας, vi. 101. *a. Sed, quod ibidem mox subjicitur,* κατασχόντες δὲ ταῦτα τὰ χωρία, *id aliam habet rationem, de qua supra dictum est sub voc.* Κατέχειν, *num.* 1.

2. *Intransitiva notione.* Deferri, Delabi *de cœlo.* λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καί μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἆπιν, iii. 28. *m. N.*

Κάτοδος, ου, ἡ, (*Ion. pro* κάθοδος) Reditus de exsilio in patriam, i. 60. *a. m.* 61. *f.* v. 62. *m.*

Κατοικέειν, *i. q.* οἰκέειν, Habitare. κατοίκησε πόλιν Ζάγκλην, vii. 164. *a. m.*

Eadem notione legebatur vulgo Præs. Pass. ἐν τοῖσι ἀνθρώπους κατοικεῖσθαι λέγουσι, In quibus aiunt habitare homines, i. 202. *m. f. ubi nos, alios libros secuti,* κατοικῆσθαι *reposuimus, quoniam constan-*

ter alias Præterito pass. ea notione utitur scriptor; qui, si vel maxime Præsentis temporis formam adhibere hic voluisset, κατοικέεσθαι, *non* κατοικεῖσθαι, *fuerat scripturus.* ἀπικόμενοι ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, ἐν τῷ νῦν κατοίκηνται, οἴκησαν τοῦτον, iv. 116. *m.* Γηρυόνεα οἰκέειν, ἔξω τοῦ Πόντου κατοικημένον, Ἐρύθειαν νῆσον, iv. 8. *a.* αὗται μὲν (αἱ πόλιες) ἐν τῇ Καρίῃ οἴκηνται, Hæ civitates in Caria habitant, Sedes suas Habent, Sitæ sunt, i. 142. *a.*

Κατοικίζειν τινὰ, Sedes adsignare alicui, τούτους κατῴκισε ἐς Μέμφιν, i. 154. *f. Et mox ibidem,* οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ κατοικίσθησαν.

Κατοικτείρειν, Misereri *alicujus,* Miserari *aliquem.* κατοικτείρας Φερετίμην, iv. 167. *a.*

Κατοικτίζεσθαι, Lamentari, Misericordiam hominum implorare. κατοικτίζετο, φὰς ὑπὸ Δαρείου πεπονθέναι, iii. 156. *m.*

Κατόμνυσθαι, Jurare contra *aliquem.* κατώμνυτο Δημαρήτου, vi. 65. *m.* ἐγὼ δὲ κατωμνύμην, φαμένη αὐτὸν οὐ καλῶς ποιέειν, vi. 69. *a. m.*

Κατόνεσθαι, Vituperare, Spernere. κατόνοντο (*alii olim* κατώνοντο) τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν οὐδεμίῃ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον, ii. 172. *a. Conf.* Ὄνεσθαι.

Κατονοσθῆναι, *i. q.* κατόνεσθαι. μή με κατονοσθῇς πρὸς τὰς λιθίνας πυραμίδας, ii. 136. *f.*

Κατόπτεσθαι, Speculari, Explorare. ὀψομένους τε τὴν—καὶ πρὸς ταύτῃ τὰ ἄλλα κατοψομένους, iii. 17. *f.*

Κατόπτης, ου, ὁ, Speculator, Explorator. ἀποστέλλειν κατόπτας, iii. 17. *f.* ἥκετε κατόπται τῆς ἐμῆς ἀρχῆς, iii. 21. *m. qui* κατάσκοποι *dicuntur, cap.* 19. *a.*

Κατορᾶν, 1. Conspicere. κατώρα πᾶν μὲν οὐ τὸ στρατόπεδον· τὸ γὰρ ἔσω—οὐκ οἷά τε ἦν κατιδέσθαι, vii. 208. *m.* Ἀθηναίους γὰρ ὑπὸ τῶν ὄχθων οὐ κατώρα, ix. 59. *m.* 2. Inspicere. κατορᾷ δὲ καὶ τὰς τρίχας εἰ κατὰ φύσιν ἔχει πεφυκυίας, ii. 38. *m.*

[Κατοῤῥωδέειν, *vide* Καταῤῥωδέειν.]

Κατορύσσειν, Defodere. εἴ τε σφέα (τὰ χρήματα) κατὰ γῆς κατορύξουσι, viii. 36. *a.* Περσέων δυώδεκα ζώοντας ἐπὶ κεφαλὴν κατώρυξε, iii. 35. *extr.* vii. 114. *extr.*

Κατορχέεσθαι, Insultare. κατωρχέοντο καὶ κατέσκοπτον Δαρεῖον, iii. 151. *m.*

Κατότι, *pro* καθ' ὅ τι, Quatenus, Eo quod, Quoniam, vii. 2. *m. f.*

Κατοχὴ, ῆς, ἡ, Detentio, Retentio. συμφορὴν ποιεύμενος μεγάλην τὴν ἑωυτοῦ κατοχὴν τὴν ἐν Σούσοισι, v. 35. *f.*

Κατύπερθε, Super, Supra. τὴν κατύπερθε ὁδὸν, Superiorem viam, i. 104. *m.* ἡ χώρη ἡ κατύπερθε, iv. 8. *a.* τοῖσι κατύπερθε Ἀσσυρίων οἰκημένοισι, Supra Assyrios habitantibus, i. 194. *a.* τὰ κατύπερθε τῆς λίμνης, ii. 5. *a.* τὰ κατύπερθε θηριώδης ἐστὶ ἡ Λιβύη· τὰ δὲ κατύπερθε τῆς θηριώδεος ψάμμος ἐστὶ, ii. 32. *m.* τὰ κατύπερθε τῆς χώρης, Quæ sunt supra illam regionem, iv. 7. *m. f.* κορμοὺς ξύλων ἐπετίθεσαν κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου, Super intentos rudentes imposuerunt *etc.* vi. 36. *f.* κατύπερθε τῷ πολέμῳ γενέσθαι Τεγεητέων, Bello superiorem esse Tegeatis, i. 57. *a. m.* τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι, viii. 60, 3. *m.* βουλόμενος μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γίνεσθαι ἢ τὰ τῶν Ἑλλ. πρήγματα, viii. 75. *m.* 136. *f.*

Κατυπέρτερος, η, ον, Superior. κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγεγόνεσαν, i. 67. *a.* πολλῷ κατυπερτ. i. 68. *extr.* ἐόντας τῷ πολέμῳ κατυπερτέρους Τεγεητέων, i. 65. *a.* ὡς εἶδον κατυπέρτερα τῶν Περσέων τὰ πρήγματα, vii. 233. *a.*

Hinc Superlat. Κατυπέρτατος, Supremus, Altissimus. ἐν τῇ κατυπερτάτῃ τῆς γῆς, iv. 199. *b.*

Κατυπνοῦν *et* Κατυπνοῦσθαι, Obdormire. κατυπνῶσαι, iv. 8. *f.* κατύπνωσε, vii. 12. *f.* ἐν κοίτῃ τῇ σῇ κατυπνῶσαι, vii. 16. *extr.* εἰ ἐν κοίτῃ τῇ ἐμῇ κατυπνώσειας, vii. 15. *extr.* τὸ ὄνειρον τῷ Ξέρξῃ κατυπνωμένῳ ἐπιστὰν, vii. 14. *a.* 17. *m.*

Κάτω, Infra, Deorsum. ἔστι ἄλλος κάτω νηὸς, Est alia ædes Infra, Inferne, i. 183. *a.* τῆς Ἰωνίης τὰ κάτω, Inferiora Ioniæ, i. 143. *a.* (*Conf.* Ἄνω, *num.* 3. *et Not. ad* iv. 18, 2.) ἐῤῥίπτουν ἑωυτοὺς κατὰ (*sive* ἀπὸ) τοῦ τείχεος κάτω, Deorsum sese conjecerunt, viii. 53. *a.*

Superlat. Κατώτατα, *Neutr. plur. pro Adverbio* κατωτάτω, In imo, οἱ κατώτατα ἑστεῶτες, viii. 23. *a.*

Κατωμοσίη, ης, ἡ, Jusjurandum quod contra aliquem interponitur. μετὰ δὲ τὴν κατωμοσίην ἐδίωκε αὐτὸν, vi. 63. *m. conf.* Κατομνύναι.

Καύκασις, ιος, ὁ, (*non solum* τὸ Καυκάσιον ὄρος, *ut* i. 104. *aut* ὁ Καύκασος, *ut* i. 203. *et* 204. iv. 12.) Caucasus mons. τὰ πρὸς βορῆν ἄνεμον τοῦ Καυκάσιος, iii. 97. *m. f. Not.*

Καῦσις, ιος, ἡ, Crematio. τῶν ἱρῶν ἡ καῦσις, ii. 40. *a.*

Καυχᾶσθαι, Gloriari. εὐεργεσίῃσι βασιλῆα οὐ καυχήσεαι ὑπερβαλέσθαι, vii. 39. *m.*

Κέγχρος, ου, ὁ, 1. Milium. σπέρμα ὅσον κέγχρος τὸ μέγαθος, Semen magnitudine milii, iii. 100. *a. coll. cap.* 97. *a. m. et ibi Not.* σπείρουσι καὶ φακοὺς καὶ κέγχρους, iv. 17. *m. f.* ἐκ κέγχρου καὶ σησάμου *etc.* i. 193. *m. vide infra in* Ὅσον τε. 2. Granum *quodlibet. Inde* Ova piscium, *quæ* Granorum *formam et magnitudinem habent,* κέγχρους *vocat Noster* ii. 93. *a. m. N.*

Κεδρίη, ης, ἡ, *i. q.* τὸ ἀπὸ κέδρου ἄλειφαρ, Cedria, Oleum cedrinum. ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην, ii. 87. *m.*

Κέδρος, ου, ἡ, Cedrus, *arbor odorata.* ἐπεὰν τοὺς κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ii. 87. *a. ubi vitiose olim* ἀπὸ τοῦ κέδρου. (*conf.* Κεδρίη.) τῆς κυπαρίσσου καὶ κέδρου καὶ λιβάνου ξύλον, iv. 75. *m.*

Κέεσθαι, (*commune* κεῖσθαι) 1. Jacere. τῇ ἂν πέσῃ, κέεται, iv. 62. *extr. Sic de Mortuis:* ἐπειρησομένους τὸν χῶρον ἐν τῷ κέοιτο Ὀρέστης, i. 67. *m.* ἐν τῇ ἑωυτῶν κέεσθαι ἀποθανόντας, iv. 11. *m. f.* ix. 105. *f.* (*ubi quidem* κεῖσθαι, *non* κέεσθαι, *præter morem Herodoti.*) 2. Positum esse. ἐν τῷ νηῷ κλίνη κέεται, i. 181. *f.* ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ κέεται χαλκήϊον, iv. 81. *a. m. Et,* Situm esse, *ubi de Oppido aut de Regione agitur.* πόλις κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, i. 178. *a. m.* ἡ Ἀττικὴ πρὸς νότον κέεται τῆς Λήμνου, vi. 139. *extr. Item, de* Statu rerum; *si, ut probabilis, ita vera est Wesselingii conjectura,* εὖ κειμένων τῶν πρηγμάτων, viii. 102. *m.* 3. *idem quod* προκέεσθαι, Propositum esse. ἄεθλον κείμενον, Propositum certaminis præmium, viii. 26. *m.* (*ubi olim,* προκείμενον.) ἄεθλον ἔκειτο μύριαι δραχμαὶ, viii. 93. *m.* 4. Impositum esse, *abi agitur de Nomine alicujus.* ἑκάστῳ αὐτέων οὔνομα οὐδὲν κέεται, iv. 184. *a.* τῷ οὔνομα κεῖται (*sic vulgo h. l. pro* κέεται) Δύρας, vii. 198. *f.* 5. *De formula* εὔστομα κείσθω *supra in voc.* Εὔστομα *dictum est.*

Κεῖθεν, *Ion. pro* ἐκεῖθεν, Inde, Illic. ἀπὸ τῆς κεῖθεν ὁδοῦ, i. 122. *m.*

Κεῖθι, *i. q.* ἐκεῖ, Ibi. καὶ κεῖθι συγκυβεύειν τῇ Δήμητρι, ii. 122. *a. ubi alii quidem* κἀκεῖθι.

Κεινὸς, οῦ, ἡ, ὸν, *Ion. pro* κενὸς, Vacuus, Inanis. νηστήσαντας κεινῇσι χερσὶ, i. 73. *m. et ibi Var. Lect. et Not.* κοιλίην κεινὴν, (*i. q. vulgo* κενεῶνα) ii. 40. *a. ubi conf. Var. Lect.* ἀπικέατο, οἱ μὲν κεινοὶ, οἱ δὲ φέροντες *etc.* vii. 132. *ubi in veram scripturam libri veteres omnes consentiunt.* κεινῇσι πόλισι ἐπιπεσόντες, v. 15. *m.* χώματα κεινὰ, Cenotaphia, ix. 85. *f. ubi perperam olim* κοινὰ *edd.* ἀμφορέας κεινοὺς, viii. 28. *a. ubi plures probati libri* κενεοὺς, *ne sic quidem male. vide Var. Lect. et Not.*

Κεῖνος, *i. q.* ἐκεῖνος, Ille. κεῖνον ἐπιβουλεύειν ἐμοὶ, i. 209. *f.* οἱ μετ' αὐτὸν κεῖνον ἔσαν δοκιμώτατοι, v. 17. *a.* ἐπικαλέσαι θεοὺς κείνῳ, v. 93. *a.* τί κεῖνοι ἐθέλοντες, v. 13. *m.* ἱρωτάτας κείνας νομίζοντες εἶναι, v. 82. *m.* κεῖνα πάντα, v. 106. *f.*

Κείνως, *i. q.* ἐκείνως, ἐκείνῳ τρόπῳ, Isto modo. κείνως γὰρ ἀλλοτριοῦται ἀρχὴ ἡ σὴ, ἐς τὸν παῖδα τοῦτον περιϊοῦσα, i. 120. *m.*

Κείρειν, 1. Tondere. σφέας αὐτοὺς κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους, *nempe in Luctu,* ix. 24. *a. Hinc in Passivo,* ἅμα κήδεϊ κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς, ii. 36. *a.* λόφους κείρονται, (Tondent caput ita ut in medio emineat crista) τὸ μὲν μέσον τῶν τριχῶν ἀνιέντες αὔξεσθαι, τὰ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν κείροντες ἐν χροΐ, iv. 175. *b.*

2. Cædere *arbores,* Vastare *agros,* Populari. ἔκειρε τὸ οὖρος, ἵνα ταύτῃ διεξίῃ ἅπασα ἡ στρατιὴ, Arbores et dumeta Excidens, quibus obsitus mons erat, viam patefecit exercitui, vii. 131. τούτους ἐπολιόρκεον καὶ τὴν γῆν σφέων ἔκειρον, Vastarunt illorum agrum, vi. 99. *f.* ἐς Ἐλευσῖνα ἐσβαλὼν, ἔκειρε τὸ τέμενος τῶν θεῶν, Lucum Excidit deabus sacrum, *ut nos cum Larchero reddidimus; sive rectius,* Populatus erat fanum, *Valla interprete,* vi. 75. *f. N.* πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον, viii. 32. *extr.* ἡ Ἀττικὴ ἐκείρετο ὑπὸ τοῦ πεζοῦ, viii. 65. *a.* τῶν Θηβαίων ἔκειρε τοὺς χώρους, ix. 15. *a.*

Κελεύειν, *non solum* Jubere, *sed et* Hortari. πολλὰ κελεύων, Sæpe me hortatus, vi. 36. *a. N. Et* ibid. *paulo post,* εὖ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ συνεβούλευσας, κελεύων αὐτὸν *etc.* Suadens illi ut *etc.*

Κέλευμα *et* Κέλευσμα, Inclamatio hortatoria, Jussum, Jussus. ἐπακούσας τῷ πρώτῳ κελεύσματι, iv. 141. *m. N. ubi* κελεύματι *dant probi nonnulli codd.* οὐ τῷ πρώτῳ κελεύσματι πειθόμενος, vii. 16. *a. ubi iterum alii* κελεύματι.

Κελευσμοσύνη, *i. q.* κέλευσμα. ἐκ τούτου κελευσμοσύνης, Ex hujus Jussu, i. 157. *m.*

Κέλης, ητος, ὁ, 1. Equus sellarius, Equus ad equitandum idoneus. ἤλαυνον δὲ κέλητας (*fors.* καὶ κέλητας) καὶ ἅρματα, vii. 86. *m.* 2. Celox, Parvum navigium velociter navigans. περιπίπτειν σφι κέλητα, viii. 94. *a. et mox* ibidem, τοὺς ἀπὸ τοῦ κέλητος.

Κενεὸς, *i. q.* κεινὸς *et* κενὸς, Vacuus. ἀμφορέας κενεοὺς *olim, nec ita male, edebatur consentientibus plerisque msstis* viii. 28. *m. ubi* κεινοὺς *ex Arch. et Vind. recepit Wess. Vide Var. Lect.*

Κεντοῦν, *i. q.* κεντεῖν, Pungere, Stimulis pungere. τὸν Ἀμάσιος νέκυν ἐκέλευε κεντοῦν, iii. 16. *a.*

Κέντρον, ου, τὸ, Stimulus. μάστιγες καὶ κέντρα, *Fortunæ instrumenta,* iii. 130. *a.*

Κεραΐζειν, *proprie* Cornibus petere; *inde,* Veluti infestis cornibus incursare *et* Propellere *vel* Dejicere; Invadere *et* Lædere *aut* Perdere quolibet modo; Vastare, Diripere, Exspoliare. οἱ λέοντες τὰς καμήλους ἐκεράϊζον μούνας, Invadebant, vii. 125. *m. ubi mox* τῇσι καμήλοισι ἐπιτίθεσθαι, *in re eadem.* τί τοὺς ἱκέτας μου ἐκ τοῦ νηοῦ κεραΐζεις, Invadis supplices meos et ex hoc templo Expellis, i. 159. *m. f. Nempe ille* ἐξαίρεε τοὺς στρουθοὺς, *ut est paulo ante.* τὸ τῶν Λυδῶν ἄστυ κεραΐζοντας, Lydorum urbem diripientes, exspoliantes,

i. 88. *a. ubi paulo post*, οὗτος ὁ ὅμιλος πόλιν τὴν σὴν διαρπάζει καὶ χρήματα τὰ σὰ διαφορέει. *Similiter*, τὰ οἰκία τοῦ ξείνου κεραΐσας ἥκεις, ii. 115. *f. Et* τοὺς γὰρ κλέπτας οὐκ ἀνιέναι κεραΐζεσθαι τὰ χρήματα, ii. 121, 2. *a. m. In Pugna navali Navem hostilem* κεραΐζειν *dicitur is qui illam* Rostro percutiens perdit. Ἀθηναῖοι ἐκεράϊζον τὰς ἀντισταμένας τῶν νηῶν, viii. 91. *m.* τὸ πλῆθος τῶν νηῶν ἐκεραΐζετο, ὑπ' Ἀθηναίων διαφθειρόμεναι, viii. 86. *a.*

Κεραμήϊα, τὰ, Fictilia vasa, *Vit. Hom.* 32. *m.*

Κεράμινος, η, ον, Fictilis, Figlinus. ἐς πίθους κεραμίνους (*olim* κεραμέους *edd.*) κατεγχέει, iii. 96. *f.* κύλιξ κεραμίνη, iv. 78. *a.*

Κεράμιον, τὸ, Vasculum figlinum; *præsertim*, Doliolum. ἓν κεράμιον οἰνηρὸν, iii. 6. *a.*

Κέραμος, ου, ὁ, Vas figlinum, v. 88. *m.* περιαιρέει τὸν κέραμον, Aufert, frangit Testam, Vas *in quo fusum inest aurum aut argentum*, iii. 96. *f. Collective* Figlina vasa; *præsertim*, Dolia. κέραμος ἐσάγεται πλήρης οἴνου δὶς τοῦ ἔτεος, iii. 6. *a. et* ibid. *paulo post*, πάντα τὸν κέραμον, *et* ὁ ἐπιφοιτέων κέραμος.

Κεραὸς, ἡ. ὸν, Cornutus. ἄρνες κεραοὶ, iv. 29. *ex Odyssea.*

Κέρας, τὸ, *genit.* κέρεος, *Ion. pro* κέραος *et* κέρατος, Cornu *animalis cornuti.* περὶ τὰ κέρεα, ii. 88. *m. f.* οὐ φύειν κέρεα, iv. 29. *a.* κέρεα προσῆν βοὸς χάλκεα, vii. 76. κέρεα ὑπερμεγάθεα, vii. 126. *a.* κέρεα κεκρυφότα ἐς τὸ ἔμπροσθεν, iv. 183. *m. ubi mox etiam Genitivus*, τῶν κερέων. 2. Cornu in acie instructa, Ala. τοῦ δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο, v. 111. *a.* τοῦ κέρεος τοῦ ἑτέρου ἡγεμονεύειν *aut* ἄρχειν, ix. 26. *m. f.* ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κέρεϊ, ix. 102. *a.* 3. *Quid sit* Ἐπὶ κέρας ἀνάγειν τὰς νῆας, vi. 12. *a. et* 14. *a.* (*pro quo alii scriptores* ἐπὶ κέρως *dicunt*) *declaratur in Not. ad* vi. 12. *a.*

Κεραυνὸς, οῦ, ὁ, Fulmen. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, viii. 37. *f. Conf.* Βέλος.

Κεραυνοῦν, Fulmine percutere. τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θεὸς, vii. 10, 5.

Κερδαίνειν, *fut.* κερδανέειν *et* κερδήσειν *vel* κερδήσεσθαι, Lucrari, Quæstum facere. *Constr. cum Accus.* μέγιστα—ἐκ φορτίων ἐκέρδησαν, iv. 152. *m.* ἐπεάν τι μέλλωσι κερδήσεσθαι,—εἰ δὲ μηδὲν κερδήσεσθαι, iii. 72. *f. Cum Dativo vel Ablat.* Μεγάροισι κερδανέομεν περιεοῦσι, Lucrabimur servata Megara, Lucrum ex hoc capiemus quod Megara fuerint conservata, viii. 60, 3.

Κερδαλέος, Lucrosus, Utilis. κερδαλεώτερόν ἐστι (ἡμῖν) ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ, ix. 7, 1. *f.*

Κέρδος, εος, τὸ, Lucrum, Quæstus. ἵνα τι ἐπισπάσωνται κέρδος, iii. 72. *f.* ἰδίῃ περιβαλλόμενος ἑωυτῷ κέρδεα, iii. 71. *m. f.* ἐν κέρδεϊ ἐποιεῦντο περιποιῆσαι τὰ σφέτερα, Lucro sibi duxerunt conservasse res suas, vi. 13. *f.*

Κέρκουρος, ου, ὁ, Cercurus, *leviorum Navium genus.* πεντηκόντεροι καὶ κέρκουροι καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα, vii. 97. *f.*

Κέρτομος, ου, ὁ, ἡ, (*nisi rectius* Κερτόμος) Mordax, Cavillatorius, Mordacia dicta projiciens. θυσίῃσί τέ σφεα (τὰ ἀγάλματα) καὶ χοροῖσι κερτόμοισι ἱλάσκοντο, v. 83. *m. f. ubi paulo post*, κακῶς δὲ ἠγόρευον *οἱ χοροὶ etc.*

Κευθμὼν, ῶνος, ὁ, Latibulum, Latebræ. κευθμὼν Κιθαιρῶνος, iv. 141. *m. in Orac.*

Κεφαλαίωμα, τὸ, Summa collecta, Universus numerus. πέντε μυριάδων (*sive rectius*, μυριάδες) τὸ κεφαλαίωμα τῶν γυναικῶν συνῆλθε, iii. 159. *f. ibique Var. Lect. et Not.*

Κεφαλὴ, ἡ, Caput. *Formulas* τὴν κεφαλὴν κόπτεσθαι, πλήσσεσθαι, τύπτεσθαι, *vide in adjunctis Verbis.* ἐμῇ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω, Meo capite pœnam luo, i. 155. *m. N.* οὐδενὸς ἐμψύχου κεφαλῆς γεύσεται, ii. 39. *extr. nempe et* Olerum *nominantur* κεφαλαὶ, *quibus vescuntur omnes.*

Κῇ *vel* Κῆ, (*Ion. pro* πῇ) Qua via; Quorsum, Qua ratione. σκοπέειν χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβήσεται, i. 32. *extr.* ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον κῇ ἀποβήσεται, viii. 67. *a.*

Κη, *enclitica particula*, 1. Aliqua ratione, Quodammodo, Fere. ταῦτα μέν νυν οὕτω κη (*i. q.* οὕτω πως) ἐγένετο, v. 22. *f.* ταῦτά κη λεγόντων, Hæc fere dicentibus illis, v. 40. *f. Eadem notione, per pleonasmum, cum particula* μάλιστα *jungitur.* χῶρος κατὰ Βουτοῦν μαλιστά κη κείμενος, ii. 75. *a.* σταδίους μάλιστά κη τούτους ἐς ὀγδώκοντα, viii. 8. *m. f. Similiter*, iv. 86. *a. et* viii. 31. *m. Rursus*, ἀνδρῶν μάλιστά κη μυρίων, viii. 65. *a. N.*

2. *Videri poterat subinde idem significare ac* που, Alicubi. (*Conf.* Ὄκη, *num.* 2.) οὔ κη (*aut* οὔ κῃ) πρόσω σποπιὴν ἔχοντες, Haud procul alicubi speculantes, v. 13. *a. Sic*, οὐκὶ ἕνα κη αὐτὸν δεῖ εἶναι τὸν λιμένα, Nequaquam unum solum Alicubi habere oportet talem portum, *ex lectione cod. Arch.* vii. 49, 1. *m. f. Sed hoc quidem loco* κη *plerique codices ignorant, ac videtur illa vocula temere irrepsisse. Priore vero loco possis intelligere*, Haud admodum procul: *quod vero ibi* οὐκὶ *contra plerorumque librorum fidem recepit Wess. id quidem mihi se adprobare non potuit.*

Κήδεσθαι, Solicitum esse, Curam gerere. *Cum Genit.* ἐμεῦ θεοὶ κήδονται, i. 209. *m. ubi* κηδέαται *habent codd. nonnulli, qua de script. vide quæ in Var. Lect. monui.* καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι, Qui mihi

curæ sunt, iii. 40. *a. m.* εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην συναπάσης τῆς Ἑλλάδος, Nisi vehementer essem solicitus de universa Græcia, ix. 45. *a.* ὡς δὴ κηδόμενος αὐτοῦ, vii. 17. *m.* viii. 118. *m. Item cum* μὴ *particula;* μὴ ἀπόλωνται κηδόμενος, Curans me perirent, vii. 220. *a.*

Κηδεύειν, Lugere, Justa persolvere *mortuo. Hinc* Ἀποκηδεύειν, ix. 31. *a. quod vide suo loco.*

Κῆδος, εος, τὸ, 1. Adfinitas, vii. 189. *a. m.* 2. Luctus, Exsequiæ. ἅμα κήδεϊ, Simul atque incidit Luctus, Simul aliquis de familia mortuus est, ii. 36. *a.*

Κηλωνήϊον, τὸ, *et* Κηλονήϊον, (*Ion. pro* Κηλώνειον *aut* Κηλώνιον) Tolleno, Machina qua e fluvio aut e puteo hauritur aqua *ad irriganda arva.* ὁ σῖτος, χερσί τε καὶ κηλωνηΐοισι ἀρδόμενος, i. 193. *a. cum Var. Lect. et Not.* ἀντλέεται κηλονηΐῳ, vi. 119. *m. ubi in Var. Lect. adnotari debuerat* κηλωνίῳ *per* ω *longum exhibere codicem F. et hoc ipsum superesse in vitiosa scriptura* κοινωνηΐῳ *codicis Pd.*

Κήρυγμα, τὸ, Præconium. κήρυγμα ἐποιήσαντο, *sequente Infinitivo,* viii. 41. *a.*

Κηρυκηΐη, ἡ, Munus præconis, Legatio. τοῖσι (Ταλθυβίου ἀπογόνοισι) αἱ κηρυκηΐαι ἐκ Σπάρτης πᾶσαι γέρας δέδονται, vii. 134. *a.*

Κηρυκήϊον, τὸ, Caduceus, ix. 100. *a.*

Κήρυξ, υκος, ὁ, Præco, Legatus. *Sic idem homo et* κήρυξ *et* ἀπόστολος *promiscue vocatur* i. 21. *a.* κήρυκα ἐρυθρὸν, Legatum *vel* Præconem rubrum *Pythia in orac. dixit* Navem minio tinctam, iii. 57. *f. et* 58. *m.* (*Mendosa scriptura* κῆρυξ, *pro* κήρυξ, iv. 127. *extr. temere ex ed. Wess. et Reiz. in nostram migravit.*)

Κηρύσσειν, Præconari. χρήματα αὐτοῦ κηρυσσόμενα ὑπὸ τοῦ δημίου, Bona illius per publicum præconem (venumdata) vi. 121. *f.*

Κιθὼν, ῶνος, ὁ, (*Ion. pro* χιτὼν) 1. Tunica. ἅμα κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνὴ, i. 8. *f.* Ionicæ mulieres λίνεον κιθῶνα gestabant; v. 88. *f.* Babylonii χρέονται κιθῶνι ποδηνεκέϊ λινέῳ· καὶ ἐπὶ τοῦτον ἄλλον εἰρίνεον κιθῶνα ἐπενδύνει, i. 105. *a.* Ægyptii ἐνδεδύκασι κιθῶνας λινέους περὶ τὰ σκέλεα θυσανωτοὺς, ii. 81. *a.* εἰρινέους κιθῶνας gestabant Cilices, vii. 91. *a.* κιθῶνας ὑποδύνειν τοῖσι εἵμασι, i. 155. *f.* τοὺς κιθῶνας κατεῤῥήξαντο πάντες, viii. 99. *m.* ἐνδὺς κιθῶνα μεγαν, καὶ κόλπον πολὺν καταλιπόμενος τοῦ κιθῶνος, vi. 125. *m.*

2. Κιθὼν, *i. q.* θώρηξ, Lorica, Thorax. θεοὺς ἐπόμνυμι, μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι τὸν ἔχων κιθῶνα καταβήσομαι ἐς Ἰωνίην, πρὶν ἂν *etc.* v. 106. *f. ubi* τὸν κιθῶνα *rectius utique* Loricam, *quam* Tunicam *intelliges.* κιθῶνες χειριδωτοὶ λεπίδος σιδηρέης, ὄψιν ἰχθυοειδέος *sunt* Loricæ manicatæ squamatæ, vii. 61. *a. N. quas easdem poterat etiam* θώρηκας λεπιδωτοὺς *vocare sicut* ix. 22. *m. ubi* κιθῶνα φοινίκεον Tunicam puniceam *dicit, loricæ superindutam.* (*conf.* Λεπίς.) *Quosnam* τειχέων κιθῶνας *dicat Noster* vii. 139. *a. infra sub voc.* Τεῖχος *videbimus.*

Haud immerito suspectum est vocab. κιθῶνας, *quod* vii. 90. *m. vulgo legitur, ubi* κιτάριας *corrigunt viri docti. Vide* Κίταρις.

Κίκι, Ægyptiacum nomen olei cujusdam, ii. 94. *a. N.*

Κίλιξ, ικος, ὁ, Cilix. *Fœm.* Κίλισσα. ἐπέπεσον νηυσὶ Κιλίσσῃσι, Impetum fecerunt in naves Cilicienses, viii. 14. *f.*

Κιλλύρια *et* Κιλλικύριοι, *vide* Κυλλύριοι.

Κινδυνεύειν, 1. Periclitari; In Periculo esse. *Constr. cum Infinit.* τὸν ναυτικὸν στρατὸν κινδυνεύσει ἀποβαλέειν, viii. 65. *m.* ἀπολέσθαι κινδυνεύσει, viii. 97. *a. Cum* περὶ *præpos.* περὶ ἐκείνης (τῆς Πελοποννʹ.) κινδυνεύειν, viii. 74. *f. Cum Dativo.* ἐπεὰν μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, vii. 209. *m.*

2. i. q. δοκέειν, Videri. κινδυνεύουσι οἱ ἄνθρωποι οὗτοι γόητες εἶναι, iv. 105. *f.*

Κίνδυνος, ου, ὁ, Periculum. κίνδυνον ἀναλαβέσθαι, τὸν ἂν ὁ πατὴρ ὑποδύνειν κελεύῃ, Periculum suscipere, subire, iii. 69. *a.* κινδύνους ἀναῤῥιπτέοντες, Periculorum aleam jacientes, vii. 50. *m. f.*

Κινέειν, Movere. πᾶν χρῆμα ἐκίνεε, διαβάλλων *etc.* καὶ ποιέων ἅπαντα ὅπως *etc.* v. 96. *a.* μὴ κινέειν (Loco non movere) τὸν ἀνδριάντα, i. 183. *f.* κινήσοντά τι τῶν ἀκινήτων, Moturum (Novaturum) aliquid quod moveri non debebat, vi. 134. *f.* νόμαια κινεῖ (*sive potius* κινέει) πάτρια, Mutat instituta patria, iii. 80. *f.*

Κιννάμωμον, Cinnamomum *aroma,* iii. 111.

Κιρνᾷν, Miscere. κιρνᾷ κρητῆρα οἴνου, iv. 66. *a.*

Κίταρις, ιος, ἡ, Capitis tegumentum *aliquod apud Persas, et si vera virorum doctorum conjectura, apud Cyprios etiam. Nempe apud Pollucem* x. 171. *legitur,* Ἡρόδοτος δὲ καὶ κίταριν εἴρηκε. *atqui nusquam in Musis hodie id vocab. comparet, sed suspicari cum Pavio et Larchero licet,* κιτάριας *scripsisse Herodotum,* vii. 90. *m. ubi hodie* κιθῶνας *legitur. Vide Var. Lect. et Not.*

Κίων, ονος, ἡ, (*Ion. pro* ὁ κίων) Columna. τῶν κιόνων αἱ πολλαὶ, i. 92. *a. Reperitur tamen hoc nomen apud eumdem Nostrum in Masculino etiam genere:* τοῦτο (τὸ ὄρος) τὸν κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι, iv. 184. *f. nisi ibi rectius olim editi et nonnulli mssti libri Articulum*

omittunt, quem quidem longe plurimi et probatissimi codd. præferunt. Vide Var. Lect. et Not.

Κλαίειν λέγω, *nempe* σοι *vel* σὲ, Plorare te jubeo, Abi in malam rem, iv. 127. *f. N.*

Κλεηδὼν, *vide* Κληδών.

Κλεινὸς, ἡ, ὸν, Illustris. μνῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιστία, vii. 228. *f. in Epigr.* βασιλεὺς κλεινοῖο Κορίνθου, v. 92, 5. *in Orac.*

Κλέος, ἔεος, τὸ, Gloria. μένοντι κλέος μέγα ἐλείπετο, vii. 220. *a. m.* καταθέσθαι κλέος, vii. 220. *f.* ix. 78. *a.*

Κλέπτειν, Furari. *Imperf.* κλέπτεσκε ἂν, Furabatur subinde, ii. 174. *a. Passiv.* κλεφθέντων τῶν ἀγαλμάτων, v. 84. *a. Sed valet etiam* Κλέπτεσθαι *idem fere ac* κλέπτειν τὴν ὁδὸν, Carpere *viam.* τὸ πρόσω αἰεὶ κλεπτόμενος, vii. 49, 2. *ubi Wess. in Not. intelligit,* Ulterius semper furtim profectus, *nos:* Imprudens semper abreptus; *nempe adjicitur ibi,* nam felicitatis nulla hominibus satietas est.

Κληδὼν, *et* Κλεηδὼν, όνος, ἡ, (*a verbis* κλέω *et* κλήζω, *conf. Eustath. ad Odyss.* σ΄. 116. *et Damm. Lexic. Etym.* p. 1191.) *idem atque* ἡ φήμη, *nempe* Fama quædam mirabilis, Dictum ominosum *sive in bonam partem sive in malam.* ὁ μὲν τῇ κλεηδόνι οὐδὲν χρεώμενος, v. 72. *f. ubi paulo ante dixerat,* ἐπετελέετο τῷ Κλεομένεϊ ἡ φήμη. *Rursus, quod* ix. 101. *f. ait* ἡ κληδὼν αὕτη σφι ἐσέπτατο, *refertur ad id quod cap.* 100. *a. dixerat,* φήμη σφι ἐσέπτατο, *et* ἡ φήμη διῆλθέ σφι, *rursusque* ἡ φήμη ἐλθοῦσα, cap. 101. *a. m. Memoratur etiam aliquis* Quæsivisse nomen alterius κληδόνος εἵνεκεν, Ominis causa, *nempe,* ut ex responso caperet omen, ix. 91. *a.*

Κληΐειν, (*Ion. pro* κλείειν,) Claudere. *Vide* Ἀποκληΐειν *et* Ἐγκληΐειν.

Κληΐζειν, *idem ac* κληΐειν. *Vide* Ἀποκληΐζειν, Ἐκκληΐζειν, Συγκληΐζειν.

Κληΐς, ΐδος, ἡ, Clavis. *Hinc* Κληΐδες τῆς Κύπρου, Claves Cypri, *nomem Promontorii cujusdam,* v. 108. *extr. N. Conf. ibi Larch.*

Κλῆρος, ου, ὁ, 1. Sors. ἕνα—κλήρῳ λαχόντα, iii. 83. *a.* 2. Prædium, Ager quem quis possidet. φθείρων τῶν Συρίων τοὺς κλήρους, i. 75. *a. Quos* ἀγροὺς *dicit scriptor,* ix. 94. *m. eosdem continuo deinde* καλλίστους κλήρους *vocat.*

Κληροῦν, Sortiri, Sortem Ducere. κληρῶσαι ἐπὶ μονῇ *et* ἐπὶ ἐξόδῳ ἐκ τῆς χώρης, i. 94. *m. f.* (*conf.* Πάλλεσθαι.)

Κληροῦχος, ου, ὁ, Colonus, cui ager Sorte obtigit. τετρακισχιλίους κληρούχους, v. 77. *a. m. Hinc* Κληρουχέειν, Colonum esse. τοὺς τετρακισχιλίους κληρουχέοντας, vi. 100. *a.*

Κλίβανος, ου, ὁ, Clibanus, Furnus, Olla, *aut tale quoddam* Vas culinarium. ἐν κλιβάνῳ πνίξαντες, ii. 92. *f. quo de loco vide quæ ad verbum* Πνίγειν *notamus.*

Κλίνειν, Inclinare, Reponere, Collocare in Lectulo *vel* Adsignare sedem in Lectulo. οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλῖναι, *Hospitem* non Collocasse (Adcumbere epulis jussisse) utrosque seorsim, ix. 16. *a. ubi quidem alii* κλῖναι *intransitive accipiunt,* Discubuisse, *qua notione videtur* κλιθῆναι *aut* κλινθῆναι *scriptum oportuisse. Vide Not.*

Formulam ὁ ἥλιος *vel* ἡ ἡμέρη κλίνει *ex Herodot.* iii. 104. *citat Schneider in Lexic. Crit. At ibi est* ἀποκλιναμένης μεσαμβρίης, *sicut* ἀποκλινομένης τῆς ἡμέρης, iv. 181. *f. Haud incommode vero* ἀπὸ κλιναμένης μεσαμβρίης *ex Reiskii conject. edidit Borh.* iii. 114, 2. *pro vulgato* ἀποκλιναμένης, *ubi nos ex aliis libris* ἀποκλινομένης *recepimus.*

Κλίνη, ης, ἡ, Lectulus *præsertim* in quo ad mensam adcumbunt convivæ. Πέρσην τε καὶ Θηβαῖον ἐν κλίνῃ ἑκάστῃ κλῖναι, ix. 16. *a.* κλῖναι ἐπίχρυσοι καὶ ἐπάργυροι, i. 50. *a.* ix. 80. *a. Eædem* κλῖναι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι, ix. 82. *m.*

Κλισιάδες, αἱ, Porta, Valvæ. μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ, ix. 9. *f.* 56.

Κλύσμα, τὸ, Lavacrum quo eluitur alvus, ii. 87. *m.*

Κλυστὴρ, ῆρος, ὁ, Clyster, Instrumentum quo fit alvi elutio. ἐπεὰν τοὺς κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ κέδρου ἀλείφατος, ii. 87. *a.*

Κλώθειν, Nere. κλώθουσαν λῖνον, Nentem linum *mulierem,* v. 12. *m. N.*

Κλὼψ, ωπὸς, ὁ, *i. q.* κλέπτης, Fur. κλῶπες κακοῦργοι, i. 41. *f.* τὰ χρήματα ἐπενόησαν κλῶπες ἐκφορῆσαι, ii. 150. *m.* πάγχυ σφέας καταδόξαντες εἶναι κλῶπας, vi. 18. *f.*

Κνᾶν, Radere, Eradere, vii. 139. *f. idem quod* ἐκκνᾶν, ibid. *paulo ante.*

Κναφεὺς, έος, ὁ, Fullo, iv. 14. *a.*

Κναφήϊον, (*Ion. pro* κναφεῖον *vel* γναφεῖον) Fullonis officina, iv. 14. *a. et m.*

Κνάφος, ου, ὁ, *i. q.* γνάφος, Carduus fullonius, *et* Tormenti genus quoddam. τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ κνάφου ἕλκων διέφθειρε, i. 92. *f. cum Var. Lect. et Not.*

Κνήμη, ἡ, Crus, Tibia. παρέσαξε παρὰ τὰς κνήμας τοῦ χρυσοῦ ὅσον ἐχώρεον οἱ κόθορνοι, vi. 125. *m.*

Κνημιδοφόρος, ου, ὁ, Ocreis instructus, vii. 92. *a.*

Κνίζειν, *Urticæ in modum* Pungere, Urere, Mordere; *ubi agitur de Amore, Indignatione, Invidia, et similibus animi adfectionibus.* ταύτης ἔκνιζε αὐτὸν ὁ ἔρως, vi. 62. *a. N.* Ξέρξεα ἔκνιζε ἡ Ἀρταβάνου γνώμη, vii. 12. *a.* τὰ σμικρὰ οὐδέν μιν

(*nempe*, τὸν θεὸν) κνίζει, vii. 10, 5. *m. N.*

Κνύζημα, τος, τὸ, Vagitus, Ejulatus infantum. τὰ παιδία, ἀπαλλαχθέντα τῶν ἀσήμων κνυζημάτων, ii. 2. *m.*

Κογχύλιον, τὸ, Concha. κογχύλια φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι οὔρεσι, ii. 12. *a.*

Κόθορνος, ου, ὁ, (*sive* Κότορνος, *ex codicum nonnullorum scriptura*), Cothurnus, Ocrea, vi. 125. *m. N.* (*Conf.* Κνήμη,) κοθόρνους ὑποδέεσθαι, i. 155. *f.*

Κοίῃ, *pro comm.* ποίᾳ; *subintellecto substantivo* μερίδι, ὁδῷ, αἰτίᾳ, *aut alio quocumque, fit Adverbium interrogativum,* Quanam parte? Quali modo? Quali tandem ratione? Qua de causa? κοίῃ κρίνεις Τέλλον εἶναι ὀλβιότατον; Qua tandem ratione, Quatenus, Quali respectu, Quidnam igitur spectans, judicas Tellum esse beatissimum? *Conf.* Κοῖος.

Κοιλαίνειν, Excavare. τῆς σμύρνης ᾠὸν πλάσσειν,—κοιλήναντα τὸ ᾠὸν ii. 73. *m. ubi paulo post Compositum* ἐγκοιλήνας.

Κοιλίη, ης, ἡ, Cavitas ventris, Venter. ἐξ ὧν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν, ii. 86. *m. N.* 92. *extr.* iv. 72. *a.* ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην, ii. 87. *m.*

Κοῖλος, η, ον, Cavus. ξύλινα ἀγγήϊα κοῖλα, iv. 2. *m. Hinc* ἡ Κοίλη, Cavum, *nomen Loci prope* Athenas; *et* ἡ διὰ Κοίλης ὁδὸς, *memorata Nostro* vi. 103. *m. ubi vide Not.*

Κοιμέειν, (*Ion. i. q.* κοιμᾷν) *Hinc* κοιμέονται, Cubant, Quietem capiunt, ii. 95. *a.*

Κοινῇ, Publice, Communi nomine, Omnium nomine. εἰρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, viii. 122.

Κοινολογεῖσθαι, Sermones conferre. κοινολογησάμενος τοῖσι Σαμίοισι, vi. 23. *f.*

Κοινὸς, ἡ, ὸν, Communis. κοινόν τι πρῆγμα συμμῖξαι τινὶ, De re communi cum aliquo conferre, viii. 58. *a. Conf.* Ἐπίκοινα, *et* Ἐπίκοινος.

τὸ Κοινὸν, Commune civitatis, Respublica. ἡμέας ἀπέπεμψε τὸ κοινὸν τῶν Ἰώνων, v. 109. *m.* τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων, vi. 14. *m.* ταῦτα τοῖσι βασιλεῦσι δέδοται ἐκ τοῦ (*i. q.* ὑπὸ τοῦ) κοινοῦ τῶν Σπαρτιητέων, Hæc sunt *privilegia* regibus tributa a Communi (a Civitate) Spartanorum, Reipublicæ nomine, vi. 58. *a.* τῶν ἀστῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, Tres viros e civium numero Publice (Publico nomine) delectos, viii. 135. *m. Est vero etiam* τὸ Κοινὸν, Ærarium publicum. γενομένων χρημάτων μεγάλων ἐν τῷ κοινῷ, vii. 144. *a. N.*

Τὰ Κοινὰ, Magistratus qui Publico nomine civitati præest; *sive,* Senatus populusque. ἠγόν μιν ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων· καταστὰς δὲ ἐπ' αὐτὰ, κατοικτίζετο φὰς *etc.* iii. 156. *m. N. ubi Portus quidem* τὰ κοινὰ δώματα *vel* οἰκήματα *intellexerat. Ut formula,* τὰ πρῶτα, *non solum de Rebus, sed et de Personis usurpatur, sic etiam* τὰ κοινὰ, *nec opus est ut in talibus utique Substantivum anxie quæramus, quod cum Adjectivo subintellectum cogitari debeat.*

Κοῖος, η, ον, (*Ion. pro* ποῖος) Qualis; *subinde etiam idem fere ac* τίς, Quis? κοίῃ χειρί; Quali (Quanam tandem) hominum manu? iv. 155. *f.* Κοῖόν μέ τινα νομίζουσι εἶναι; iii. 34. *a.* κατὰ κοῖόν τι; Qua de causa? Qua re inductus? εἴρετο κατὰ κοῖόν τι δοκέοι Ἴωνας ἀπεστάναι, vi. i. *a.* κοῖον δὲ πινόμενόν μιν ὕδωρ οὐκ ἐπέλιπε; Quænam aqua *etc.* vii. 21. *a.* κοῖα ταῦτα λέγεις, Quænam sunt hæc quæ tu dicis? vii. 48. *m. Conf. supra* Κοίῃ.

Κοίτη, ης, ἡ, *Latine vulgo redditur* Cubiculum, Cubile, Lectus; *sed apud Nostrum videtur potius esse ipsa* Actio cubitum eundi, Cubitum ire. ἐπεὶ ἐδόκεε ὥρη τῆς κοίτης εἶναι, i. 10. *a.* σχεδὸν ἤδη τῆς κοίτης ὥρη προσέρχεται, v. 20. *a.* (*conf. mox* Κοῖτος.) προσέφερε ἐν τῇ κοίτῃ (Dum cubitum eunt) Δαρείῳ λόγον τοιόνδε, iii. 134. *a. Similiter* τὴν κοίτην ποιεῖσθαι, Cubitum ire, Cubare, Quietem capere, Noctem transigere, *dixit auctor Vitæ Hom. c.* 31. *extr.*

Κοῖτος, ου, ὁ, *i. q.* ἡ κοίτη, *quod vide.* (*conf. Hesych. voc.* Κοῖτος.) *Sic pro eo quod in Vita Hom. c.* 31. *extr. est* τὴν κοίτην ποιεῖσθαι, *Noster* vii. 17. *a. ait* κοῖτον ποιέεσθαι, Cubitum ire, Somnum capere, *Vicissim pro eo quod Noster* τῆς κοίτης ὥρην *usurpat, auctor Vitæ Homeri c.* 22. *extr.* ὥρην κοίτου *dicit.* ἐς κοῖτον *apud Nostrum,* i. 9. *m. vulgo* In cubiculum *intelligunt; quem significatum spectarunt etiam illi qui* κοιτῶνα *pro* κοῖτον *scripsere: sed videtur* παρέσται ἐς κοῖτον *idem ac* ἐς κοίτην *valere,* Cubitum veniet, Cubandi causa aderit. *Si* Cubiculum *significasset Herodotus, adjecturus puto fuerat Articulum,* ἐς τὸν κοῖτον. *Vide Var. Lect. et Not.*

Κοιτὼν, ῶνος, ὁ, Cubiculum. *Vide* Κοῖτος *et Var. Lect. ad* i. 9. 10.

Κόκκος, ου, ὁ, Granum pomi. ὅσοι ἐν τῇ ῥοιῇ κόκκοι, Quot sunt grana in malo punico, iv. 143. *f.*

Κολάπτειν, *vide* Ἐγκολάπτειν.

Κόλλη, ης, ἡ, (*comm.* κόλλα) Gluten. τῷ κόμμι ἀντὶ κόλλης τὰ πολλὰ χρέωνται, ii. 86. *f.*

Κόλλησις, ιος, ἡ, Glutinatio, Ferruminatio. σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε, i. 25. *extr. N.*

Κολλητὸς, ἡ, ὸν, Glutinatus, Ferruminatus, Cœlatus. ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, i. 25. *extr. N.*

Κόλος, η, ον, *i. q.* Κολοβὸς, Mutilus, Truncus, Aliqua corporis parte mutilatus.

τὸ γένος τῶν βοῶν τὸ κόλον, *nempe* Cornubus carentes boves, iv. 29. *a.*

Hinc ii. 46. *m. f. pro vulgato* οἱ αἰπόλοι *(quod codices quidem omnes communi tenent consensu) ex tam probabili quam sagaci et erudita conjectura* οἱ κόλοι *correxit Schæferus, nempe* οἱ κόλοι τῶν ἐρσένων αἰγῶν. *Vide Not.*

Κολοσσὸς, οῦ, ὁ, Statua, *præsertim* majoris molis; Colossus. εἰκόνες παλλακέων —ξύλινοι κολοσσοὶ ἐείκοσι, ii. 130. *extr.* 131. *a. et f.* δεικνῦντες κολοσσοὺς *etc.* Monstrantes statuas ligneas, numero trecentas quadraginta et unam, quæ erant effigies totidem sacerdotum, ii. 143. *a. coll. cap.* 142. *a.* κολοσσὸς λίθινος καθήμενος ἐν θρόνῳ *super utraque pyramide in Mœridis lacu*, ii. 149. *m.* κολοσσοὶ μεγάλοι, ii. 175. *a.* ὕπτιος κείμενος κολοσσὸς, τοῦ πόδες πέντε καὶ ἑβδομήκοντά εἰσι τὸ μῆκος, ii. 176. *a.* δύο κολοσσοὶ, Αἰθιοπικοῦ λίθου, ἐείκοσι ποδῶν τὸ μέγαθος, ii. 176. *m.* τρεῖς χάλκεοι κολοσσοὶ ἑπταπήχεες, τοῖσι γούνασι ἐρηρεισμένοι, ii. 152. *f.*

Κολούειν, Mutilare, Truncare. φιλέει ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα κολούειν, vii. 10, 5. *N.*

Κόλπος, ου, ὁ, *non solum* Sinus maris; *sed et* Sinus vestis. κόλπον πολὺν καταλιπόμενος τοῦ κιθῶνος, vi. 125. *m. N.*

Κολωνὸς, οῦ, ὁ, Tumulus, iv. 181. *a.* vi. 134. *m.* vii. 44. *a.* 225. *m.* ix. 120. *f. Etiam* Tumulus manu factus, Acervus ingens. ἐνθαῦτα κολωνοὺς μεγάλους τῶν λίθων, iv. 92. *f.*

Κομᾷν, *et forma Ionibus propria* Κομέειν, 1. Comam alere. οὐ κομῶντες πρὸ τούτου, ἀπὸ τούτου κομᾷν, i. 82. *f. N.* κομῶντες δὲ, τὰς κεφαλὰς μίτρῃσι ἀναδέονται, i. 195. *a.* οἱ ἱρέες τῇ ἄλλῃ κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρεῦνται, ii. 36. *a.* τὰ ὀπίσω κομέουσι τῆς κεφαλῆς, iv. 180. *a.*

2. *Metaphorice* Cristas tollere, Magnos sibi spiritus sumere, *i. q.* μέγα φρονεῖν, ὑπερηφανεῖν, ὑψοῦ τὴν γνώμην αἴρειν, *interprete Scholiaste ad Aristoph. Plut.* 572. *Sic* κομᾷν ἐπί τινι *dicitur is qui* ἐπί τινι κατορθώματι ἐπαίρεται, Qui ob rem bene gestam sese effert, *ut docet Eustath. ad Iliad.* β′. *At quando Herodotus ait* οὗτος ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε, v. 71. *a. non hoc dicit,* Hic ob tyrannidem magnos sibi spiritus sumsit; *nam homo ille, victoria Olympica elatus adfectaverat quidem tyrannidem, nec vero ad eam pervenit. Itaque verba ista in hanc sententiam sunt intelligenda,* Hic homo inflatus erat spe occupandæ tyrannidis; *aut,* Altos sibi spiritus sumens, tyrannidem adfectavit.

Κομήτης, ου, ὁ, Comatus, Crinitus, Promissos capillos alens. πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομήταις, vi. 19. *m. in Orac. et mox ibidem, Herodoti verbis,* τῶν Περσέων ἐόντων κομητέων.

Κομιδὴ, ῆς, ἡ, 1. Reditus. οὐδεμίην σφι ἔτι κομιδὴν ἐς Κρήτην φαίνεσθαι, vii. 170. *m.* κομιδῆς πέρι—αὐτῷ μελήσειν ὥστε ἀσινέας ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ἑλλάδα, viii. 19. *f.* οὐδέ τις κομιδὴ τὸ ὀπίσω φανήσεται, viii. 108. *m. f.* τῶν ἀποφυγόντων—ἐγίνετο κομιδὴ ἐς Σάρδις, ix. 107. *a.* 2. Reductio, Recuperatio. κατὰ Ἑλένης κομιδὴν, Recuperandæ, Reducendæ Helenæ causa, ix. 73. *a.*

Κομίζειν, Deferre, Transferre, Transducere. τὸν χρυσὸν κομίζειν, i. 153. *f.* κομίζουσι ἐν ἁμάξῃ ἐς ἄλλο ἔθνος· οἳ δ' ἂν παραδέξωνται κομισθέντα τὸν νεκρὸν, *etc.* iv. 71. *a.* Λέσβιοι ἐς Δορίσκον ἐκόμισαν αὐτοὺς, v. 98. *extr.* τὴν κεφαλὴν (αὐτοῦ) ἐκόμισαν ἐς Ἀμαθοῦντα, v. 114. *a.* καί σφεα (*nempe,* τὰ ἀγάλματα) ἐκόμισάν τε καὶ ἱδρύσαντο τῆς σφετέρης χώρης ἐς τὸ μεσόγαιον, v. 83. *m. N. ubi alii* ἐκομίσαντο καὶ ἱδρ. *percommode ac fortasse rectius, quia* Suos in fines transtulerunt istas imagines.

Medium Κομίζεσθαι, 1. *Cum Accusativo,* Sibi transferre *vel* Reducere, Revehere. Θηβαῖοι αὐτοὶ ἐκομίσαντο (τὸ ἄγαλμα) ἐπὶ Δήλιον, *nempe* Δήλιον τὸ Θηβαίων, vi. 118. *f. Sic et probi nonnulli codices* v. 83. *m. quo de loco paulo ante dictum est.* 2. *Absolute, aut cum* ἐς *aut simili quadam præpositione,* Sese transferre, Proficisci, Sese recipere, Redire. ἐκομίζοντο, Redierunt, *nempe* ex fuga, et cursum suum continuarunt, viii. 107. *extr.* κομιεύμεθα ἐς Σίριν, Sirin nos conferemus, viii. 62. *m.* οἳ ἂν κομίσωνται ἀπὸ τῆσδε τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα, Qui Babylonem proficiscuntur, i. 185. *m.* (*quo de loco confer dicta sub voce* Καταπλέειν.) κομίζεσθαι πρὸς Ἀλυάττεα, Ad Alyatten se conferre, i. 73. *f.* ἐὰν ἐς Βούβαστιν κομίζονται, ii. 60. *a. N.* ἐκομίζετο ἐς ἤθεα τὰ Σκυθικὰ, Reversus est ad Scytharum sedes, iv. 76. *a.*

Κόμμι, τὸ, Gummi. *Dativ.* τῷ κόμμι, ii. 86. *f. ubi alii olim* τῇ κόμμιδι. (*vide Var. Lect. et Not.*) τῆς ἀκάνθης τὸ δάκρυον, κόμμι ἐστὶ, Lacryma acanthi arboris Gummi est, ii. 96. *a.*

Κομπέειν ἄλλως, Gloriari frustra, v. 41. *m.*

Κόμπος, ου, ὁ, Jactantia. ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος εἴη, vii. 103. *m.*

Κονιορτὸς, οῦ, ὁ, Pulvis excitatus, viii. 65. *a. et f.*

Κοντὸς, οῦ, ὁ, Contus, Pertica, ii. 136. *f.* iv. 195. *m.*

Κοπάζειν, Desinere, Cessare, Quiescere. ἐκόπασε ὁ ἄνεμος, *i. q.* ἐπαύσατο, Quievit ventus, vii. 191. *f.*

Κόπρος, ου, ἡ, Stercus. σιτεόμενοι κόπρον, iii. 22. *f.* τὴν κόπρον ἀναιρέονται χερσὶ, ii. 36. *m.*

Κόπτειν, Ferire, Concidere (*conf.* Κατακόπτειν.) *Hinc* Κόπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, Ferire sibi caput, ii. 121, 4. *a. Cares Ægyptum habitantes non solum τύπτονται, verum etiam τὰ μέτωπα κόπτονται μαχαίρῃσι*, Frontem sibi Incidunt cultris, ii. 61. *f. κύπερος κεκομμένος*, Minutatim concisus cyperus, iv. 71. *a.*

Κόραξ, Corvus *olim fuerat Aristeas*, iv. 15. *m.*

Κορέειν, Satiare, Replere. *ὕβρι κεκορημένος*, Insolentia repletus, iii. 80. *m.*

Κορμὸς, οῦ, ὁ, Caudex, Stipes, Truncus. *κορμοὺς ξύλων καταπρίσαντες*, vii. 36. *f.*

Κόρος, ου, ὁ, Satietas, Fastidium. *δῖα δίκη σβέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱὸν*, viii. 77. *m.* (*in Bacidis orac.*) *ubi alii quidem κόρον* Puerum, Juvenem *intelligunt. vide Not.*

Κόρυμβος, ου, ὁ, Summitas, Extremitas summa. *φεύγοντες ἐπὶ τοῦ οὔρεος τὸν κόρυμβον*, In summum montis verticem se recipientes, vii. 218. *f.*

Κορύνη, ης, ἡ, Clava, *unde* Κορυνηφόρος, ὁ, Clavam gestans. *δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο, κορυνηφόροι δέ. ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἵποντό οἱ ὄπισθε*, i. 59. *f.*

Κορυφαῖος, ὁ, Qui in Vertice (in Summo) est, Princeps, (Dux et auctor.) *αὐτὸς ἕκαστος βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι*, iii. 82. *m. τῶν ἀνδρῶν τοὺς κορυφαίους* (primarios cives) *ἀνεσκολόπισε*, iii. 159. *a. m. τοὺς κορυφαίους αὐτέων*, Eminentiores ex illis; *sive*, Qui duces et auctores fuerant cæteris, vi. 23. *f. Rursus vero, ubi ait* Permulta mala illata esse Græciæ *ἀπ' αὐτέων τῶν κορυφαίων, περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμεόντων*, vi. 98. *m. f. perspicue τοὺς κορυφαίους dicit* Primarios viros, Principes cives.

Κορυφὴ, ῆς, ἡ, Vertex, Cacumen, Summitas *montis. ἐκ τοῦ Αἵμου τῶν κορυφέων tres magni fluvii decurrunt*, iv. 49. *a. ἐν κορυφῇσι ἑκάστου τοῦ κολωνοῦ*, iv. 181. *a. τὰς διόδους τὰς ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκάλης φερούσας*, ix. 99. *f. Item* Vertex capitis. *τῶν παιδίων καίουσι τὰς ἐν τῇσι κορυφῇσι φλέβας*, iv. 187. *m.*

[Κορυφοῦν, *vide* Ἀποκορυφοῦν.]

Κοσμέειν, Ornare, Ordinare, Instruere. *τὰς κεφαλὰς κοσμέονται*, Ornant, Comunt capita, vii. 209. *m. nempe i. q. τὰς κόμας κτενίζονται, coll. cap.* 208. *f. παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ*, i. 109. *a. vide supra in voc.* Θάνατος. *τὰ ἄλλα ἐκεκοσμέατό οἱ*, Reliqua ab eo ordinata erant, i. 100. *b. Sigillatim de* Ordinanda acie. *ἐπὶ τάξις πλεῦνας ἐκεκοσμέατο*, Plures in ordines locati erant, ix. 31. *a. ἐδίωκον— οὔτε κόσμῳ οὐδενὶ κοσμηθέντες οὔτε τάξι*, ix. 59. *f. Porro, ut τάσσεσθαι, sic κοσμέεσθαι significat etiam* Ordini alicui adtribui, In aliquo numero censeri. *ἐς γὰρ τὸν Αἰγύπτιον νομὸν αὗται* (*nempe hæ duæ civitates, Cyrene et Barce*) *ἐκεκοσμέατο*, Adtributæ erant præfecturæ Ægyptiacæ, iii. 91. *m. τὰ τέκνα* (Filii Metiochi, nepotes Miltiadis) *ἐς Πέρσας κεκοσμέαται*, Persarum ordini sunt adscripti, vi. 41. *f.*

Κόσμιος, Modestus. *Unde τὸ* Κόσμιον, Modestia morum. *ἡ δὲ παρ' αὐτῷ εἰργάζετο, πολλῷ κοσμίῳ χρωμένη, Vit. Hom.* 4. *a.*

Κόσμος, ου, ὁ, 1. Ordo, Disciplina. *κόσμον τόνδε πρῶτός ἐστι ὁ καταστησάμενος*, Hunc ordinem, hanc Rationem (*administrandi imperii*) primus ille instituit, i. 99. *a. quo dein refertur quod ait, ἐπεί τε δὲ ταῦτα διεκόσμησε, cap.* 100. *a. ὡς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς ἵζοντο*, Qui ut ordine deinceps consederunt, viii. 67. *f. κόσμῳ θέντες τὴν ὕλην*, vii. 36. *f.* Dii (οἱ θεοὶ) nominati sunt *ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα etc.* ii. 52. *a. ἀπίασι οὐδενὶ κόσμῳ*, Nullo ordine, Incondita fuga se recipient, viii. 60, 3. *οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο*, Non amplius eodem ordine suos duxit, (*sed citato cursu corripuit fugam*,) ix. 66. *m. ἀπιδόντες σφέας ἐπειγομένους οὐδένα κόσμον*, ix. 69. *m. f. ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ*, iii. 13. *a. ἔφευγον οὐδένα κόσμον*, ix. 65. *a. οὐδένα κόσμον ταχθέντες*, ix. 69. *a. οὐδὲ κόσμῳ οὐδενὶ κοσμηθέντες οὔτε τάξι*, ix. 59. *f.* Ἑλλήνων *σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν*, Ordine et justa acie, viii. 86. *a. cui opponitur, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ τεταγμένων ἔτι, οὐδὲ σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδὲν, ibid.*

2. Ornatus, Supellex pretiosa. *τὸν κόσμον τὸν ἐκ τοῦ ἀνδρεῶνος, ὄντα ἀξιοθέητον*, iii. 123. *m.*

3. Ornamentum (*notione ad Mores translata*), Decus, Modus in rebus. *οὐδένα κόσμον ἐμπιπλάμενοι*, Ultra modum cibis sese implentes, viii. 117. *οὔτε δίκαιον, οὔτε κόσμον φέρον ὑμῖν*, Neque justum, neque Decus adferens (decorum) vobis, viii. 142. *a. οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον οὐδένα τῶν συμμάχων κατηγορέειν*, Nequaquam eum decebat accusare socios, viii. 60. *a.*

Κόσος, (*Ion. i. q. πόσος*) Quantus; Κόσοι, Quot. *Κόσοι τινές εἰσι οἱ Λακεδαιμόνιοι*, vii. 234. *a. τίνες ἐόντες καὶ κόσον πλῆθος*, i. 153. *a. Conf.* Ὁκόσοι.

Κοτὲ, (*Ion. pro ποτὲ*) Aliquando. *καί κοτε συνήνεικε ἑλεῖν σφεας οὐδὲν*, i. 73. *m. οὐ γὰρ ἦν δεινὸν μὴ ἁλῷ κοτε*, Non verendum videbatur, ne unquam caperetur, i. 84. *a. m.* viii. 53. *a. m. ἡμῖν κοτε κάλλιον παρέξει etc.* Umquamne honestius nobis erit, iii. 73. *a. ubi alii quidem κότε interrogative efferunt*, Quando? *Rursus κοτὲ reddi potest* Nuper *in ista phrasi, ταύτην μέντοι κοτὲ* (*aut μὲν δή κοτε*) *σὺ τὴν θρίδακα ἐμιμήσαο*, iii. 32.

f. Conf. Hoogeveen Partic. Græc. cap. 45. §. 2. *et quem is citat Eustathium ad Iliad.* α'. 108.

Κότερα et Κότερον, (*Ion. pro* πότερα *et* πότερον) Utrum? *In interrogatione directa:* κότερά τοι ὁ πεζὸς—ἢ τὸ ναυτικὸν etc. vii. 48. *a.* κότερα λέγειν (*nempe* χρὴ) πρὸς σὲ—ἢ σιγᾶν, i. 88. *m. ubi* κότερα *quidem nonnisi ex ed. Ven. propagatum est, scripti libri quos novimus cuncti* κότερον *tenent.* (*Vide Var. Lect. et, quæ ibi notavimus, his hæc addes: At, ubi in* κότερα *consentiunt libri omnes, ibi plerumque peculiaris ratio est pluralem numerum requirens. Contra,* iii. 32. *f. rursus codd. nostri omnes* κότερον *præferunt, ubi iterum una Aldina* κότερα *dedit. Quare videndum, ne utrobique Venetus Editor sua auctoritate* κότερα *pro* κότερον *restituendum Herodoto censuerit.*) ὦ παῖ, κότερα τούτων αἱρετώτερα ἐστι; iii. 52. *m.*

Similiter in Interrogatione indirecta: ἐπείρεσθαι κότερα τὴν ἑωυτοῦ ἢ τὴν Κύρου λέγοι ἀρχὴν, i. 91. *m.* εἴρετο κότερα, τὰ τῇ προτεραίῃ εἶχον, ἢ τὰ παρεόντα σφι, εἴη αἱρετώτερα, i. 126. *m.* ἐπανείρεσθαι κότερον περιτετιλμένη ἡ θρίδαξ, ἢ δασεῖα ἐοῦσα, εἴη καλλίων, iii. 32. *f.* (*ubi una ed. Ven.* κότερα *præfert.*) *Conf.* Ὁκότερα.

Κότορνος pro κόθορνος *bis scribitur in edd. vett. et ms. F.* vi. 125. *m.*

Κοῦ, *i. q.* ποῦ, Ubi? κοῦ γε δὴ, Ubinam tandem certe? ii. 11. *f. ibique Var. Lect.*

Κου, *enclitica particula.* 1. Fere, Ferme, Circiter. μέχρι που ἡμισέων, Usque fere ad dimidiam partem, ix. 103. *a.* ἕτερον τοιοῦτον—γενέσθαι κου, Alium esse fere similem, ii. 11. *a. m. Eadem notione jungitur sæpe cum particula idem fere significante* μάλιστα. *Sic* ἔτεα τρία καὶ δέκα κου μάλιστα, i. 119. *a.* εἴκοσί κου μάλιστα ἔτεα, i. 209. *a.* ἐκ τριῶν ἐτέων κου μάλιστα, vii. 22. *a. Sic et plures codices percommode* viii. 65. *a. ubi vulgo* μάλιστά κη. 2. Fortasse, *aut, magis etiam adfirmanter,* Nempe, Haud dubie, Sane. *Sic accipienda particula ubi ait Noster,* καὶ τοῦτο μέν κου τέρας ἀνθρώποισι τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνε ὁ θεὸς, vi. 98. *a. Conf. Hoogev. Doctr. particul. ed. Schütz. cap.* 46. §. 9—12. *Vide etiam infra voc.* Πως.

Pro eo, quod iii. 105. *m. f. parum commode vulgo legitur* ἐπελκομένους οὐκ ὁμοῦ ἀμφοτέρους, *videtur* ἐπελκ. κου ὁμοῦ ἀμφ. *corrigendum.*

Κουλεὸς, οῦ, ὁ, (*Ion. pro* κολεὸς) Vagina gladii, iii. 64. *f.*

Κουριδίη γυνὴ, Legitima uxor. ἕκαστος αὐτέων πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται, i. 135. *f.* καὶ τὰς παλλακὰς καὶ τὰς κουριδίας γυναῖκας, v. 18. *a. m.* τῶν κουριδιέων γυναικῶν, vi. 138. *m. quibus pariter opponuntur* παλλακαὶ, Pellices, ibid. *a.*

Κουροτρόφος, ου, ἡ, *scil.* γῆ. "Telluris *epithetum, de quo Suidam consule,* Juventutis altrix. *Accipitur et pro ipsa* Tellure, *et* Cerere." *Hæc Portus. Vide Vit. Hom. c.* 30. *ibique notata.*

Κραιπνὸς, Velox, Rapidus. κραιπνὸς μετέρχεται, vi. 86, 3. *in Orac.*

Κρανέϊνος *et* Κρανέϊος, Corneus, Ex corni (arboris vel arbusti) ligno confectus. εἶχον δὲ τόξα κρανέϊνα, *sive* κρανέϊα, *ut est in cod. F.* vii. 92. *a.*

Κράνος, εος, τὸ, Galea. χάλκεα κράνεα καὶ πεπλεγμένα τρόπον τινὰ βαρβαρικὸν, vii. 63. *a.* 72. *a.* κράνεα χηλευτὰ, vii. 89. *f.* κράνεα ἐπιχώρια, vii. 91. *a.*

Κραταίποδες ἡμίονοι, Robustis, Firmis pedibus muli, *Vit. Hom.* 33. *m.*

Κραταίρινος, ὁ, ἡ, Dura cute, Duro corio *vel* clypeo instructus. ὀδμὴ κραταιρίνοιο χελώνης, i. 47. *f. in Orac.*

Κρατέειν, Potiundi *notione, cum Accusat. loco Genitivi construitur* iv. 111. *a. si vera codicum et editionum nonnullarum scriptura.* τινὰς τῶν νεκρῶν ἐκράτησαν, *ubi nos quidem, vocem* τινὰς, *quam alii ignorant, abjecimus.* κρατέειν τῇ γνώμῃ, Vincere sententia, ix. 42. *a.*

Κράτος, εος, τὸ, Imperium, Potentia. οὐδεὶς ἀξιονικώτερος αὐτοῦ Ξέρξεω ἔχειν τοῦτο τὸ κράτος, vii. 187. *extr.* τὸ κράτος τῆς στρατιῆς, Imperium totius exercitus. τὸ γὰρ κράτος εἶχε τῆς στρατιῆς οὗτος ἐκ βασιλῆος, ix. 42. *a.*

Κρατύνειν, Firmare, Stabilire, Munire. ἔσχε τὴν βασιληΐην καὶ ἐκρατύνθη, Obtinuit regnum et in eo Confirmatus est, i. 13. *a.* κρατύνειν αὐτὸν δορυφόροισι, Munire ipsum satellitibus, i. 98. *a.* ἐκράτυνε ἑωυτὸν τῇ τυραννίδι, Firmavit sese in regno, Firmavit sibi imperium, i. 100. *a.* ὁ δὲ τὰς Συρακούσας ἐκράτυνε, Syracusas quoquo modo firmavit, et potentia auxit, vii. 156. *a.*

Κραυγάνεσθαι, Clamitare. παιδίον ἀσπαῖρόν τε καὶ κραυγανόμενον, i. 111. *m.*

Κρέας, ατος, τὸ, Caro, *Plur.* κρέα ἑφθὰ, Carnes coctæ, iii. 23. *a.* τῶν κρεῶν τουτέων ἐπάσαντο, i. 73. *f.* ἅμα ἀρνείοισι κρέεσσι, i. 47. *f. in Orac.*

Κρὲξ, εκὸς, ὁ, Crex, *avis genus.* ἶβις, μέγαθος ὅσον κρὲξ, ii. 76. *a.*

Κρεουργηδὸν, Scissim in frusta, In modum carnium in frusta dissectarum. τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες, iii. 13. *a. Conf.* Κατακρεουργέειν.

Κρέσσων, (*Ion. pro* κρείσσων *et* κρείττων) 1. Melior, Præstantior. καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι, i. 66. *a.* φθονέεσθαι κρέσσον ἐστὶ ἢ οἰκτείρεσθαι, iii. 52. *m.* κρέσσον γὰρ εἶναι ἀρχῆθεν μὴ ἐλθεῖν, ἢ etc. v. 18. *f.* πρὸ τούτων τῶν κακῶν ἡμῖν κρέσσον ὅτι ὧν ἄλλο παθεῖν, vi. 12. *m. f.* κρέσσον δὲ, πάντα θαρσέοντα,

ἥμισυ τῶν δεινῶν πάσχειν μᾶλλον ἢ *etc.* vii. 50, 1. *a.* πάντα κρέσσω τοῖσι ἥττοσι ἀντιτιθέμενα, viii. 23. *m.* 2. Potentior. οὐδαμᾶ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ, vii. 172. *f.* ἐς τοὺς κρέσσονας τεθυμῶσθαι, iii. 52. *m. f.* τὸ κρέσσον στυγέουσι, vii. 236. *a. m.*

Κρηπὶς, ῖδος, ἡ, 1. Crepido *fossæ.* κρηπῖδα κύκλῳ περὶ αὐτὴν (*scil.* τὴν λίμνην) ἤλασε, i. 185. *f.* ii. 170. *m.* 2. Basis. σῆμα, τοῦ ἡ κρηπὶς μέν ἐστι λίθων μεγάλων, i. 93. *a.*

Κρησφύγετον, τὸ, Perfugium, Tutum perfugium. ἄμεινόν σφι εἴη κρησφύγετόν τι ὑπάρχον εἶναι, ἤν ἄρα *etc.* v. 124. *b.* τοῦτο εἶναι τὸ κρησφύγετον, vii. 51. *f.* κρησφύγετον τοῦτο ἐποιέετο, ix. 15. *m.* ἕρκος, ἔρυμα τῶν νεῶν, καὶ σφέων αὐτῶν κρησφύγετον, ix. 96. *extr.*

Κριθὴ, ῆς, ἡ, *sive potius Plurali numero* αἱ κριθαὶ, Hordeum. οἶνος ἐκ κριθέων πεποιημένος, ii. 77. *m. f.*

Κρίκος, ου, ὁ, Annulus. τῶν ἱστίων τοὺς κρίκους καὶ κάλους, ii. 36. *f.*

Κρίνειν, 1. Judicare, Jus dicere. δίκας δικαιοτάτας κρίνειν, ii. 129. *a.* 2. Probare. κρίνειν τινὰ ἐκ πάντων, Probare (Seligere) aliquem præ cæteris, vi. 129. *a.* (*pro quo est* ἀποκρίνειν ἕνα ἐξαίρετον, vi. 130. *a.*) *Sic* κατ' ἀνδραγαθίην ἐκρίνετο, vi. 128. *f.* κεκριμένοι ἄνδρες, Probati viri, iii. 31. *m.* 3. Interpretari *somnium aut prodigium.* οἱ μάγοι τὸ ἐνύπνιόν οἱ ταύτῃ ἔκριναν, i. 120. *a.* εἴρετω δ' Ἀστυάγης τῇ ἔκρινάν οἱ τὴν ὄψιν, ibid. *Similiter* vii. 19. *a. et m.*

Κρίνεσθαι, Disceptare inter se. κρινομένων περὶ ἀρετῆς, iii. 120. *m.*

Κρῖνος, εος, τὸ, Lilium, *quod ad genus refertur Lotus.* φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλὰ, ii. 92. *a.* ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα, ibid. *m.*

Κριοπρόσωπος, ὁ, ἡ, Arietina facie instructus. κριοπρόσωπον τοῦ Διὸς ἄγαλμα, ii. 42. *m.* iv. 181. *m.*

Κριὸς, οῦ, ὁ, Aries, ii. 42. *Item* Nomen hominis Æginetæ, *cujus in nominis ambiguitate luditur*, vi. 49. *f.*

Κρίσις, ιος, ἡ, 1. Judicium. κρίσι *ex aliis codd. pro vulgato olim* ἀνακρίσι *recepi* viii. 69. *a.* 2. Disceptatio. κρίσις γίνεται μεγάλη τῶν γυναικῶν περὶ τοῦδε, v. 5. *a.* ἐς κρίσιν τούτου πέρι ἐλθόντες, vii. 26. *m.*

Κριτὴς, οῦ, ὁ, Judex. Ζωπύρου ἀνδραγαθίην οὐδεὶς ὑπερεβάλετο παρὰ Δαρείῳ κριτῇ, Judice Dario, iii. 160. *a.*

Κρίκη, ης, ἡ, Trama, Subtegmen, Filum quod intertexitur stamini. ὑφαίνουσι οἱ μὲν ἄλλοι ἄνω τὴν κρίκην ὠθέοντες, Αἰγύπτιοι δὲ κάτω, ii. 35. *m. quem locum* (*ut Larcherus monuit*) *illustravit Salmasius ad Vopisci Aurelianum, T.* ii. *Scriptorum Hist. Aug. p.* 564.

Κροκόδειλος, ου, ὁ, Crocodilus; *non Ægyptiacum nomen, sed Ionicum, proprie* Lacertam (τὸν ἐν αἱμασιαῖς κροκόδειλον) *significans;* Crocodilos *autem Ægyptii* χάμψας *vocant,* ii. 69. *f.* κροκόδειλοι ὅσον τε τριπήχεες χερσαῖοι *in Libya,* iv. 192. *a. m.*

Κροκὺς, ύδος, ἡ, Floccus, Filum e veste. λαβὼν ἐκ τοῦ ἱματίου ἑκατέρου κροκύδα, iii. 8. *a. m. ubi nonnulli* κροκίδα, *minus ex vero; vide Not.*

Κρόσσαι, αἱ (*sive* Κρῶσσαι,) Scala, Gradus scalæ. ἀναβαθμῶν τρόπον, τὰς μετεξέτεροι κρόσσας, (*alii* κρώσσας), οἱ δὲ βωμίδας ὀνομάζουσι, ii. 125. *a. ibique Var. Lect. et Not. Conf.* Πρόκροσσος.

Κροταλίζειν, Crepitare, Agitare τὸ Κρόταλον, Crepitaculum. αἵ τινες τῶν γυναικῶν, κρόταλα ἔχουσαι, κροταλίζουσι, ii. 60. *a.*

Κρόταφος, ου, ὁ, (*nescio an et* ἡ *Ionico idiomate.*) Tempus, pars capitis. καίουσι τὰς ἐν τοῖσι (*alii* ταῖσι) κροτάφοισι φλέβας, iv. 187. *m. ubi vide quæ in Var. Lect. monuimus.*

Κρυμὸς, οῦ, ὁ, Frigus, Gelu. καταλαβεῖν αὐτὸν χειμῶνα καὶ κρυμὸν, iv. 8. *f.* ἀφόρητος κρυμὸς, iv. 28. *a. et f.*

Κρύσταλλος, (*vel* Κρύσταλος), ου, ὁ, Glacies. ἡ θάλασσα πήγνυται, καὶ ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου στρατεύονται, iv. 28. *a. Hinc* χώρη ἀκρύσταλλος, (ἀκρύσταλος *cod. Arch.*) ii. 22. *m.*

Κτᾶσθαι, Κτήσασθαι, Parare sibi, Nancisci, Adquirere. Κεκτῆσθαι, Possidere, Tenere, Habere. κέκτησο αὐτὸς τάπερ αὐτὸς ἐκτήσαο, vii. 29. *f. N.* τὸν χρυσὸν τρόπῳ τοιῷδε κτέωνται, iii. 98. *a.* ταῦτα δυσπετέως κτέωνται. (*al.* κτέονται, *nec hi male,*) iii. 107. *a. m. Imperf.* ἐκτέετο χρήματα, Paravit sibi pecunias, viii. 112. *extr. ubi perperam* ἐκτέατο *alii, et* ἠτέετο *Ald. ex paradiorthosi. Aor. pr.* ἐκτήσαντο πόλιν ταύτην, ἥτις νῦν Ὑέλη καλέεται, Nacti sunt, Adquisiverunt sibi (*voluntate incolarum*) oppidum illud, *aut,* Potiti sunt illo oppido, quod nunc Hyela vocatur, i. 167. *f. ubi nil opus est ut* ἔκτισαν *aut* (*cum Larchero*) ἐκτίσαντο *pro* ἐκτήσαντο *requiras.* (*conf.* Κτίζειν.) *Quod pro* κτησαμένου vii. 153. *a. m. codices nonnulli* κτισαμ. *habent, id manifeste vitiosum est.*

Præterit. Passiv. τοῦτο ἐνόμισε μαντήϊον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι, i. 49. *f. N. ubi* κεκτῆσθαι *nonnulli.* ὅπλα ἀρήϊα μὴ ἐκτῆσθαι, (*al.* κεκτῆσθαι,) i. 155. *f. Eadem varietas est* i. 170. *f. Sed in formam magis Ionicam* ἐκτῆσθαι *consentiunt omnes* iii. 100. *a.* iv. 191. *a.* vi. 20. *extr. Tertia pers. plur.* ἐκτέαται, (*Ion. pro* ἔκτηνται) οὐδέ τι ἀρήϊον ὅπλον ἐκτέατο, iv. 23. *f. Sic et* iv. 174. *Imperativum* κέκτησο *ex* vii. 29. *f. supra vidimus, ubi nullus li-*

brorum dissensus. Participium: στρατὸν πλεῖστον ἐκτημένοι, vii. 161. *f. ubi formam istam unice probat Wess. in Var. Lect. camdemque equidem tenui; sed* viii. 140, 2. *f. alteram formam* κεκτημένων *recepi, probatissimis quibusque codicibus sic jubentibus.*

Κτενίζεσθαι τὰς κόμας, Capillos sibi pectere, vii. 208. *m.*

Κτηνηδὸν, Pecudum more. μίξιν ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέοντες, κτηνηδὸν μισγόμενοι, iv. 180. *f.*

Κτῆνος, εος, τὸ, Pecus. κατὰ ταὐτὰ τοῖσι βουσὶ καὶ τἄλλα κτήνεα, ii. 41. *f.* 64. *f.*

Κτίζειν, "Condere, Coloniam aliquo ducere, Locum aliquem ædificiis in eo exstructis habitabilem reddere; Urbes, domos, ædificia, in aliquo loco condere." *Hæc Portus, satis commode. Sic* οἱ Αἰολέες χώρην ἔτυχον κτίσαντες ἀμείνω Ἰώνων, Æoles meliori in terra coloniam suam constituerant (Meliorem terram oppidis atque coloniis suis frequentaverant; *ut verbo dicam,* Meliorem incolebant terram) quam Iones, i. 149. *b.* ταύτην τὴν νῆσον Λακεδαιμονίοισί φασι λόγιον εἶναι κτίσαι, Aiunt oraculum jussisse Lacedæmonios in hanc insulam ducere coloniam, Colonis frequentare hanc insulam, iv. 178. *b.*

Κτίζειν πόλιν, Condere urbem quam habitent coloni: *et quidem non solum,* Novam condere urbem, *verum etiam,* Instaurare priscam urbem, eamque colonis frequentare et augere. ἐνταῦθα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα, τὴν πρότερος τούτων Τιμήσιος κτίσας *etc.* i. 168. *b.* ἐκτήσαντο πόλιν ταύτην, ἥτις νῦν Ὑέλη καλέεται, ἔκτισαν δὲ ταύτην *etc.* Nacti sunt illam urbem quæ nunc Hyela vocatur; (*quæ adeo jam ante ibi fuerat: sed alio nomine insignita,*) Instaurarunt vero eam, Colonis eam frequentarunt auxeruntque, Sedem suam in illa ceperunt, i. 167. *f. Quid vero sit quod mox* ibid. *ait,* τὸν Κύρνον κτίσαι ἥρων ἐόντα, *haud satis liquet. Possis intelligere,* Cyrnum colere (Cultum Cyrni instituere) qui ipsis Herois loco esset, *Larcherus interpretatur,* Monumentum erigere Cyrno heroi.

Passiv. κτιζομένης Γέλης ὑπὸ Λινδίων, vii. 153. *a.* Σμύρνην τὴν ἀπὸ (*sic*) Κολοφῶνος κτισθεῖσαν, i. 16. *m. ubi nonnulli quidem* ὑπὸ *præferunt. Vide Var. Lect. et Not.*

Κτιλοῦν, Cicurare, Mansuetum reddere. ἐκτιλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν Ἀμαζόνων, iv. 113. *extr. N.*

[Κτίσις, *vide* Κτιστύς.]

Κτιστὺς, ύος, ἡ, (*Ion. i. q. comm.* κτίσις) Institutio coloniæ, Condere *urbem, et præsertim coloniam.* Νείλεῳ ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτιστὺν, Neleum secutus ad condendam Miletum, ix. 97. *m. cum Var. Lect. et Not.*

Κύαμος, ου, ὁ, Faba. ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν, vi. 109. *a. N.*

Κυβερνήτης, ου, ὁ, Gubernator *navis. Accusat.* τὸν κυβερνήτεα, viii. 118. *m. et f.*

Κύειν, *et Ionico idiomate* Κυέειν, Prægnantem, Gravidam esse. Λάβδα κύει τέξει δὲ *etc.* v. 92, 2. *m. in Orac. ubi* κυεῖ *unus codex.* γυνὴ, τὸν πρότερον χρόνον ἄτοκος ἐοῦσα, τότε κως ἐκύησε, v. 41. *a.* κυέουσαν ἐκ τοῦ πρότερον ἀνδρὸς, vi. 68. *m.*

Κυΐσκεσθαι, *i. q.* ἀναιρέεσθαι *et* συλλαμβάνειν, Fœtum concipere, Gravidam fieri. (*conf.* ἐπικυΐσκεσθαι *et Not. ad* iii. 108. *m.*) ἐπεάν σφεας ἐσίῃ οἶστρος κυΐσκεσθαι, ii. 93. *a. ubi de Piscibus.* ἐπεὰν προσίῃ ἡ ὥρη κυΐσκεσθαι τὰς ἵππους, iv. 30. *b.*

Κυκλέεσθαι, (*non* Κυκλεύεσθαι,) *i. q.* κυκλοῦσθαι, *Med. notione activa,* Cingere, Circumdare, Circumire *aciem vel classem hostium.* μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν, ἐκυκλέοντο αὐτοὺς, viii. 16. *a. ubi qui* ἐκυκλεύοντο *præferunt libri, hi haud dubie* ἐκυκλεῦντο *debuerant, quod idem valet ac* ἐκυκλέοντο. *Conf.* Κυκλοῦσθαι.

Κύκλος, ὁ, 1. Circulus, Orbis. κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐστὶ πρηγμάτων, i. 207. *a. N.* ὁ κύκλος τῆς σελήνης, Orbis lunæ. μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου, *nempe* τῆς σελήνης, vi. 106. *f. Est etiam* κύκλος Rota, *in Compos.* τετράκυκλος. 2. Circuitus, Circumferentia. κατὰ τὸν Ἀθηνέων κύκλον τὸ μέγαθος, i. 98. *f.*

Κύκλῳ, Circumcirca. λίμνη ἐργασμένη (*sive potius,* κρηπῖδι ἐργασμένη) εὖ κύκλῳ, ii. 170. *b. Construitur cum Accus. præeunte* περὶ *præpositione:* κύκλῳ περὶ αὐτὴν, i. 185. *f. Item cum nudo Accusat.* ἐπιστήσαντες κύκλῳ τὸ σῆμα (Circa monumentum in orbem) ἱππέας, iv. 72. *extr.* περιάγουσι (τὴν παρθένον) τὴν λίμνην κύκλῳ, Circa lacum circumvehunt *virginem,* iv. 180. *m.*

Κυκλοτερὴς, ὁ, ἡ, Orbicularis, Rotundus. πέριξ τὴν γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου, iv. 36. *b.* οὖρος κυκλοτερὲς πάντῃ, iv. 184. *f.* πλοῖα κυκλοτερέα ἀσπίδος τρόπον, i. 194. *a.*

Κυκλοῦσθαι, *i. q.* κυκλέεσθαι, *quod vide.* ἐκυκλοῦτο αὐτοὺς ἐς μέσον, viii. 10. *m.* τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι, viii. 76. *a.* (*conf. voc.* Ἀνάγειν.) κυκλωσάμενος τοὺς χιλίους, iii. 157. *m.*

Κύλληστιρ, ιος, ἡ, Panis ex zea apud Ægyptios. ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι, ii. 77. *m. N.*

Κυλλύριοι, al. Κιλλύριοι *aut* Κιλλικύριοι, Servorum genus apud Syracusios, vii. 155. *m. cum Var. Lect. et Not.*

Κῦμα, ατος, τὸ, Unda, Fluctus *maris.* ὡς τὸ κῦμα ἔστρωτο, vii. 193. *a.*

Κυματίης, ὁ, ἡ, (*Ion. pro* κυματίας.) 1. Fluctibus agitatus. πνεύματος ἐμπεσόντος κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο, ii. 111. *a.* 2. ἄνεμος κυματίης, Ventus impetuosus, Ingentes maris fluctus excitans, viii. 118. *a. m.*

Κυματωγὴ, ἡ, Litus ad quod franguntur fluctus, iv. 196. *a.* ix. 100. *a.* (*ubi utrobique vulgo penacute scribitur vocab. Vide Var. Lect. et Not.*) *Vit. Hom.* 19. *m.* 34. *m.*

Κυνέη, *et contracte* Κυνῆ, Galea, *proprie*, ex pelle canina confecta. παρθένον τὴν καλλίστην κοσμήσαντες κυνῇ Κορινθίῃ, iv. 180. *m.* περιελόμενος τὴν κυνέην ἐοῦσαν χαλκέην, ii. 151. *a.* περὶ τῇσι κεφαλῇσι εἶχον ἐκ διφθερέων πεποιημένας κυνέας, vii. 77. *f.*

Κυνηγέσιον, ου, τὸ, *nomen collectivum*, Ministerium venaticum. Λυδῶν λογάδας καὶ τὸ κυνηγέσιον πᾶν συμπέμψω, i. 36. *f. ubi* Venatores omnes cum canibus *Valla interpretatur; Portus*, Ipsos canes, ipsos venatores et omne venationis instrumentum: *sed præsertim* Canum venatoriorum chorum *hoc vocabulo significasse Herodotus videtur; nam paulo ante ait*, rogatum fuisse Crœsum λογάδας νεηνίας καὶ κύνας συμπέμψαι, *et cap.* 43. *a. iterum*, ἤϊσαν ἐξηρτυμένοι λογάσι τε νεηνίῃσι καὶ κυσί.

Κυπάρισσος, ου, ἡ, Cypressus *arbor*, iv. 75. *m. Vide supra in* Κατασώχειν.

Κύπερος, ὁ, (*Ion. pro comm.* Κύπειρος) Cyperus, Juncus odoratus. κυπέρου κεκομμένου *replent Scythæ corpus mortui regis*, iv. 71. *a.*

Κύπτειν, Pronum esse, Sese incurvare. κέρεα κεκυφότα ἐς τὸ ἔμπροσθεν, Incurvata antrorsum, iv. 183. *a. m. Conf.* Ἐγκύπτειν.

Κυρβείη μάζα, *Vit. Hom.* 33. *m. N.*

Κυρβασίη, ἡ, Tiaræ genus, Capitis tegumentum Persicum. *Persæ in prælium eunt*, ἔχοντες κυρβασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι, v. 49. *m. Scythæ in exercitu Persico gestabant* περὶ τῇσι κεφαλῇσι κυρβασίας ἐς ὀξὺ ἀπιγμένας, vii. 64. *a. N.*

Κυρέειν τινὸς, Nancisci, Consequi aliquid. οἵων τέκνων ἐκύρησε, i. 31. *f.* καθαρσίου ἐδέετο κυρῆσαι, i. 35. *a.* ἐδέετο φυλακῆς τινος πρὸς τοῦ δήμου κυρῆσαι, i. 59. *m. f.* βασιληΐης ταφῆς κυρῆσαι, i. 112. *f.* ii. 136. *m. Etiam in Malam partem dicitur* aliquis κυρῆσαί τινος. *Sic* δίκης κυρήσας, Pœnam consecutus, Punitus, ix. 116. *m.* ἀτιμίης πρὸς ὑμέων κυρήσας, Ignominia a vobis adfectus, Ignominiose a vobis acceptus, vii. 158. *m. Quam ad formam* vii. 208. *f. pro vulgato* ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς *corrigendum Valck. censuit* ἀλογίης τε ἐκύρησε πολλῆς, *probabiliter sane, nisi malueris* ἀλογίῃσί τε ἐνεκύρησε πολλῇσι: *sic certe* ἀλογίῃσι *plurali numero usurpavit Noster* ii. 141. *a.*

Κύριος, ίη, ιον, Statutus, Definitus. φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων, i. 49. *b.* ἡ κυρίη τῶν ἡμερέων τῆς κατακλίσιος τοῦ γάμου, vi. 129. *a. N.* ἐπεί τε ἡ κυρίη ἡμέρη ἐγένετο τῆς ἀποκρίσιος, v. 50. *a.* ὅταν σφι ἥκωσι ἡμέραι αἱ κύριαι ἀνιᾶσθαι (*intellige* τοῦ ἀνιᾶσθαι) ὑπ' Ἀθηναίων, Quando adfuerint illis statuti dies quibus vexabuntur ab Atheniensibus, v. 93. *a.*

Κῦρος, εος, τὸ, Auctoritas, Potestas definiendi aut decernendi aliquid. Τουτέων τῶν πρηγμάτων τὸ κῦρος ἔχειν, vi. 109. *m.*

Κυροῦν, Confirmare, Ratum habere, Effectum præstare. ταῦτα ὑμῖν ἀναβάλλομαι φυρώσειν ἐς τέταρτον μῆνα ἀπὸ τοῦδε, vi. 86, 2. *f.* ὡς κυρώσαντος Κλεισθένεος τὸν (τῆς θυγατρὸς) γάμον ἐν ἐνιαυτῷ ἀπὸ τῆς ἐξηκοστῆς ἀρξαμένου ἡμέρης, vi. 126. *f.* οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, Ne manserunt quidem donec super re proposita aliquid ratum habitum (aliquid decretum) esset, viii. 56.

Κύρτη, ης, ἡ, Nassa, Cavea. ἔλαβον ἄν σφεας ὡς ἐν κύρτῃ, i. 191. *f.*

Κυψέλη, ης, ἡ, *i. q.* ὁ λάρναξ, Capsa, Arca, Cista. κατακρύπτει τὸ παιδίον ἐς κυψέλην, v. 92, 4. *m. N.* ἀπὸ τῆς κυψέλης Κύψελος οὔνομά οἱ ἐτέθη, v. 92, 5. *a.*

Κω, (*Ion. pro* πω.) *Semper præcedentem habet Negantem particulam, ut significet* Nondum, Adhuc non. οὔ κω λέγω, πρὶν ἂν *etc.* i. 32. *m.* Σμέρδιν—οὔ κω ὄπωπα, iii. 63. *m.* οὐ γὰρ ἔδεισα κω, μὴ ἐσσωθείημεν, iv. 97. *m.* οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, Nondum ullius (Adhuc nullius) hominis imperio fuerunt subjecti, vii. 111. *a.*

Κῶας, τὸ, Vellus, Pellis, ovi aut arieti detracta. ἔπλεον ἐπὶ τὸ κῶας ἐς Αἶαν, vii. 193. *b.*

Κῶλον, τὸ, Latus quodque ædificii aut figuræ. τὰ μὲν τρία τῶν κώλων ἐστὶ απότομα, κατὰ δὲ τὸ ἓν, ἐπιβατὸν, iv. 62. *a.* τοῦ τείχεος κῶλον ἕκαστον, Latus unumquodque muri *urbem circumdantis*, iv. 108. *a.* τῆς πυραμίδος ἐστὶ τὸ κῶλον ἕκαστον ὅλου καὶ ἡμίσεος πλέθρου, ii. 126. *extr.* 134. *a. Conf.* Μουνόκωλος.

Κῶμος, ου, ὁ, Comessatio. πίνειν καὶ κώμῳ χρέεσθαι ἐς ἀλλήλους, i. 21. *extr.*

Κώνωψ, ωπος, ὁ, Culex, ii. 95. *f.*

Κωπεὺς, έος, ὁ, *unde Plural.* πολλοὶ κωπέες, Multa ligna Remis conficiendis idonea, v. 23. *m. N. Conf. Brunck. ad Comici Acharn.* 552.

Κως *enclitica particula, Ionibus usurpata pro communi* πως, *sed apud Herodotum quidem non tam significat* Quodammodo, *quam* Forte, Forte fortuna. *Sic*, καὶ ἔτυχέ κως τοῦ μάγου, iii. 78. *extr.* καὶ

κως ἐν Σάρδισι οὐκέτι ἐόντας εὑρίσκουσι, v. 102. *m.* καί κως κατεῖδον τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ νῆας, vii. 194. *a.* *Potest tamen reddi* Quodammodo, *aut* Nescio quo modo, *in istis verbis* καί πως ταῦτα ποιεῦντες ἐλάνθανον, iii. 150. *a.* *Pro olim vulgato* πάντως μᾶλλον, i. 206. *a.* (*ubi nos ex cod. Arch.* πάντα *recepimus*) *fortasse* πᾶν κως *erat corrigendum.*

Est vero etiam ubi particula κως *eodem modo posita videtur quem supra in partic.* κου *num.* 2. *observavimus, ut significet* Sane, Profecto, *ita quidem ut is, qui loquitur, videri velit cum Dubitatione quadam dicere suam sententiam, sed id hoc consilio faciat, ut eo certius eliciat et exprimat adsensum alterius; veluti quum Latine* Opinor *aut* Nescio an *dicimus. Sic accipiendum videtur quod ait Scriptor,* καί κως τοῦ θείου ἡ προνοίη—ἐστὶν ἐοῦσα σοφὴ, iii. 108. *a.*

Κῶς, *interrogat. partic.* (*Ion. pro comm.* πως) *ut* κῶς ἂν δῆτα *etc.* ii. 22. *a. et alibi.*

Κωφὸς, ὴ, ὸν, Mutus *i. q.* ἄφωνος, i. 34. *a. N. coll. c.* 85. *a.* *Sic et in Orac.* i. 47. *f.* κωφὸς *idem est atque* οὐ φωνήεις. *Conf. Damm. Lexic. Etym. p.* 777. *Videri quidem potest Herodotus* τὸν κωφὸν *etiam* Surdum *dicere, si cum* i. 34. *a. conferas id quod c.* 39. *f. vulgo legitur,* τὸν γὰρ δὴ ἕτερον, διεφθαρμένον τὴν ἀκοήν. *At ibi duo aut tria postrema verba temere adsuta videntur. Vide Not.* τὰ ἄλλα ἔσκε κωφὰ, Sonum non edebant, iv. 200. *f.*

Λ.

Λάβρος, η, ον, Vehemens. ὄμβρος λάβρος, viii. 12. *f.*

Λαβύρινθος, ου, ὁ, Labyrinthus, ii. 148.

Λαγὸς, οῦ, ὁ, (*Ion. pro* λαγωὸς *vel* λαγὼς) Lepus. λαγὸν μηχανησάμενος, i. 123. *m. f. ubi* λαγὼν *olim: minus recte. Mox* τοῦ λαγοῦ ibid. *f. iterumque* τὸν λαγὸν ibid. *et cap.* 124. *a.* *Rursus* ὁ λαγὸς, iii. 108. *m. et* ἵππος ἔτεκε λαγὸν, vii. 57. *a.* *Rursus* λαγὸς *et* τὸν λαγὸν, iv. 134. *a.*

Λαγχάνειν, Sorte accipere; *et generatim* Pro sua parte accipere. παλλομένων δὲ, λαγχάνει ἐκ πάντων Βαγαῖος, iii. 128. *a.* λαχὼν δὲ, ibid. πέμπειν τινὰ πάλῳ λαχόντα, Mittere aliquem cui ea sors obtigit, Sorte lectum, iv. 94. *a.* 153. *m.* ἕνα—κλήρῳ λαχόντα, iii. 83. *a.* ἔλαχον αὐτέων πολὺ πλεῦνας, Multo majorem numerum inter se partiti sunt, i. 167. *a.*

Præterit. τοῖσι θεοῖσι, τοὶ Περσίδα γῆν λελόγχασι, vii. 53. *f.* τῶν ἀποίκων λελογχότα, Qui erat de numero colonorum, *Vit. Hom. c.* 2. *extr.*

Futur. λάξεσθαι, (*Ion. pro comm.* λήξεσθαι) ἔμελλον λάξεσθαι ἕκαστος δέκα δραχμὰς, vii. 144. *a.* *Conf.* λᾶξις, *et* Ἀπολαγχάνειν.

Λάδανον, Ladanum. τὸ λήδανον, τὸ καλέουσι Ἀράβιοι λάδανον, iii. 112. *a. N.*

Λαθραίως, Occulte, Furtim. μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως, *Vit. Hom.* 2. *a.*

Λάθρη *sive* Λάθρῃ, (*Ion. pro* λάθρα) Clam. *Constr. cum Genit.* χρήματα ἐκτέετο λάθρη (*aut* λάθρῃ) τῶν ἄλλων στρατηγῶν, viii. 112. *extr. cum Var. Lect.* πεμφθέντες λάθρη τῶν Περσέων, ix. 90. *a. m.*

Λαισήϊον, τὸ, Scutum ex cruda pelle confectum. λαισήϊα εἶχον ἀντ' ἀσπίδων, ὠμοβοέης πεποιημένα, vii. 91. *a. N.* Λαισήϊα *etiam dicta fuisse* τὰ ἐν τῇ λαιᾷ φερόμενα ἀμαζονικὰ ἀσπίδια, *ex Eustathio monuit Portus.*

Λακεδαίμων, ονος, ἡ, *i. q.* ἡ Λακωνικὴ, Universa terra Laconica, in qua princeps civitas est Sparta. ἐκ πάσης Λακεδαίμονος πλὴν Σπαρτιητέων, vii. 58. *a. N.* ἔστι ἐν τῇ Λακεδαίμονι Σπάρτη πόλις, vii. 234. *m. N.* *Conf.* Ἀθῆναι.

Λάκκος, ου, ὁ, Lacus, Stagnum, Cisterna, Fossa, Vivarium. ἔτρεφον ὄρνιθας λιμναίους ἐν λάκκοισι, vii. 119. *a.* ἐσχέουσι (*nempe,* τὴν πίσσαν) ἐς λάκκον ὀρωρυγμένον ἀγχοῦ τῆς λίμνης, *etc.* iv. 195. *f.*

Λάκων, ὁ, Laco, Lacedæmonius. *Hinc Fœmin.* ἡ Λάκαινα χώρη, vii. 235. *a.*

Λαμβάνειν, *Imperf.* ἐλάμβανον, *et* λάβεσκον (*quasi a Præs.* λάβω) iv. 78. *m. f. pro quo est* ἐλάβεσκον iv. 130. *f. perperam* (*ut videtur*) *adjecto augmento, de quo monuimus in Var. Lect. Aor.* 2. *Infin.* λαβεῖν *et* λαβέειν, *unde* διαλαβέειν. *Imperat.* λάβε. *Præt. act.* λελάβηκα, *tamquam a præs.* λαβέω. *Plusquamperf.* λελαβήκεα, *unde in tert. persona* καταλελαβήκεε, iii. 42. *f.* *Præt. pass.* λέλαμμαι, (*quasi a* λάμβω) *unde* διαλελαμμένος *et* καταλαμπτέος. *Aor.* 1. *pass.* ἐλάμφθην, *unde* καταλαμφθεὶς *et* ἀπολαμφθέντες. *Fut.* λάμψομαι, *unde* καταλάμψομαι.

Significat autem Λαμβάνειν 1. Accipere, Consequi, Nancisci, *et similia, tam in bonam quam in malam partem.* παρὰ βασιλῆος δῶρα λάμψεται, viii. 10. *extr.* εἰ λελάβηκε πλήρεα τὰ ἀκροθίνια, viii. 122. *a.* δῶρα λάμψονται, iii. 36. *f.* τὰ ἀριστήϊα ἔλαβε οὗτος, viii. 11. *m.* δοκέων αὐτὴν (τὴν γυναῖκα) λάμψεσθαι, Potiturum se illa, ix. 188. *m.* *Similiter,* οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις ὥς μιν λάμψεαι, i. 199. *f.* ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην, Donec pœnam accepit, *quod Latine dicimus* Pœnas dedit *aut* tulit, i. 115. *f.* τὴν μὲν ἀξίην (*scil.* δίκην) οὐ λάμψεαι, Meritam non feres pœnam, vii. 39. *m.*

τὸν βουκόλον μοῦνον λαβὼν, Bubulum nactus solum, *nempe, ut remotis arbitris solus cum solo agere posset*, i. 116. *a. m.*

2. Sumere, Capessere, Capere, Corripere, *variis modis.* λάβεσκε ἑλληνίδα ἐσθῆτα, Sumere (Induere) solebat Græcanicam vestem, iv. 78. *f.* ἄλλην σφι ἐσθῆτα οὐκ ἔξεστι λαβεῖν, ii. 37. *m.* τὴν ἐπιχείρησιν ταύτην—λάμβανε, Capesse, Suscipe hanc molitionem, Adgredere hanc rem, iii. 71. *m.* νόῳ *aut* φρενὶ λαβεῖν, In animum admittere, Animum advertere, Diligenter considerare, iii. 41. *a.* 51. *m.* ix. 10. *a.* φθόνος καὶ ἵμερος ἔλαβε αὐτοὺς, Cepit, Corripuit illos Invidia et cupiditas, vi. 137. *a. m.* Βακχεύομεν, καὶ ἡμᾶς ὁ θεὸς λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν βασιλῆα λελάβηκε, Corripit, Prehendit nos Deus, et nunc etiam regem corripuit, iv. 79. *m. f.* τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τουτέων, Hisce (*nempe*, morbis) Correptum, i. 138. *b.* οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ ζῶντες ἐλάμφθησαν, Capti, Prehensi sunt, ix. 119. *m. f. Sic* ἐλάβεσκον τὰ πρόβατα, καὶ λαβόντες *etc.* iv. 130. *f.* τὸν ἵππον αὐτοῦ λαμβάνουσι, ix. 22. *m.* (*Sed* νέες ἀνάγκῃ λαμφθεῖσαι ὑπὸ Κλεομένεος, vi. 92. *a. non tam Sunt* Captæ naves, *quam* Sumtæ, Adsumtæ a Cleomene, et sequi ipsum coactæ.) *Sonat vero* Λαμβάνειν *etiam* Deprehendere *aliquem molientem aliquid.* ἐπικίνδυνον ἦν μὴ λαμφθείη, vii. 239. *m.* λαμφθῆναί τινά φασι μισγόμενον νεκρῷ, ii. 89. *f.*

3. *Notanda locutio*, λαμβάνειν τινὰ πίστι καὶ ὁρκίοισι, Fide data et juramentis Obstringere aliquem, iii. 74. *a. m. pro quo compositum verbum* Καταλαβεῖν *habes* ix. 106. *f. quemadmodum in superiorum locutionum nonnullis Simplex verbum Compositi locum sustinet.*

4. λαβέσθαι τινὸς, Prehendere, Manu capere *aliquid.* λαβόμενος τῆς κεφαλῆς (τοῦ ἀνδρὸς), iv. 64. *a.* λαβομένη τῶν γουνάτων αὐτοῦ, ix. 76. *m. Sed* χαλεπῶς λαμβάνεσθαί τινος, Aspere aliquem Incessere, Aspere aliquem Accipere. χαλεπῶς ἐλαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ περιόντος παιδὸς, ii. 121, 4. *a. N. qui locus non erat solicitandus.*

Λαμπαδοφορίη, ἡ, Lampadum gestatio; Cursus lampadum, festivitas apud Græcos. κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδοφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι, viii. 98. *f. N. Conf. Scholia ad Comic. Ran.* 131. *et* 1119. *laudata Porto ad h. l.*

Λαμπὰς, άδος, ἡ, Lampas. Πᾶνα λαμπάδι ἱλάσκονται, vi. 105. *extr. cum Not.*

Λαμπρὸς, ἡ, ὸν, Splendidus, Illustris. οἱ δὲ ἔσαν ἀνέκαθεν λαμπροὶ ἐν Ἀθήνῃσι, vi. 125. *a.* ἀνὴρ ἐν τοῖσι πολέμοισι ἐὼν λαμπρότατος, vii. 154. *m. Sed* λαμπρὸς ἄνεμος, Validus et secundus ventus. ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ, ii. 96. *m.*

Λαμπρότης, ητος, ἡ, Splendor rerum gestarum, Illustria facta. τῶν ἄλλων βασιλέων κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, Fere nihil splendoris, ii. 101. *a. Not. Conf. supra* Κατὰ *num.* 5.

Λαμπροφωνίη, ἡ, Claritas vocis, *quæ desideratur in præcone*, vi. 60. *f.*

Λανθάνειν, Latere, Clam facere aliquid. *Cum Accus. pers.* ἐδόκεες θεοὺς λήσειν οἷα ἐμηχανῶ, viii. 106. *m. f.* ταῦτα γινόμενα ἐλελήθει τοὺς ἄλλους ἱππέας, ix. 22. *f. Cum Particip.* ἀναβαίνοντες ἐλάνθανον, vii. 218. *a. Cum Accus. et Particip.* οὐδ' ἐλάνθανε τοὺς διαβεβηκότας Ξέρξης ταῦτα πρήξας, viii. 25. *m.*

Λάξεσθαι *vide in* Λαγχάνειν.

Λάξις, ιος, ἡ, *i. q.* κλῆρος, Sors, Portio *terræ*, Regio. δευτέρην λάξιν ἔχοντες, iv. 21. *b. ubi* λᾶξιν *circumflexo accentu ed. Schæf. Vide Var. Lect.* ἡ πρώτη τῶν λαξίων, iv. 21. *a.*

Λαὸς, οῦ, ὁ, Populus. *In hoc vocab. promiscue, modo communem formam, modo Atticam* Λεὼς, *modo eam quæ verissime Ionica poterat videri*, Ληὸς, *præferunt libri Herodotei.* τριβομένῳ τῷ λαῷ, ii. 124. *m. agnoscunt libri omnes; nam, qui in* τῷ ἄλλῳ *aberrarunt, etiam hi haud dubie* τῷ λαῷ *debuerunt.* τὸν λαὸν *habent edd. ante Gron.* ii. 129. *a. ubi* τὸν λεὼ *ex Med. edidit Gron. sed* τὸν λεὼν *ed. Wess. et seqq. cum plerisque msstis. Vide Var. Lect. et Not.* τὸν λεὼν τετρῦσθαι *agnoscunt edd. et mssti omnes* i. 22. *m. Sic et* λεὼν πολλὸν καὶ ἄλκιμον εἶναι τοὺς Ἀθηναίους, viii. 136. *m. Rursus* αἰτήσας λαὸν Σπαρτιήτας *edebatur ante Gron.* v. 42. *m. ubi* ληὸν *receptum in ed. Gron. et seqq. ex plurimis eisque probatissimis codicibus. Vide ibi Var. Lect. et Not.*

Λαπάρη, ης, ἡ, Abdomen, Cavitas ventris, Ilia. παρασχίσαντες (τὸν νέκυν) παρὰ τὴν λαπάρην, ἐξ ὧν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν, ii. 86. *m.* προὔβαινε ἐκ τῶν κνημέων ἐς τοὺς μηροὺς, ἐκ δὲ τῶν μηρῶν ἐς τὰ ἰσχία καὶ τὰς λαπάρας, (ad Lumbos) vi. 75. *m. f.*

Λάρναξ, ακος, ἡ, Cista. λάρνακα πληρώσας λίθων, iii. 123. *m.*

Λάσθη, ης, ἡ, Ludibrium, Irrisio, Insultatio. ἐπὶ γέλωτί τε καὶ λάσθῃ εἰρώτα αὐτὸν, vi. 67. *m.*

Λαύρη, ἡ, (*comm.* λαῦρα) Via *in urbe*, i. 180. *f. ubi quæ nominantur* λαῦραι *eædem* ὁδοὶ *paulo ante.*

Λάχεσις, ἡ, Lachesis, *una ex Parcis.* πολλοὶ πεσέονται ὑπὲρ Λάχεσίν τε μόρον τε, ix. 43. *in Bacidis oraculo.*

Λέαινα, ης, ἡ, Leæna, iii. 108. *m.*

Λεαίνειν, 1. Comminuere, Conterere *in mortario.* ἐσβάλλουσι ἐς ὅλμον, καὶ λεήναντες ὑπέροισι, i. 200. *b.* τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα λεαίνοντες, iv. 122. *a. id est* ἐκτρίβοντες, *coll. cap.* 120. *a.* 2. Lævi-

gare, *unde translato verbi usu*, λεαίνειν τὸν λόγον τινὸς, Lævigare (*id est*, Expolire, Exornare) orationem alicujus; *sive* Lævem et glabram reddere, quo facilius in animum intret auditorum eosque commoveat, adeoque Commendare eam auditoribus. *μὴ ὑμέας Ἀλέξανδρος ἀναγνώσῃ λεήνας τὸν Μαρδονίου λόγον*, viii. 142. *f. Conf.* Ἐπιλεαίνειν.

Λέγειν, Dicere; *ut*, λέγω δὲ τὰ λέγουσι αὐτοὶ Αἰγύπτιοι, ii. 50. *m. Quo de verbo hæcce notamus:*

1. *Quod ait Portus*, σὲ λέγω *in verbis istis*, i. 32. *m.* ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεό με, οὔκω σε ἐγὼ λέγω, *idem valere ac* σοὶ λέγω, *id quidem minus commode præceptum est. Sententia Solonis ibi hæc est*, οὔ κω σε λέγω ὀλβιώτατον, Nondum te dico beatissimum, *hoc enim illud est quod ex Solone Crœsus quæsiverat, conf.* i. 30. *m.*

2. *Idem Portus*, " Redundare *ait* Participium λέγων verbo ἔφη adjectum, et nihil addere ad hujus verbi significationem." *Sic* Νῦν τε, ἔφη λέγων, iii. 156. *f. Similiter* v. 36. *m. et* 49. *m. Mihi formulæ isti ea vis inesse visa erat, quam in Latina versione his verbis expressi:* Perrexit dicere: *Rursus* ix. 2. *f.* ἔφασαν λέγοντες *potueram reddere*, Sic dicere perrexerunt. *Commode vero Weiske, vir doctus, in libello qui* Pleonasmi Græci *inscribitur*, p. 112. *monuit, adjecto isto participio significare Herodotum*, ipsa alterius verba adferri, non solum sententiam utcumque expressam. *Observabit autem studiosus lector, formula ista non uti Nostrum, nisi ubi ab obliqua (quam vocant Grammatici) oratione, qua sermonem alterius referre cœperat, ad reliquum sermonem oratione recta adponendum progreditur. Aliam rationem habet quod* vi. 137. *a. ait*, ὅτι Ἑκαταῖος ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι, λέγων *etc.*

3. *In Epistolarum introitu, et in deferendis Mandatis, ubi aliquis loquitur nomine et verbis alterius, usitata olim erat formula hujusmodi:* Ἄμασις Πολυκράτεϊ ὧδε λέγει, iii. 40. *a. N.* Ὀροίτης Πολυκράτεϊ ὧδε λέγει, iii. 122. *m.* Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Μαρδόνιος τάδε λέγει, viii. 140, 1. *a.*

4. *Verbum* λέγειν *usurpatur ubi agitur de Scripto quodam, cujus Argumentum exponitur.* τὰ γράμματα ἔλεγε τάδε, γράμματα λέγοντα τάδε, i. 124. *a.* 187. *a. et f.* ii. 106. *f.* iv. 91. *a.* viii. 22. *a.*

5. *Ut Latinum verbum* dicere, *sic et Græcum* Λέγειν *subinde ponitur ubi aliquis* Non diserte nominavit id quod spectavit, sed tacite Significavit. *Sic ubi Herodotus ait*, Themistoclem persuasisse Atheniensibus ut ducentas naves ædificarent ἐς τὸν πόλεμον, ad bellum; *adjicit scriptor* τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγων, Nempe bellum illud Dicebat quod tum cum Æginetis ortum erat Atheniensibus, vii. 144. *m. quo loco in nostra editione video prava verborum distinctione obscuratam esse scriptoris sententiam. Oportebat, quemadmodum recte dederant superiores editiones*, νέας—ποιήσασθαι διηκοσίας ἐς τὸν πόλεμον, τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγων, *et in versione Latina reponendum*, Naves—ducentas ædificarent ad bellum; (*nempe*) bellum dicens Ægineticum.

λεγομ. *et* γενομ. *passim permutantur a librariis, ut* iv. 112. *extr. et* iv. 46. *a. N. Nec vero idcirco solicitari debuit scriptura* γενομ. *in Proœm. libri* i. *ubi vide Not.*

Λεηλατέειν, Populari, Diripere. (*i. q.* διαρπάζειν, *et* φέρειν καὶ ἄγειν.) ἀπιγμένοι ἀπὸ τῆς θαλάσσης λεηλατεῦσι τὸ πεδίον, ii. 152. *f.* λεηλατῆσαι ἑλόντας τὴν πόλιν, v. 101. *a.*

Λεῖμμα, ατος, τὸ, Reliquum, Id quod superest. τοῦ παιδὸς τὰ λείμματα, Vidit reliquias pueri (*in frusta concisi*) i. 119. *f.*

Λειογένειος, ὁ, ἡ, Læve (Glabrum) mentum habens. ἄνδρας λειογενείους τῇ τῶν γυναικῶν ἐσθῆτι σκευάσας, v. 20. *m.*

Λεῖος, η, ον, Lævis, Glaber. λεῖον χωρίον, Apertus, Planus locus, Nullis asperitatibus aut difficultatibus impeditus. τὸ κάλλιστον χωρίον καὶ λειότατον, vii. 9, 2. *a.* ubi λεότατον (*sic*) *est in cod. F.*

Λείπειν, pervulgata notione: Relinquere *quolibet modo; veluti*, τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, viii. 35. *f.* τὸν στρατὸν τὸν ἐλίπομεν ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ix. 16. *m.*

Med. Λείπεσθαι (Λιπέσθαι) τὶ, Aliquid de se (sui quiddam, *velut* gloriam *aut* memoriam sui *aut* rerum a se gestarum) post mortem Relinquere inter homines et ad posteritatem transmittere. μνημόσυνα λιπέσθαι ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον, vi. 109. *a. m.* μνημόσυνον τοῦτο ἄλλο ἐλίπετο, i. 186. *a.* μνημόσυνον πυραμίδα λιπέσθαι, ii. 136. *m. f.* μνημόσυνα ἔδοξε λιπέσθαι, ii. 148. *a.* vii. 24. *m.* (*Sic et verbo composito.* μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω, ix. 16. *a. m.*) *Rursus*, τῶν βασιλήων τῶν τὰς πυραμίδας ταύτας λιπομένων, ii. 134. *m. ubi perperam* λιπόντων *ex conject. edidit Stephanus. Similiter*, ὃς—τόδε οὐκ ἐλάχιστον (*nempe* δίκαιον ἐξ ἑωυτοῦ ἐργασμένον, *aut* δικαιοσύνης ἑωυτοῦ μνημόσυνον) ἐλείπετο, vii. 164. *f. Eadem sententia etiam Passivo verbo expressa legitur* vii. 220. *a. m. hoc modo:* μένοντι δὲ αὐτοῦ κλέος μέγα ἐλείπετο, *quod proprie sonat:* Manente vero ibi (*aut* A manente ibi) ingens gloria relinquebatur; *poterat autem Scriptoris sententia Græce in hunc etiam modum efferri*, μένων δὲ αὐτοῦ κλέος μέγα ἐλείπετο, *ac*

fere suspicor sic scripsisse Herodotum. De Futuro Med. paulo post dicetur.

Passivum, 1. *absolute*, aut *cum Dativo personæ*, Superesse. ὀλίγων σφι ἡμερέων λείπεται σιτία, ix. 45. *m.*

2. *cum Genitivo*, Λείπεσθαι (Λειφθῆναι) τινὸς, *duo significat:* 1. Pone (A tergo) relinqui ab altero, Superari, Vinci, Inferiorem esse. καμήλους ταχύτητα (*al.* ταχύτητι) οὐ λειπομένας ἵππων, vii. 86. *f. N.* quod idem valet ac οὐκ ἕσσονας ἵππων ἐς ταχύτητα, *coll.* iii. 102. *extr.* τὸ ναυτικὸν τὸ ἡμέτερον φαίνεται λείψεσθαι (*id est, quod mox ait,* ἐνδεέστερον ἔσεσθαι) τοῦ ἐκείνων, vii. 48. *b. ubi* λείψεσθαι, *quod in communi sermone Futurum verbi Medii censetur, Ionico more* (*sicut passim alibi*) *ponitur notione Futuri Passivi* λειφθήσεσθαι. *conf. Not. ad* v. 35. *a.* ἐφρόντιζον ὅκως μὴ λείψομαι (Ne essem inferior) τῶν πρότερον γενομένων ἐν τιμῇ τῇδε, vii. 8, 1. *m.*

Significat vero etiam 2. Ultro, Consulto, Sua culpa pone alterum (retro) manere; *aut* procul ab aliqua re (*v. gr.* a pugna) abesse; Non sequi (Deserere) aliquem; non adesse rei gerendæ, Non in tempore ad eam advenire. οὗτος οὐκ ἔφη λείψεσθαι (*rursus Ion. pro* λειφθήσεσθαι) τοῦ βασιλῆος, Se non retro mansurum procul a rege, Se non deserturum esse regem, viii. 113. *m. Ad Genitivum, cum quo construitur hoc verbum, subintelligitur* ἀπὸ *præpositio, quæ diserte adjecta legitur* ix. 66. *a. ubi verba* λειπομένου Μαρδονίου ἀπὸ βασιλῆος *non tam vertenda erant* Mardonium a rege relinqui; (*id Græce sonaret* λειπ. ὑπὸ βασιλ.) *quam*, Mardonium retro (in Græcia) mansisse, nec secutum esse regem, non cum rege in Asiam esse regressum. Ibidem *perperam olim* λιπομένου *edebatur, ubi passivum* λειπομένου *recte dederunt veteres libri.* μηδεμίῃ κακότητι λειφθῆναι τῆς ναυμαχίης, Nullo pravo consilio aut parum honesta causa Retro mansisse, Non interfuisse pugnæ navali, vii. 168. *extr.* λείπεσθαι τῆς ἐξόδου Λακεδαιμονίων, Non una cum Lacedæmoniis ad bellum proficisci; Lacedæmoniis in bellum exeuntibus manere domi, ix. 19. *a.* οὗτοι μέν νυν ἐλείφθησαν, *nempe* τῆς ναυμαχίης, viii. 44. *m. quod idem valet ac* οὐ συνεναυμάχησαν *ibid. paulo ante*, Non interfuerunt prælio navali; In tempore non advenerunt. *Similiter*, λειφθῆναι, *scil.* τῆς μάχης, *aut* τοῦ ἀδελφοῦ, Retro mansisse; Non interfuisse *pugnæ*, *aut* Non secutum esse *fratrem*, vii. 229. *m. f.*

Λειποστρατίη, ης, ἡ, Desertio militiæ, Desertæ militiæ crimen. τοὺς μὲν λειποστρατίης ἐπὶ Σκύθας αἰτιώμενος, v. 27. *b.*

Λειποψυχέων, Animo deficiens, Ignavus miles, Timidus. vii. 229. *m. f. qui mox*, ibid. *dicitur* οὐκ ἐθελήσας ἀποθνήσκειν.

Λειποψυχίη, ης, ἡ, Deliquium animi. ἐκ πολλῆς λειποψυχίης *est in msstis nonnullis et olim editis* i. 86. *m. ubi nunc* ἐκ πολλῆς ἡσυχίης.

Λελογισμένως ὅκως ἂν, *etc.* Ratione ita inita ut, iii. 104. *a.*

Λεοντέη, *scil.* δορῆ, Leonina pellis. λεοντέας ἐναμμένοι, vii. 69. *a.*

Λεπὶς, ίδος, ἡ, *nomen collectiv.* Squamæ, Lamellæ ferreæ squamarum formam referentes. κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους λεπίδος (*intellige* ἐκ λεπίδος) σιδηρέης, ὄψιν ἰχθυοειδέος, Loricas manicatas ex laminis ferreis confectas, quarum forma squamas piscium referebat, vii. 61. *a. N.*

Λεπιδωτὸς, ἡ, ὸν, (*Adjectivum verbale, a verbo* λεπιδόω) Squamatus. θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτὸν, ix. 22. *m. Conf.* Λεπίς.

Λεπιδωτὸς, οῦ, ὁ, (*Substant.*) Lepidotus, piscis Niloticus, ii. 72.

Λέπρη, ης, ἡ, Lepra, i. 138. *m. Vide* Λεύκη.

Λεπτὸς, ἡ, ὸν, Exilis, Parvus. πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, Minoribus navigiis navigare, vii. 36. *m.* ἀνατείνουσι ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου, viii. 107. *f.* τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων, Minores pecudes, oves et capræ, viii. 137. *a. N.*

Λέσχη, ης, ἡ, Sermo, Confabulatio, Colloquium familiare. ἐκ λόγων ἄλλων ἀπικέσθαι ἐς λέσχην περὶ τοῦ Νείλου, ii. 32. *a.* γενομένης λέσχης ὃς γένοιτο αὐτέων ἄριστος, ix. 71. *m.* κατίζων ἐν ταῖς λέσχαις τῶν γερόντων, *Vit. Hom.* 12. *a. et* 16. *a. ubi possis cum Porto et Eustathio* locum *intelligere* quo ad confabulandum conveniunt homines. λόγος ὃν καὶ ἐν ταῖς λέσχαις ἔλεγεν, ibid. 12. *f. Conf.* Ἔλλεσχος.

Λεσχηνεύειν, Confabulari, Familiariter colloqui; *unde Composita* Περιλεσχήνευτος *et* Προλεσχηνεύειν, *quæ vide.*

Λεύειν, *vide* Καταλεύειν.

Λευκανθίζειν, Albicare, Albo colore (Dealbatum) esse, viii. 27. *m.*

Λεύκη, ης, ἡ, Vitiligo alba. πάθος τι περὶ ὅλον τὸ σῶμα, *Gloss. unde Gregor. et Suid. Conf. Fœs. Œcon. Hippocr. hac voce.* ὃς ἂν λέπρην ἢ λεύκην ἔχῃ, i. 138. *m.*

Λευκόλινον, ου, τὸ, Linum album. ὅπλα ἐς τὰς γεφύρας λευκολίνου, Rudentes ex albo lino confecti, vii. 25. *a.* 34. *a.* 36. *m.*

Λεύκοφρυς, υος, ὁ, ἡ, Candidus, Albus, *proprie* Candida supercilia habens. λεύκοφρυς ἀγορὴ, Candidum forum, i. 57. *f. in Orac.*

Λευρὸς, ἡ, ὸν, *i. q.* λεῖος *et* ὁμαλὸς, Lævis, Planus. λευρῷ ἐνὶ χώρῳ, In regione Patente, Plana, Non aspera, i. 67. *m. in Orac.*

Λευστὴρ, ῆρος, ὁ, *Suida interprete, est* Homo dignus qui lapidibus obruatur; *Hesychium si audias, est* Lapidator, Latro, Percussor, v. 67. *m. N. conf. Alberti ad Hesych. voc.* Λευστῆρα.

Λεχεποίης, ὁ, *epitheton Homericum* Fluvii, circa quem multæ sunt Herbæ in quibus molliter recumbere (λέγεσθαι) possis. ἐπὶ Ἀσωπῷ λεχεποίῃ, ix. 43. *m. in Orac.*

Λέων, οντος, ὁ, *vide Indicem Rer. et Verb. voce* Leo.

Λεὼς, ὁ, Populus, *vide in* Λαός.

Λεωσφέτερος, ὁ, In civium numerum cooptatus, "*Quasi dicas,* ὃν τινὲς ἐκ τοῦ λεὼ (*i. e.* λαοῦ) σφετέρου ποιοῦσιν εἶναι," *interprete Porto.* τὸν Λακεδαιμόνιοι ἐποιήσαντο λεωσφέτερον, ix. 33. *a. N. id est:* πολιήτην σφέτερον ἐποιήσαντο, *ut est ibid. paulo inferius.*

Λεωφόρος, ου, ὁ, ἡ, Populum ferens, A populo frequentatus, celebratus. ὑπὲρ τῶν μάλιστα λεωφόρων πυλέων τοῦ ἄστεος, i. 187. *a.*

Λήγειν, Desinere. ἡ ἀτραπὸς ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ,—λήγει δὲ κατὰ Ἀλπηνὸν πόλιν, vii. 216.

Λήδανον, ου, τὸ, Ladanum, iii. 107. *a.* τὸ Ἀράβιοι καλέουσι λάδανον, iii. 112. *a. Vid. supra* Λάδανον.

Λήθη, ης, ἡ, Oblivio. λήθην ἐκείνων ποιεύμενος, Oblitus (Memoriam deponens) illarum *inimicitiarum,* viii. 79. *a. m. sive,* Nullam earum mentionem faciens; *quemadmodum dicimus* μνήμην ποιεῖσθαι τινός.

Ληΐζεσθαι, *absolute,* Prædari, Prædam cogere. θηρεύοντές τε καὶ ληϊζόμενοι, iv. 112. *extr. Cum Accusativo,* Rapere. τὸν κρητῆρα οἱ Σάμιοι ἐληΐσαντο, iii. 47. *m.* ληϊσάμενοι τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας, iv. 145. *a.* τὰ χρήματα ληΐσεται, vi. 86, 3. *et* χρήματα ληΐσασθαι, ibid. *in Orac.*

Ληΐη, ης, ἡ, (*Ion. pro* ἡ λεία.) Præda. κατὰ ληΐην ἐκπλώσαντες, ii. 152. *m.* τῆς ληΐης μεταλαμβάνει, iv. 64. *a.* ζῶσι ἀπὸ ληΐης τε καὶ πολέμου, iv. 108. *extr.* διεδάσαντο τὴν ληΐην, viii. 121. *m. f.* μετὰ τὴν διαίρεσιν τῆς ληΐης, viii. 123. *a.* τὴν ληΐην προεξαγαγόντες ἐς τὸν αἰγιαλὸν, ix. 106. *a.* τοὺς μὲν αἰτιωτάτους ἀνεσκολόπισε—τοὺς δὲ λοιποὺς ληΐην ἐκέλευσε θέσθαι τοὺς Πέρσας, Reliquos vero Persis prædæ loco permisit; *proprie,* Jussit Persas ut reliquos prædæ loco sibi haberent, *i. e.* mancipia facerent, in servitutem abducerent aut sub hasta venderent, iv. 202. *a.*

Λήϊον, ου, τὸ, Seges. ἄφθη τὸ λήϊον ἀνέμῳ βιώμενον, i. 19. *m.* ἀρδόμενον ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἁδρύνεται τὸ λήϊον, i. 193. *a.*

Ληϊστὺς, ύος, ἡ, *i. q.* ληΐη, Præda *sive* Prædatio, *ipsa* Actio *aut* Institutum prædandi. ζῆν ἀπὸ πολέμου καὶ ληϊστύος, v. 6. *extr.*

Λήϊτον, ου, τὸ, Curia, *Achæorum dialecto,* λήϊτον καλέουσι τὸ πρυτανήϊον οἱ Ἀχαιοὶ, vii. 197. *m. Est a* ληὸς, *i. q.* λαὸς, Populus: *unde* λήϊτον *idem atque* δημόσιον. *Vide Etymol. M. p.* 562. *extr.*

Λῆμα, ατος, τὸ, Animus fortis, acer, generosus et audax; Præsentia animi, Fortitudo, Magnitudo animi. ἔργα χειρῶν τε καὶ λήματος μέγιστα, v. 72. *f.* τὰ πολέμια δόκιμος, καὶ ἄλλως λήματος πλέος, v. 111. *a.* Artemisia regina ὑπὸ λήματος καὶ ἀνδρηΐης ἐστρατεύετο, vii. 99. *a.* λήματι μὲν καὶ ῥώμῃ οὐκ ἕσσονες ἔσαν οἱ Πέρσαι, ix. 62. *m. f.*

Λήμνια ἔργα, τὰ σχέτλια, Lemnia faciliora *dicuntur, quæ sunt* Improba, vi. 138. *extr.*

Ληὸς, *i. q.* Λαὸς, *quod vide.*

Λήρισσαι, Larissæ *vel* Larissa, civitas Æolica, i. 149. *a. N.*

Ληρισσαῖος, Larissæus, *ex Larissa Thessaliæ,* ix. 1. *a.* 58. *a.*

Λίβανος, ου, ἡ, Thurifera arbor; *quæ alibi Nostro* τὸ λιβανωτοφόρον δένδρεον, *et* τὸ τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον *Theophrasto lib.* ix. *cap.* 4. *Memoratur autem etiam apud Nostrum* τῆς κυπαρίσσου καὶ κέδρου καὶ λιβάνου ξύλον, iv. 75. *m. At, quum ibi de* Scythis *agatur, haud immerito mirabatur Larcherus, qua via quove modo* thurifera arbor, *aut illius arboris frusta, ad Scythas pervenerint. Et suspicari utique licuerit, ambiguitate quadam vocabulorum deceptum fortasse Herodotum ista scripsisse. Verumtamen, ut ad Græcos, sic et ad Scythas, per Phœnicum industriam Arabicæ merces potuerunt pervenire. Conf.* iv. 107. *m.*

Λιβανωτὸς, οῦ, ὁ, Thus, iv. 107. *a.* τὰ ἄλλα θυώματα πλὴν λιβανωτοῦ, ii. 86. *m. f.* λιβανωτοῦ τριηκόσια τάλαντα, vi. 97. *extr.*

Λιβανωτοφόρος, ὁ, ἡ, Thurifer. τὰ λιβανωτοφόρα δένδρεα, iii. 107. *m.* λιβανωτοφόρα αὐτοῦ (τοῦ τῆς Ἀραβίης ὄρεος) τέρματα, ii. 8. *m.*

Λιβυκὸς, ή, ὸν, Libycus. τὸ οὔνομα τοῦτό ἐστι Λιβυκὸν, iv. 192. *f. ubi alii quidem* Λιβυστικὸν *præferunt, alii* Λιβυστῖνον. *Vide Var. Lect. et Not.*

Λίθινος, Lapideus. ἀρτήματα λίθινα χυτὰ, adpendicula lapidea fusa, *i. e.* ex fusis lapillis, ii. 69. *a. N. ubi* λιθωτὰ *præferunt codd. nonnulli.* τύπον ποιησάμενος λίθινον, iii. 88. *f.* (*ubi alii quidem* λίθον.) ἕστηκε λίθινος, Stat lapideus; *i. e.* Statuam habet lapideam, ii. 141. *extr.* λίθινος λέων, vii. 225. *a.*

Λίθος, ου, ὁ, Lapis; *masculini generis, etiam ubi de Pretioso* lapide *agitur. Sic,* σμαράγδου λίθου λάμποντος τὰς νύκτας, ii. 44. *a. Cæterum vide Indic. Rer. et Pers. voce* Lapis.

Λιθοτομίη, ης, ἡ, Lapicidina, ii. 8. *a.*

124. *a.* 158. *a. m. Ubique plurali numero ponitur vocab.*

Λιθωτὸς *vide in* Λίθινος.

Λιμαίνειν, Fame laborare. ἵνα μὴ λιμήνειε ἡ στρατιὴ, vii. 25. *a.* λιμαινούσης οἱ τῆς στρατιῆς, vi. 28. *m. ubi perperam olim* δειμαινούσης.

Λιμναῖος, η, ον, Palustris, In lacubus habitans. ἔτρεφον ὄρνιθας χερσαίους τε καὶ λιμναίους, Aves aquatiles, vii. 119. *a.*

Λίμνη, ης, ἡ, Lacus, Stagnum, Palus. *De lacu arte facto habes*, ὤρυσσε ἔλυτρον λίμνῃ, i. 185. *m. N.* 186. *a.* ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος, In lacum qui nunc palus erat, i. 191. *m. N.* λίμνη ἐκ τῆς ἅλες γίνονται, vii. 30. *a.* ἰχθύες τρεφόμενοι ἐν τῇσι λίμνῃσι, ii. 93. *a.*

Alia vide in Ind. Rer. et Pers. voce Lacus, *et* Mæotis.

Λιμὸς, οῦ, ὁ, Fames. λιμῷ συνεστεῶτας, Cum fame colluctantes, vii. 170. *a. N.* ix. 89. *f.* πιεζόμενοι λιμῷ, vi. 139. *a.* λέγω τὴν χώρην—λιμὸν τέξεσθαι, vii. 49, 2. ταῦτα δ' ἐποίεον ὑπὸ λιμοῦ, viii. 115. *m.*

Λίνεος, η, ον, Lineus; *atque etiam, (ut quidem doctis viris placet)* Ex gossypio confectus. κιθὼν λίνεος, i. 195. *a. N.* ii. 81. *a.* θώρηξ λίνεος, iii. 47. *m. f.* εἵματα λίνεα, iv. 74. *a.* λίνεα ὅπλα, Rudentes ex lino torti, vii. 36. *m. f.*

Λῖνον, ου, τὸ, Linum, ii. 105. iv. 74. *a. et b. Conf.* Λευκόλινον.

Λίνος, ου, ὁ, Linus, cantilenæ nomen cujusdam, ii. 79.

Λιπαρέειν, Perseverare. *Cum dativo actionis in qua quis perseverat.* μὴ λιπάρεε τῇ πόσει, Ne persevera bibere, Noli ulterius adsidere compotationi, v. 19. *m. Cum Participio actionem significante.* ἐλιπάρεε ἱστορέων, Institit percunctari, iii. 51. *m.* λιπαρέετε μένοντες, Perseverate manentes, Durate et manete, ix. 45. *m. Absolute, aut subintellecto participio verbi actionem indicantis.* ἡμέες λιπαρήσομεν (*nempe* ἔχοντες) οὕτω ὅκως ἂν ἔχωμεν, Nos in hoc statu, *quo sumus, manere* Perseverabimus, Durabimus, viii. 144. *f.* λιπαρεόντων δὲ αὐτῶν, *scil.* τῇ ἐπειρωτήσει, Quum illi Instarent quærere, i. 86. *m.* ἐκείνης δὲ λιπαρεούσης, (*nempe* ἐλιπάρεε χρηΐζουσα τοῦ Ξέρξεω) Quum instaret illa (non cessaret) postulare, ix. 111. *a. coll.* 110. *f.*

Participium Λιπαρέων, *absolute positum, commode per Adverbium exponi potest*, Perseveranter, Constanter. φασὶ—τοὺς Λυδοὺς τέως μὲν διάγειν (*scil.* τὴν σιτοδηΐην) λιπαρέοντας, Aiunt Lydos aliquamdiu Constanter, Perseveranter tulisse illam rei frumentariæ penuriam, i. 94. *a. m. Conf.* Διάγειν *et* Λιπαρίη.

Λιπαρίη, ης, ἡ, Perseverantia, Constantia, Tolerantia laborum. τέλος ἀρετῇ τε καὶ λιπαρίῃ ἐπέβησαν τοῦ τείχεος, ix. 70. *a. m.* ἐς τόδε λιπαρίῃ τε καὶ ἀρετῇ ἀντέχομεν, ix. 21. *m.*

Λιτὴ, ῆς, ἡ, *præsertim Plurali numero*, Preces. κατέβαινε ἐς λιτὰς, καὶ συγγνώμην ἑωυτῷ κελεύων ἔχειν αὐτὸν, i. 116. *extr.* δώροισί τε καὶ λιταῖς ἀποτρέπει (αὐτὸν) μὴ προσωτέρω πορεύεσθαι, i. 105. *a.*

Λίτρον, ου, τὸ, (*Ion. et Attic. i. q.* νίτρον) Natrum, Sal sodæ, Alcali fixum. ταριχεύουσι λίτρῳ, ii. 86. *m. f.* τὰς σάρκας τὸ λίτρον κατατήκει, ii. 87. *f. Utrobique* νίτρ. *olim edd. cum msstis nonnullis.*

Λὶψ, ιβὸς, ὁ, Africus ventus, ii. 95. *m.*

Λογάδες, οἱ, (*tamquam a sing.* Λογὰς, άδος) Delecti, Lecti. λογάδας νεηνίας συμπέμψας, i. 36. *m. et f.* λογάσι νεηνίῃσι, i. 43. *a.* τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, viii. 124. *f.* ix. 21. *extr.* λογάδες Περσέων τοὺς ἀρίστους, ix. 63. *a.*

Λογίζεσθαι, 1. Computare, Supputare, Numerum inire et summam subducere. εὗρον λογιζόμενος, ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας ἐούσας μοι ταλάντων *etc.* vii. 28. *a. m.* λογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, εὗρέ οἱ πλέω ἀγαθὰ τῶν ἁμαρτημάτων πεποιημένα, vii. 194. *f.* (*ubi temere olim* ἀναλογιζ. *edd.*) τούτῳ μύρια λογίζονται εἶναι (ἔτεα) ἐς Ἄμασιν, ii. 145. *m. ubi vulgo quidem Passive accipiunt*, Supputantur, Numerantur. *Sed, ut alibi, sic et hic Activa notione poni hoc verbum, intelligitur ex verbis continuo subjectis,* αἰεί τε λογιζόμενοι καὶ αἰεὶ ἀπογραφόμενοι τὰ ἔτεα.

2. Reputare, Existimare, Judicare *de re quadam*, In aliquo numero ponere *aliquem.* τὸν ἕτερον (παῖδα) οὐκ εἶναί μοι λογίζομαι, i. 38. *extr.* τὸν Πᾶνα τῶν ὀκτὼ θεῶν λογίζονται εἶναι, ii. 46. *a.* ἀνδρὶ λογίζεσθαι τοιούτων πέρι οἵῳ τε ἐόντι, ii. 22. *a.* οὕτω ἐλογίζετο κατύπερθέ οἱ ἔσεσθαι τὰ πρήγματα, viii. 136. *f.* Σμέρδιν μηκέτι ὑμῖν ἐόντα λογίζεσθε, Sic existimate, Smerdin non amplius in vivis esse, iii. 65. *m.*

3. Secum reputare, Perpendere. ταῦτα λογιζόμενοι, viii. 53. *f.* ἀγαθὰ ἐν αὐτοῖσι τοσάδε ἀνευρίσκω λογιζόμενος, rem recte mecum Reputans, vii. 8, 3. *a. ubi temere olim* ἀναλογ. *edd.*

4. Secum constituere, Re deliberata secum decernere. ἐκ ταύτης (τῆς κώμης) ἐπισιτιεῖσθαι ἐλογίζοντο οἱ Ἕλληνες, vii. 176. *extr.*

Λόγιμος, η, ον, Cujus habetur ratio, Honoratus, Spectatus, Nobilis, Illustris. λόγιμος, Vir spectatus, iv. 138. *extr. idem qui* ἐὼν λόγου πρὸς βασιλῆος, ibid. *a. Sic* πόλισμα λόγιμον, i. 143. *m.* Civitas excellens præter alias *quæ sunt* λόγου ἐλαχίστου, ibid. πόλι λογίμῃ, vi. 106. *m.* ἀνὴρ ἐν Σπάρτῃ λόγιμος, ix. 64. *b.* παρὰ Μήδοισι λόγιμος γενόμενος, viii. 65. *a.*

λόγιμος ἐς τὰ πρῶτα, ix. 116. *a.* τὰ ἱρὰ τὰ λόγιμα, Illustria, Nobilia præ cæteris templa, ii. 111. *f.*

Ἔθνος λογιμώτατον, i. 171. *a. m.* Αἰγυπτίων λογιμώτατοι *legebatur olim* ii. 3. *f. ubi rectius alii* λογιώτατοι, *nempe* Eruditissimi, Doctissimi. συγκαλέσας Περσέων τοὺς δοκιμωτάτους *legitur* iii. 127. *m. ubi rectius fortasse alii* τοὺς λογιμωτάτους, *in quod consentiunt libri omnes* iii. 65. *a. et* ix. 15. *f. Sic* ἀνὴρ μετὰ Μαρδόνιον λογιμώτατος παρὰ βασιλέϊ, ix. 24. *b.* τῶν Τελλιαδέων ἐὼν λογιμώτατος, ix. 37. *a.*

Quod ex Herodoto citare videtur Pollux ii. 122. λογίμη πόλις, *id hac quidem sub forma apud Nostrum non reperitur; Sed nimirum* πόλισμα λόγιμον *spectavit Lexicographus, quod supra ex Nostri lib.* i. 143. *adnotavimus.*

Λόγιον, τὸ, *i. q.* χρησμὸς, Oraculum, Oraculi responsum, effatum, *aut* præceptum. τὴν νῆσον Λακεδαιμονίοισί φασι λόγιον εἶναι κτίσαι, Lacedæmonios aiunt oraculi effato jussos esse hanc insulam colonis frequentare, iv. 178. *extr.* ἐν τῇ (Σαλαμῖνι) ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι, viii. 60, 3.

Δῆλον καθήρας ἐκ τῶν λογίων, i. 64. *m.* τῶν λογίων ἔνια, i. 120. *m.* τὰ λόγια λέγει *etc.* viii. 62. *f.*

Λόγιος, ὁ, Doctus, Eruditus, *præsertim* Historiarum (τῶν λόγων) peritus. ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος, πεπαιδευμένος, *ut est apud Hesychium. Nec enim idem est* λόγιος *atque* λόγιμος, *ut Portus putavit. Conf. Not. ad* ii. 3. *f. ubi perperam* λογιμώτατοι *pro* λογιώτατοι *olim edebatur.* Περσέων οἱ λόγιοι, i. 1. *a. Rursus* λογιώτατοι, Eruditissimi, Cultissimi, ii. 77. *a.* οὔτε ἔθνος οὐδὲν ἔχομεν προβαλέσθαι σοφίης πέρι, οὔτε ἄνδρα λόγιον οἴδαμεν γενόμενον, iv. 46. *a.*

Λογοποιὸς, οῦ, ὁ, 1. Historiarum scriptor. Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς, ii. 143. *a.* v. 36. *a. N.* ἀνὴρ λογοποιὸς *vocatur idem Hecatæus,* v. 125. *quo indigitari videtur non admodum in vulgus notas fuisse* Historias, *ab hoc scriptore editas.* 2. Fabularum scriptor. Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς, ii. 134. *m. f.*

Λόγος, ου, ὁ, Sermo, Ratio.

I. λόγος, *Sermo, Oratio, variis modis dicitur:*

1. Sermo quilibet, aut qualiscumque; Verba quæ quis facit. οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν, Ut brevi sermone absolvam; Ut paucis verbis dicam, i. 61. *f.* ὡς εἰπεῖν λόγῳ, (*i. q.* ἑνὶ λόγῳ) Ut verbo dicam, ii. 37. *m.* πολὺς ἦν ἐν τοῖς λόγοις, Multis verbis disseruit; *aut,* In colloquentium numero plurimos ille sermones fecit, viii. 59. *a.* (*conf. mox num.* 2.) λόγων πολλὸς ὠθισμὸς, Multa verborum concertatio, ix. 26. *a.* τοιούτου λόγου εἴχετο, vii. 5. *a. m.* τῶν αὐτέων λόγων ἐχόμενοι, vii. 6. *a. m.* ὁ δὲ ἄλλου λόγου εἴχετο, viii. 60. *a.* λόγον ἔχοντες πλεονέκτην, vii. 158. *a.* ἀνοσιώτατον ἔχων λόγον, ix. 78. *a.* ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπενείκαντές οἱ αἰτίην, i. 68. *m. f.* οὗτος ἦν οἱ ὁ λόγος τιμωρὸς, vii. 5. *f.* φίλιοι λόγοι, Pacifica mandata, vii. 163. *b.* φέρων τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ *etc.* Eadem mandata (Easdem conditiones) ferens, ix. 4. *a.* λόγου μέζων, ii. 35. *a.* 148. *a.* vii. 147. *a. Formula potest intelligi* Fama major, Famam superans, *ut nos cum Valla et aliis reddimus; sed videtur potius significari* Oratione major; *i. e.* Major et magis admirandus quam declarari verbis et oratione possit; *quam in sententiam commode Larcherus* "au dessus de toute expression" *interpretatus.* (*Conf. H. Steph. Thes. t.* ii. *col.* 621. *h. et* 622. *a.*) τουτέων ἑτέρωθί ἐστι λόγος, De his alibi erit dicendi locus, ix. 58. *f.* λόγον αὐτῷ προσέφερε τοιόνδε, His eum verbis est adlocutus, iii. 134. *a.* ἐπιστάμεθα σύνοδον τήνδε μάχης εἵνεκα συλλεγῆναι πρὸς τὸν βάρβαρον, ἀλλ' οὐ λόγων, ix. 27. *a. ubi vulgo intelligunt opponi* μάχην πρὸς τὸν βάρβαρον, *et* μάχην λόγων, Altercationem. *Ad sententiæ summam parum interest; sed verba et genuinam Scriptoris mentem si spectes, hoc videtur ille dixisse,* Novimus, pugnandi causa cum hoste hic nos convenisse, non sermonum faciendorum causa, *i. e.* non ut longis orationibus tempus teramus.

2. Colloquium, οἱ Λόγοι, *Plurali numero; quemadmodum Latine dicimus* Sermones miscere cum aliquo. ἐς λόγους ἐλθεῖν τινι, i. 86. *m.* ix. 44. *m.* ἐς λόγους συνελθόντες, i. 82. *m.* ἐς λόγους ἦλθον Μαρδ. καὶ Ἀρταβ. ix. 41. *a.* ἀπικέσθαι ἐς λόγους ἑτεάρχῳ, ii. 32. *a.* v. 49. *a.* τῷ Κλεομένει ἐν λόγοισι ἐὼν, Cum Cleomene sermones miscens, iii. 148. *a. m.* τῷ ἐς λόγους ἤϊε, v. 94. *a. Huc referendum et illud videtur quod ex* viii. 59. *a. paulo ante adposuimus,* πολὺς ἦν ἐν τοῖσι λόγοισι, In colloquio, (In deliberantium consessu) ille præsertim frequenter verba faciebat, diu multumque disserebat.

3. *Intelligitur* Λόγος *etiam* Narratio; *et quidem,*

1. Narratio quælibet, *præsertim quæ fit* Ore tenus. τὰ μὲν αὐτοὶ ὁρέομεν, τὰ δὲ λόγοισι ἐπυνθανόμεθα, *i. q.* ἀκοῇ παρελάβομεν, Alia ex Narrationibus (Audita) cognovimus, ii. 148. *m. Sic* ἤδεα γὰρ λόγῳ, ii. 150. *m.* ἀμφὶ (*vel* περὶ) τούτου διξὸς λέγεται λόγος, iii. 32. *a.* ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ὑπ' Αἰγυπτίων λεγόμενος, ii. 47. *m. f.* 48. *extr.* τῆς πέρι λέγεται ὅδε ὁ λόγος, ii. 135. *m. f.* iv. 12. *extr.* 77. *a.* vii. 214. *a.*

2. Narratio quæ passim circumfertur,

Fama passim vulgata. *παρ' ἡμέας περὶ σέο λόγος ἀπῖκται πολλὸς*, i. 30. *m.* *ὡς δ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων*, i. 75. *m.* *λόγος ἐστὶ, sequente Accus. cum Infin.* ii. 75. *m. f.* iii. 5. *m. f.* (*ubi subintelligitur verbum ἐστὶ*) iii. 115. *m.* vii. 129. *a.* 198. *f.* *τὰ λόγος* (*scil. ἔστι*) *παρ' Ἀθηναίων—μαρτύρια θέσθαι*, viii. 55. *a.* (*quem ad locum vide notata in Var. Lect. et confer quæ infra notamus sub vocab.* Μαρτύριον.) *Reperiuntur vero etiam formulæ hujusmodi, qualis ista, ὅσπερ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι*, Quem fama fert corrupisse Pythiam, v. 66. *a. N.* (*quod nimirum eadem ratione dictum est, qua quis αἰτίαν ἔχειν dicitur.*) *Tum hæc alia formula: ἵνα λόγος σὲ ἔχῃ πρὸς ἀνθρώπων ἀγαθὸς*, Quo bonam famam adquiras apud homines, vii. 5. *m.* *ὅκως λόγος σὲ ἔχῃ μέζων*, ix. 78. *m.* *Conf.* Φάτις.

3. Narratio literis consignata et posterorum memoriæ tradita, Historia. *Sic Herodotus, de universo suo opere historico loquens, ait, τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω μοι ἐς πάντα τὸν λόγον*, vii. 152. *f.* *et ἐπεὰν κατὰ τοῦτο γένωμαι τοῦ λόγου*, vi. 19. *a.* *et τῶν μνήμην ἑτέρωθι τοῦ λόγου ἐποιησάμην*, ibid. *f.* *Alibi λόγον intelligit* Partem aliquam suarum Historiarum. *Sic, τὰ ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐρέω*, ii. 38. *m. N.* *δεδήλωταί μοι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν λόγων*, v. 36. *f.* *ἐν τοῖσι πρώτοισι τῶν λόγων εἴρηται*, vii. 93. *τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι σημανέω*, vii. 213. *f.* i. 75. *a.* *ἐν ἑτέροισι λόγοισι δηλώσω*, i. 106. *b. N.* *τῶν ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι*, i. 184. *a.* *τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι*, ii. 161. *m. N.* *Sic Ἑκαταῖος ἐν τοῖσι λόγοισι citatur a Nostro*, vi. 137. *a.* *conf.* Λογοποιός.

4. Narratio allegorica, Fabula, Apologus. *Sic ἔλεξέ σφι λόγον*, Dixit illis fabulam, i. 141. *a. et m.* *Hinc Æsopus ὁ λογοποιός.*

5. *Λόγος per metonymiam dicitur etiam* Argumentum sermonis, Res ipsa de qua agitur. *σαφέως προπεπυσμένος πάντα λόγον*, Rem omnem antea cognoverat, i. 21. *m.* 111. *f.* 122. *m.* *μηδενὶ ἄλλῳ τὸν λόγον τοῦτον εἴπῃς*, Ne cui alii hanc rem edicas, viii. 65. *m. f.* *τὸν ἐόντα λέγειν λόγον*, Rem dicere sicut est, i. 95. *a.* *ἔφαινε τὸν ἐόντα λόγον*, i. 116. *f.* *τὸν ἰθὺν ἔφαινε λόγον*, i. 118. *a.* (*conf.* Ἰθύς.) *Referri huc etiam illud potest, πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον τῶν εἵνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγοὺς*, viii. 51. *a.*

II. *Λόγος, Ratio, varia atque varia hujus vocabuli notione.*

1. *Λόγος*, Ratio, *quatenus dicimus* Rationem alicujus (*aliquam, aut nullam*) habere. *Quo referimus locutiones hujusmodi. λόγον οὐδένα εἶχον, nempe αὐτοῦ*, Nullam ejus rationem habuerunt, i. 62. *m.* *λόγον εἶχε οὐδένα* (*τῶν ἐπιτασσομένων*) Mandata nihili faciebat, i. 115. *f.* *ἁρπαζομενέων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι*, i. 4. *m. f.* *τούτου τοῦ ἔπεος λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο*, i. 13. *extr.* *τοῦ λόγου ἐλάσσω ἐποιέετο*, i. 117. *a.* *Γέλης ἐπικρατέων λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο*, vii. 156. *a.* *Rursus, τουτέων οὐδένα λόγον ποιέεσθαι*, i. 213. iii. 25. *m. f.* v. 105. *m.* vii. 13. *a.* 58. *a.* 218. *f.* ix. 7. *m. f.* *Item ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιέεσθαι τινὰ aut τὶ*, iii. 50. *f.* vii. 14. *a.* 57. *a.* *Denique etiam λόγου ποιεῖσθαι τινὰ: ut οὔτε λόγου μιν* (*nempe, τὸν Σόλωνα*) *ποιησάμενος*, i. 33. *N.*

Quibus formulis respondent aliæ hujusmodi: ἔθνος ἦν λόγου ἐλαχίστου, Minimi momenti, i. 143. *f.* *τοὺς λόγου πλείστου ἐόντας ἔκτειναν*, Notabilissimos, Spectatissimos viros occiderunt, iii. 146. *f.* *ἐόντες λόγου πρὸς βασιλῆος*, Qui gratia valebant apud regem, iv. 138. *a.* *λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων*, i. 120. *f.* *λόγος οὐδεὶς* (*τούτου*) *ἐγένετο*, i. 19. *a.* *ἐσθῆτος ποικίλης λόγος ἐγίνετο οὐδὲ εἷς*, ix. 80. *m.* *τῶν ἦν ἐλάχιστος ἀπολλυμένων λόγος*, Quorum jacturam (*rex*) minimi faciebat, iv. 135. *a.* *Sic ἦν δὲ λόγος οὐδεὶς τοῦ ἀπολλυμένου*, Nulla ratio habebatur pereuntium, vii. 223. *f.* *Μαρδονίου δὲ, ἤν τι πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται*, viii. 102. *f.* *Pari sententia dictum videri illud poterat, οὗτοι μὲν δὴ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο*, ix. 69. *f.* *ubi quidem commode vulgo intelligunt*, Hi igitur nulla cum laude perierunt.

Eodem referri possunt hæ locutiones: (*τούτους*) *ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιεύμενος εἶχε*, Hos mancipiorum loco habuit, iii. 125. *f.* *κατεῖχέ σφεας Λεωνίδης, ἐν ὁμήρων λόγῳ ποιεύμενος*, Obsidum loco habens, vii. 222. *m.* *κακοὶ δοῦλοί εἰσι, οἳ ἐν συμμάχων λόγῳ λέγονται εἶναι*, Qui in sociorum numero (sociorum loco) esse dicuntur, viii. 68, 3. *a.* *σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ;* Tune in virorum numero censeare? iii. 120. *m. N.* *ubi quod vulgo ἀνδρὸς legitur id nonnisi Aldinæ editionis nititur auctoritate.*

Suspecta scriptura est, τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι, i. 153. *f.* *ubi aut abesse malis verbum εἶναι, aut cum Valck. corrigere, ἐπὶ τοὺς Ἴωνας—τὴν πρώτην ἰέναι.*

ἄξιος λόγου videri potest significare Memoratu dignus, Dignus de quo habeatur Sermo; *sed rectius* (*puto*) *ex mente Scriptoris intelligetur* Dignus cujus habeatur Ratio; Momenti alicujus, *veluti cum ait, οὐκ ὕει λόγου ἄξιον οὐδὲν*, iv. 28. *m.* *Cæterum perinde fere est utro modo accipias.*

2. *Λόγος*, Ratio, *quatenus Latine dicimus* Rationem reddere. *Sic δόντας λόγον*

τῶν ἐποίησαν, Rationem reddentes eorum quæ fecerunt, viii. 100. *m.* Ἱστορέοντι λόγον οὐδένα ἐδίδου, Interroganti rationem nullam reddidit, Responsum nullum dedit, iii. 50. *f. Sed præsertim formulam hujusmodi*, λόγον διδόναι ἑωυτῷ, *amat Noster*, Rationem sibi reddere, Secum reputare, Secum deliberare et perpendere. ἑωυτῷ λόγον ἔδωκε, *scil.* περὶ τοῦ ὀνείρου, i. 33. *f. Sic*, ἐδίδου λόγον ἑωυτῷ περὶ τῆς ὄψιος, i. 209. *m.* δοῦναί σφι λόγον, καί σφι ἁδεῖν *etc.* Re deliberata decrevisse illos, iii. 45. *a.* ἐδίδοσάν σφισι λόγον, i. 97. *m.* vi. 68. *f.* viii. 9. *a. Item Plurali numero:* ἐδίδοσαν αὖτίς σφισι λόγους, iii. 76. *a.* ἑωυτοῖσι λόγους ἐδίδοσαν, καὶ σφίσι βουλευομένοισι δεινόν τι ἐσέδυνε, vi. 138. *m. Interdum formulam istam sequitur conjunctio* ὅτι *vel* ὡς. ἐμεωυτῷ λόγους ἐδίδουν καὶ ὅτι—καὶ διότι *etc.* Reputavi mecum, vi. 86, 1. *m.* πρῶτοί σφι αὐτοῖσι δόντες λόγον ὡς οὐ ποιοῖεν δίκαια, v. 75. *a.* δόντες σφίσι λόγον ὡς οὐκ οἷοί τε εἰσὶ, iv. 102. *a.*

3. *Cum isto vocabuli usu conjunctus hic est, quo* Λόγος *intelligitur* Ratio *aut* Causa *qualiscumque*, quam vel in Judicando vel in Agendo sequimur, *atque inde etiam, partim*, Judicium *ipsum quod ferimus*, Sententia *aut* Opinio *quam habemus de re proposita; partim* Consilium *quo agimus aut aliquid suscipimus.*

1. *Ad* Judicandi rationem *pertinent hæ locutiones.* ἀληθέϊ λόγῳ χρεομένοισι, veram rationem sequentibus, Verum si quærimus, v. 87. *f.* οἱ ἀληθέϊ λόγῳ βασιλέες, Qui vera ratione (re vera) reges habentur, i. 120. *a.* ἔχουσαν ἀληθέϊ λόγῳ, Quum revera prægnans esset, *nempe* quum non jam falso putaretur esse prægnans, v. 42. *a.* τῷ ἐκείνων λόγῳ, Ex illorum ratione, Ex illorum opinione, Ut illi sibi persuaserant, viii. 6. *extr. Similiter*, ὡς γυναῖκα τῷ λόγῳ, v. 20. *extr. idem valere videtur ac* τῷ ἐκείνων λόγῳ, Ut illi opinabantur. *At alibi formula* τῷ λόγῳ, *aut simpliciter* λόγῳ *absque articulo, videtur idem valere ac* ἀληθέϊ λόγῳ. *Scilicet sic videtur accipiendum quod ait Noster*, viii. 61. *f.* ἑωυτοῖσι ἐδήλου λόγῳ ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ *etc.* Ex ipsius rei ratione (Ex rei veritate) demonstravit esse ipsis et urbem et terram; *sive commodius fortasse naturalem verborum structuram talem concipias*, ἐδήλου ὡς λόγῳ (*i. q.* ἀληθέϊ λόγῳ) καὶ πόλις καὶ γῆ εἴη ἑωυτοῖσι, Ostendit esse ipsis Re vera (Ex vero si judicetur res) et urbem *etc. Similiter paulo post, cap.* 62. *a.* σημαίνων δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ, (*ex verborum distinctione olim vulgata, de qua vide Var. Lect.*) Hæc postquam Ex veri ratione (Ex rei veritate) ostendit; *aut*, Postquam ostendit, Re vera (Si recte res æstimetur) hoc ita esse. *Priorem locum* viii. 61. *f. Latine sic converterat Valla*, Ratione ostendit; *Wess. cum Gronovio*, Oratione ostendit: *alterum locum Valla*, Hæc quum ratione significasset; *Gronovius*, Hæc quum sermone significasset; *nos in nostra versione vocab.* τῷ λόγῳ *ad verbum* διέβαινε *retulimus. Simillimam locutionem habemus* v. 94. *f.* ἀποδεικνύντες λόγῳ οὐδὲν μᾶλλον Αἰολεῦσι μετεὸν *etc. Rursusque* v. 84. *a.* οἱ δὲ ἀπέφαινον λόγῳ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν. *Item* i. 129. *m.* Ἀστυάγης δέ μιν ἀπέφαινε τῷ λόγῳ σκαιότατον ἐόντα, *ubi corrigenda sunt nostra Latina.*

Ad Judicandi rationem *pertinent etiam hæ locutiones:* καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτως αἱρέει, Atque etiam Ratio evincit, rem ita se habere, ii. 33. *a. m.* οὐδὲ λόγος αἱρέει, τοῦτον ἑσσωθῆναι, Minime est credibile, (Rationi non est consentaneum ut credamus) hunc fuisse devictum, iii. 45. *m. f.* οὐδὲ λόγος αἱρέει, ἀναδεχθῆναι ἀσπίδα, vi. 124. *Conf. mox num.* 2.

2. *Ad* Agendi rationem, *vel* Causam quæ ad agendum movet, *refero, primum, loquendi genus aliquod Nostro familiare, ubi eadem, quam modo vidimus, formula* λόγος αἱρέει *occurrit, sed ea cum* Accusativo personæ *constructa; ut* μετεκβαίνεσκε, ὅκως μιν ὁ λόγος αἱρέοι, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν, vii. 41. *a.* ὁ θύσας χρᾶται (τοῖσι κρέασι) ὅ τι (*id est*, κατ' ὅτι *vel* ὡς) μιν ὁ λόγος αἱρέει, i. 132. *extr. quibus in locis* ὁ λόγος *non tam intelligitur* Recta ratio *cujus dictamen aliquis sequatur, quam* Qualiscumque ratio quæ ad agendum moveat, *ac fere* Quilibet animi impetus; *ut* ὅ τι μιν ὁ λόγος αἱρέει *cum H. Steph.* (*Thes. T.* i. 182. *a.*) *commode reddi possit*, In quemcumque usum ei visum fuerit, *vel*, ei libuerit, *aut*, fert animus. *Pariter*, ἤν μὴ ἡμέας λόγος αἱρῇ, οὐ συμμίξομέν τοι, iv. 127. *m. non tam significat* Nisi nobis Ratio suaserit; *quam* Nisi id nobis placuerit, Nisi ita noster feret animus: *nempe*, Tu nos cogere numquam poteris ad congrediendum tecum. *Deinde huc referri potest alia formula, quam amat Noster, hujusmodi:* οὐκ ἦλθον ἐς τούτου λόγον ὥστε μάχεσθαι, Non eo consilii venerunt (*sive*, Non induxerunt animum) ut pugnam inirent, vii. 9, 2. *extr. N. Tum eadem formula, sed paulo aliter accipienda*, ἐς δὲ τούτου λόγον οὐ πολλοί τινες ἀπικνέονται, Sed in hujus rei rationem non multi perveniunt; *nempe* Non multi eo perveniunt ut senectutis causa a suis interficiantur, iii. 99. *extr. Denique huc pertinent locutiones in quibus* λόγος *commodissime* Consilium *intelligi potest, ut* κοινῷ λόγῳ, Communi consilio, De communi sententia, facere aut instituere aliquid. *Sic*, κοινῷ λόγῳ πέμπειν ἀγγέλους, i. 141. *extr.* στρατεύοντες ἐπ' αὐτοὺς κοινῷ λόγῳ χρη-

σάμενοι, i. 166. *a.* ii. 30. *m.* *μὴ κοινῷ λόγῳ πεποιηκότες ἔωσι ταῦτα*, iii. 119. *a.* *Similiter*, Famuli Cambysis occultarunt Crœsum *ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ ὥστε etc.* hoc consilio, hac causa; *possis etiam reddere*, hæc secum reputantes, iii. 36. *m. f.* *Sed eadem formula ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ alium etiam usum habet, quem mox num.* iii. *videbimus.*

III. *Scilicet* Λόγος *etiam intelligitur* Conditio, qua aliquid promittitur alteri. *ἐνδεξαμένου τὸν λόγον καὶ ὁμολογήσαντος ἐπὶ τούτοισι*, i. 60. *a. m.* *ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε τάδε ἐπισχνέομαι, ἐπ' ᾧ στρατηγὸς γενήσομαι—ἐπ' ἄλλῳ δὲ οὔτε ἐγὼ etc.* vii. 158. *f.* *ἔταμον ὅρκια ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε*, ix. 26. *m.* *ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι καὶ αὐτὸς*, ix. 33. *extr.* *In formula posterioris ævi scriptoribus familiari, ἐπὶ τούτῳ aut ἐπὶ τούτοις vocabulum λόγῳ vel λόγοις brevitatis studio omissa est; qua de ellipsi in Bosii Ellipsibus græcis debuerant moneri tirones.*

IV. *Λόγος*, Modus *et* Ratio quæ in rebus inest aut servatur. *τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἀνοικοδόμησε—κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τῷ τείχεϊ*, i. 186. *m.* *ὅκως τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς* (*nempe μέρος*) *τελέοι*, Ut in posterum partem solum tributi impositi pendat Pro ratione, Pro portione, Habita ratione, *nempe* damni accepti, ii. 109. *b. N.*

Λόγχη, ης, ἡ, Cuspis, Spiculum, Ferrum hastæ præfixum. *αἰχμὴν στερεὴν πᾶσαν χρυσέην, τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐὸν ὁμοίως χρύσεον*, i. 52. *ubi, quod τῇσι λόγχῃσι plurali numero ait scriptor, significat (interprete Larchero) fuisse hastæ illi* tria spicula, *unum longius et rectius in medio, duo alia (recurva) ab utroque latere.* *αἰχμοφόροι τὰς λόγχας κάτω ἐς τὴν γῆν τρέψαντες*, vii. 40. *a.* 41. *a. et f.* 55. *m.* *αἰχμαὶ σμικραὶ*, quibus *λόγχαι ἐπῆσαν μεγάλαι*, *memorantur* vii. 78. *a.* *Tum aliæ* Hastæ (*αἰχμαὶ*) quibus *κέρας δορκάδος ἐπῆν ὀξὺ πεποιημένον, τρόπον λόγχης*, vii. 69. *a. m.*

Λοιμὸς, οῦ, ὁ, Pestis, Lues. *λιμὸν καὶ λοιμὸν γενέσθαι αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι προβάτοισι*, vii. 171. *m. f.* *ἐπιλαβὼν λοιμὸς τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη*, viii. 115. *m.* *ubi λοιμὸς quem dicit, eadem δυσεντερίη est. λοιμὸς enim intelligitur* Quilibet morbus epidemicus, *sive* contagiosus *ille sit, sive minus.*

Λοιπὸς, ἡ, ὸν, Reliquus. *τοῦ λοιποῦ*, Dehinc, In posterum, ii. 109. *b. et alibi.* *Quod vero* iii. 65. *m.* *legitur, δεύτερα τῶν λοιπῶν ὑμῖν—γίνεταί μοι ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι, Larcherus quidem (provocans ad Marklandi Animadv. ad Max. Tyr. Dissert.* xvii. *p.* 682.) *adnotavit, τῶν λοιπῶν ibi idem ac τοῦ λοιποῦ valere; significareque* Tandem, Quod ad reliquum attinet, Cæterum. *At perspicuum est, genitivum τῶν λοιπῶν ibi a superlativo ἀναγκαιότατον regi, ut sententia hæc sit:* Secundo loco, reliquorum præceptorum, quæ mihi vobis danda supersunt, maxime necessarium hoc est.

Λοξίης, εω, ὁ, Loxias, Apollo, i. 91. *a. et m.*

Λούειν, Lavare. *μετέωρον ἐόντα, λοῦσθαι ὑπὸ τοῦ Διὸς*, iii. 124. *a.* 125. *f.*

Λοφιὴ, ῆς, ἡ, (*Ion. pro λοφιὰ*) Juba *equi*, vii. 70. *f.*

Λόφος, ου, ὁ, 1. Collis, ii. 124. *m. f.* 2. Crista galeæ. *ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες*, i. 171. *m.* *ἀντὶ λόφου ἡ λοφιὴ κατέχρα*, vii. 70. *f.* *Μάκαι λόφους κείρονται*, Macæ cristas sibi tondent, *i. e.* Comam capitis ita sibi tondent, ut in vertice emineat crista, iv. 175. *m.* *ubi vide quæ continuo ibidem subjiciuntur.*

Λοχᾶν, Insidias struere, Insidiari. *Cum Accusat. personæ:* *καί μιν οἱ Λαμψακηνοὶ λοχήσαντες αἱρέουσι ζωγρίῃ*, vi. 37. *a.* *λωχήσαντες ὧν τὴν θεωρίδα νῆα εἷλον*, vi. 87. *b.* *quibus quidem in locis poterat etiam accusativus μιν videri a verbo αἱρέουσι et εἷλον pendere: sed minime ambigua verbi λοχᾶν constructio est ubi ait scriptor ἐλόχησαν—τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας*, vi. 138. *a.* *Sed et cum Accusat. rei construitur idem verbum* v. 111. *a.* *ubi ἐλόχησαν τὴν ἐν Πηδάσῳ ὁδὸν*, In via ad Pedasum collocarant insidias. *Perperam ibi olim ἐλοχήσαντο edebatur.*

Λοχηγέειν, *i. q.* *λόχον ἡγεμόνα ἔχειν*, Cohortis ducem, Cohorti præfectum esse. *τῶν ἐλοχήγεε Ὀλυμπιόδωρος*, ix. 21. *extr.* *λοχηγέων τοῦ Πιτανητέων λόχου*, ix. 53. *a.* *ubi λοχηγετέων olim edd. quod quidem, ni refragarentur codices propemodum omnes, ferri et ipsum potuerat.*

Λοχίζειν, In manipulos sive cohortes (*λόχους*) distribuere. *ἐλόχισε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν Ἀσίῃ*, i. 103. *a.*

Λόχος, ου, ὁ, Manipulus, Cohors, Manus Militum, ix. 53. *et* 57. *plus semel.* *ξύλινον λόχον*, Naves hostiles *dixit Pythia*, i. 57. *f. coll.* 58. *a.*

Λύειν, Solvere, Abrogare *legem.* *λύειν νόμους ἔχοντας εὖ*, iii. 82. *extr.* *Notione* Liberandi e servitute vel captivitate *positum hoc verbum olim videbatur* ix. 76. *m.* *ubi legebatur λῦσαί με τὴν ἱκέτιν αἰχμαλώτου δουλοσύνης. At, si ibi hoc verbo uti voluisset Herodotus, λῦσόν με scripturus fuerat activa verbi forma, (coll.* v. 33. *m. f.)* *non λῦσαι in medio genere: quare scripturam ῥῦσαι, quam alii prævivere libri, adoptavi. Cæterum de eodem loco vide quæ supra sub vocab. Δουλοσύνη monui.*

Λυκοεργὴς, έος, ὁ, ἡ, Interficiendis lupis

idoneus. προβόλους δύο λυκοεργέας, vii. 76. *ubi alii quidem* λυκιοεργέας, *quod intelligunt* Operis Lycii.

Λυκόοργος, *nomen proprium, i. q.* Λυκοῦργος, i. 65. *m. N. in Pythiæ orac.*

Λυμαίνεσθαι, Insultare, Indigne et contumeliose agere cum aliquo, Contumeliosa clade adficere. *Cum Dat. pers.* λυμαίνεσθαι νεκρῷ, ix. 79. *a.* i. 214. *f.* δεινὸν ποιησάμενοι νέας οὕτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι, viii. 15. *a. N.* (*ubi nonnulli* σφέας *pro* σφι) *Cum Accusat.* τὴν ἵππον αὐτέων ἐλυμήναντο ἀνηκέστως, viii. 28. *a. Simul cum Dat. et cum Acc. in eadem phrasi:* ᾧ λυμαινόμενοι Πέρσαι, ἐδόκεον Ἄμασιν λυμαίνεσθαι, iii. 16. *f. ni cum aliis* Ἀμάσι *ibi malueris. Vide Var. Lect.*) *Omisso casu personæ, aut ambiguo regimine.* μαστιγοῦν (αὐτὸν) ἐκέλευε,—καὶ τἄλλα πάντα λυμαίνεσθαι, iii. 16. *a.* ὅτε τὸν ξεῖνον Μεγαβάτης δήσας λυμαίνοιτο v. 33. *m. f.* ὁ δὲ, παραλαβὼν ἡμᾶς, λυμαίνεται λύμησι ἀνηκέστοισι, vi. 12. *m. f. Conf.* Διαλυμαίνεσθαι.

Λύμη, ης, ἡ, Contumelia, Insultatio. ἐπὶ λύμῃ (Contumeliæ causa, Insultandi causa) πάντων ξυρῆσαι τὰς δεξιὰς παρηΐας, ii. 121, 4. *f.* iii. 14. *a.* ἄνδρα οὕτω αἰσχρῶς λύμῃ διακείμενον, ii. 162. *f. de homine cui aures et nares præcidi jusserat rex.* λυμαίνεσθαι λύμησι ἀνηκέστοισι, vi. 12. *m. f.*

Λυπέειν, 1. Tristem reddere, Dolore adficere. ἦν τις τοῦτον ἄχαρις συμφορὴ λυπεῦσα, Hunc tristis aliquis casus adflictabat, vii. 190. *f. cum Var. Lect. et Not.* 2. Incommodare, Molestiam creare, Infestare. ἡμέες λιπαρήσομεν οὕτω ὅκως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας, Nullam vobis molestiam exhibentes, viii. 144. *f.* ἡ ἵππος αἰεὶ προσέκειτό τε καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας, Equitatus instabat Græcis, eosque Infestabat, Premebat, ix. 40. *m.* τὸ γὰρ προσκείμενόν σφεας ἐλύπεε, ix. 61. *a.*

Λύπη, ης, ἡ, *per metonymiam,* Tristis rerum status, Miseria. πᾶν βουλόμενοί σφι εἶναι πρὸ τῆς παρεούσης λύπης, vii. 152. *extr.*

Λυχνοκαΐη, ης, ἡ, Lucernarum accensio, Dies festus quo per totam noctem lampades circa domos accensæ ardent, ii. 62. *m.*

Λύχνον, ου, τὸ, Lucerna, *certe Plurali numero* τὰ λύχνα, Lucernæ. ἔν τινι νυκτὶ λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ, ii. 62. *a. N. Et mox ibidem,* τὰ δὲ λύχνα ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου *etc.* λύχνα ποιησάμενος πολλὰ, ὅκως γίνοιτο νὺξ ἀνάψας αὐτὰ, ii. 133. *f.* περὶ λύχνων ἁφὰς, Circa tempus quo accenduntur lucernæ, Sub noctem, Initio noctis, vii. 215. *a.*

Λύχνος, ου, ὁ, Lucerna. πάννυχος λύχνος παρακαίεται, ii. 130. *m. Plural.* τὰ λύχνα, *vide paulo ante.*

Λωβᾶσθαι τινὰ, *idem fere ac* λυμαίνεσθαι, Contumeliose et injuriose tractare aliquem, Fœde deformare, Turpiter mutilare. ἑωυτὸν λωβησάμενος, iii. 154. *m. et mox ibid.* ἑωυτὸν λωβᾶται λώβην ἀνήκεστον, *de homine qui* sibi ipse nares auresque præcidit, flagellisque se laceravit. ὅστις εἴη ὁ λωβησάμενος, iii. 155. *a.* Δαρεῖος ἐμὲ ὧδε λωβησάμενος, iii. 156. *f. Passivum:* ἰδὼν ἄνδρα δοκιμώτατον λελωβημένον, iii. 155. *a. et paulo post,* λελωβημένου σεῦ.

Λώβη, ης, ἡ, Contumelia *illata.* ἑωυτὸν λωβᾶται λώβην ἀνήκεστον, iii. 154. *f.*

Λωτὸς, οῦ, ὁ, Lotus Ægyptiacus, *planta aquatilis,* ii. 92. *a. et m. N.* Λωτὸς Κυρηναῖος, Lotus arbor, ii. 96. *a.* iv. 177. *a. unde nomen habent* Lotophagi, οἱ Λωτοφάγοι, *ibid.*

M.

Μάγος, ου, ὁ, Magus. Μάγοι *sunt* Una de sex gentibus Medorum, i. 101. In sacrificiis Persarum Μάγος ἀνὴρ παρεστεὼς ἐπαείδει θεογονίην, i. 132. *f.* Deficiente subito sole Xerxes εἴρετο τοὺς Μάγους τὸ θέλει προφαίνειν τὸ φάσμα, vii. 37. *m. Cæterum vide Indicem rerum et personarum, vocab.* Magi.

Μαγοφόνια, τὰ, Festus dies a Persis celebratus in memoriam interfectorum Magorum, iii. 79. *f.*

Μάζα, ης, ἡ, Maza, Massa. ἅτε μάζαν μαξάμενος, Veluti massam subigens *pulverem ex siccatis contusisque piscibus,* i. 200. *f.* κυρβαίη μάζα, *Vit. Hom.* 33. *m. N.*

Μαζὸς, οῦ, ὁ, *i. q.* μαστὸς *et* μασθὸς, Mamma. ἐπεζωσμέναι καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζοὺς, ii. 85. *m.* τῶν γυναικῶν τοὺς μαζοὺς ἀποταμοῦσα, περιέστιξε τούτοισι τὸ τεῖχος, iv. 202. *N. ubi nonnulli* μαστούς. μαζοὺς ἀποταμοῦσα κυσὶ προέβαλε, ix. 112. *ubi iterum* μαστοὺς *Arch. et Vind.* Μαζὸς *Homerica vocabuli forma est; alteram* μαστὸς *Hippocrates usurpavit.*

Μαθητέον, Discendum, Videndum; vii. 16, 3. *vide in* Μανθάνειν.

Μαιῆτις λίμνη, Mæotis palus, (*Ion. pro* Μαιῶτις) iv. 20. *m. N. Cæterum vide Ind. Rer. et Pers.*

Μαιμᾷν, Vehementer cupere, Cum impetu ferri. δεινὸν μαιμώοντα, viii. 77. *m. in orac.*

Μαίνεσθαι, Furere. ἐμάνη μεγάλως, iii. 38. *a.* ἐλπίδι μαινομένῃ λιπαρὰς πέρσαντες Ἀθήνας, viii. 77. *m. in Orac.* γυναῖκες μανεῖσαι, Mulieres furore correptæ, In furorem actæ, ix. 34. *a. Similiter,* ὑπὸ θεοῦ μαίνεται, In furorem agitur a deo, iv. 79. *m. f.*

Μάκαρ, αρος, ὁ, ἡ, Beatus. Μακάρων νῆσος, iii. 26. *a. m. N.*

Μακαρίζειν, Beatum, Felicem prædicare. ἑωυτὸν ἐμακάρισε, vii. 45. *extr.* Ἀργεῖοι ἐμακάριζον τῶν νεηνιέων τὴν ῥώμην, (*i. q.* ἐμακάριζον τοὺς νεηνίας τῆς ῥώμης, *scil.* ἕνεκα,) αἱ δὲ Ἀργεῖαι τὴν μητέρα, οἵων τέκνων ἐκύρησε, i. 31. *m.*

Μακρημερίη, ης, ἡ, *Nostro videtur dici* Illud anni tempus quo dies longiores sunt noctibus. νηῦς—κατανύει ἐν μακρημερίῃ ὀργυιὰς ἑπτακισμυρίας, νυκτὸς δὲ *etc.* iv. 86. *a. ubi quod edd. et mssti nonnulli* ἐν μακρῇ ἡμέρῃ *præferunt, id haud dubie ex scholio prognatum.*

Μακρὸς, ἡ, ὸν, Longus. μακραὶ νῆες, vii. 21. *f.* ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλά ἐστι ἰδεῖν, i. 32. *a.* οὐκ ἐς μακρὸν ἔργου ἔχεσθαι *legebatur* ii. 121, 1. *f. ubi nos ex aliis codd.* ἐς μακρὴν (*scil.* ὥρην) *recepimus,* Non multo post adgressos esse opus. *Sic,* Ἴωνες οὐκ ἐς μακρὴν βουλευσάμενοι ἧκον πολλῷ στόλῳ, v. 108. *m. f. ubi* ἐς μακρὴν *non tam ad* βουλευσάμενοι, *quam ad* ἧκον *videtur referendum,* Iones, re deliberata, haud multo post advenere.

Dativum Μακρῷ *adverbialiter cum superlativis jungere amat Noster pro* πολλῷ *vel* πολὺ, Longe, Multo. τῶν ἡλίκων μακρῷ πρῶτος, i. 34. *a.* μακρῷ πρῶτοι ἐγένοντο (*nempe* τῶν ἄλλων *vel* πάντων,) v. 78. *m. Sic* ἄριστος ἐγένετο μακρῷ, ix. 71. *a. Et* νομίζοντες ἑωυτοὺς εἶναι ἀνθρώπων μακρῷ τὰ πάντα ἀρίστους, i. 134. *m.* πρῆγμα εὐηθέστατον μακρῷ, i. 60. *a. m.* λογιώτατοί εἰσι μακρῷ, ii. 77. *a. m.* τὰς βοῦς σέβονται προβάτων πάντων μάλιστα μακρῷ, ii. 41. *a.* ἔθνος λογιμώτατον τῶν ἐθνέων ἁπάντων—μακρῷ μάλιστα, i. 171. *a. m.* ἔχει μὲν καὶ τὰ πάντα—, ἐκεῖνα δὲ καὶ μακρῷ μάλιστα πάντων, ii. 136. *a.* ἤκουε εὖ κακρῷ μάλιστα τῶν ἐν Ἰθάκῃ, *Vit. Hom.* 7. *m. f.*

Comparativus. ἐπὶ τὰ μακρότερα (*scil.* μέρη, Longiorem in partem, *id est,* In longitudinem) ποιέων ἑξαπάλαιστα· ἐπὶ δὲ τὰ βραχύτερα, τριπάλαιστα, i. 50. *m. N.*

Superlat. εἴ τι πλέον ἴδοιεν τῶν τὰ μακρότατα ἰδομένων, Num quid amplius visuri essent quam hi qui loca longissime remota inspexissent, ii. 32. *m.* ὅσον ἐγὼ δυνατός εἰμι μακρότατον ἐξικέσθαι ἀκοῇ. Quantum ego, superiorum temporum memoriam altissime repetens, audita cognoscere potui, i. 171. *a. ubi fortasse* ἐπὶ μακρότατον *scripserat Herodotus, quemadmodum alibi, ubi non equidem de Temporis intervallo, sed de Locorum agitur distantia. Sic,* ὅσον ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι, iv. 16. *extr.* τοσόνδε ἄλλο ἐπὶ μακρότατον ἐπυθόμην, ii. 29. *a.* ὅσον ἡμεῖς ἱστορέοντες ἐπὶ μακρότατον οἷοί τε ἐγενόμεθα ἐξικέσθαι, iv. 192. *extr. Similiter,* ἐπ' ὅσον μακρότατον ἱστορεῦντα ἦν ἐξικέσθαι, ii. 34. *m.*

Μάλα, *adverbium, alii adverbio aut adjectivo junctum, vulgatoque apud alios usu* Valde, Admodum, *significans, apud Herodotum legere non memini nisi in formula* αὐτίκα μάλα vii. 103. *a. et alibi; cæterum* μέγα *pro* μάλα *ponere amat. Sed* μάλα *apud Nostrum idem fere atque* μάλιστα *valere videtur ubi ait Noster* Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι μάλα ἔσκον οἱ ἀπεδείκνυντο ἀρετὰς, ix. 40. *extr. ubi commode Valla Græcam vocem Latino adverbio* Præcipue *reddidit.* Persæ pariter ac Medi præcipue præclara facinora edebant. *Nam quod ibi* καλὰ *pro* μάλα *codex noster F. exhibet id quidem nihil expedit. Similiter vero* μάλα *videri poterat idem ac* μάλιστα *valere* i. 134. *f.* οἱ δὲ (*nempe* ἦρχον) μάλα τῶν ἐχομένων, *quæ postrema verba ex parallelo respondent præcedentibus istis* τῶν ἄγχιστα οἰκεόντων. *Etiamque Hesychius adnotavit,* μάλα *interdum* μάλιστα *valere. Quare fortasse nil necesse erat, ut pro vulgato olim* μάλα *loc. cit. a nobis ex cod. F.* μάλιστα *reciperetur, quod ex interpretamento in illum cod. invectum videri poterat. Majorem difficultatem habent duo alii loci, ubi, quamnam potissimum vim voci* μάλα *inesse voluerit Scriptor, haud exploratum habeo:* ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, i. 181. *m. ubi Valla,* et huic subinde alia turris. *Equidem* πάλιν *pro* μάλα *malueram: sed longe absum ut istud obtrudendum Herodoto putem; videndum potius, ne ex ipsius scriptoris mente atque usu* μάλα *ibi idem fere ac* πάλιν, Rursus, Porro, *valeat. Similem certe vim eadem particula habere videtur in istis verbis,* καὶ μάλα ἐν τοῖσι ἄλλοισι πλοίοισι, vii. 186. *a. ubi particulam a vetere interprete Latino omissam, vocabulo* Omnino *reddidit Gronov. Non incommode vero* οὐ μάλα Non admodum *redditur* i. 93. *a. ubi* θωύματα γῆ Λυδίῃ οὐ μάλα ἔχει.

II. *Comparativ.* Μᾶλλον, Magis. 1. *Construitur cum* ἢ, *aut cum Genit.* τεθνάναι βούλεσθαι μᾶλλον ἢ ζώειν, vii. 46. *m. f.* πάντα (*sive* πᾶν κως) μᾶλλον (ἐθελήσεις) ἢ δι' ἡσυχίης εἶναι, i. 206. *a.* μᾶλλον ἢ ὁμοίως Καλλίῃ, vi. 121. *a. elliptice dictum intelligitur, pro* μᾶλλον τοῦ Καλλιέω, (*aut* μᾶλλον ἢ Καλλίης,) ἢ ὁμοίως αὐτῷ, Magis etiam quam Callias, aut certe perinde ut ille; *nisi fortasse* μᾶλλον ἢ ὁμοίως Καλλίῃ *nil amplius sonat, nisi brevior formula* μᾶλλον ἢ Καλλίης, Magis quam Callias. μᾶλλον πολλῷ ἴεσαν τῆς φωνῆς, iv. 135. *f. N. intelligendum videtur quasi dixisset* μᾶλλον ἴεσαν φωνὴν τῆς εἰθισμένης φωνῆς, Multo majorem ruditum edebant *asini.*

2. *In Negatione duplicatur particula negans.* οὐδέν τι μᾶλλον ἐπ' ἡμέας ἢ οὐ καὶ

ἐπὶ ὑμέας, iv. 118. *m. N.* οὐδὲν μᾶλλον Αἰολεῦσι, ἢ οὐ καὶ σφὶ, v. 94. *f.* οὐδὲν μᾶλλον τὴν σὴν ἐσθῆτα, ἢ οὐ καὶ τὴν ἐμὴν, vii. 16, 3. *a.*

3. *Ante* ἢ *vel* ἤπερ *subinde vox* μᾶλλον, *per ellipsin omissa, ad sententiam subintelligitur.* καί κως βούλομαι (*i. q.* μᾶλλον βούλομαι) οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα, ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα, iii. 40. *m.* ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, ἤ περ Ἀθηναίους, iv. 26. *f.* ἡμῖν πατρώϊόν ἐστι—πρώτοισι εἶναι ἢ Ἀρκάσι, ix. 27. *a. Similiter, ante* ἢ καὶ πρὸ τούτου, vi. 52. *a. m.* vii. 139. *m. et* 189. *m. ellipsin vocabuli* μᾶλλον *statuit Wess. in Not. ad* vi. 52. *quibus tamen in locis fortasse alia orationis ratio est. Ante* ἢ σφίσι v. 118. *f. unum cod. Arch. secutus Schæferus vocabulum* μᾶλλον *abjecit, quod tenent alii libri omnes.*

4. μᾶλλον, *licet ipsum per se vim Comparativi gradus habeat, tamen subinde pleonastica quadam ratione, nec vero prorsus otiose, alii Comparativo jungitur.* ἄμεινον ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν, i. 31. *m.* οὐ γὰρ ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέρην ἔχοντος ὀλβιώτερός ἐστι, i. 32. *m.* ταῦτά σφι ἔγνωσαν αἱρετώτερα εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ τῶν χρησμολόγων, vii. 143. *f. N.* κερδαλεώτερόν ἐστι ὁμολογέειν μᾶλλον ἤπερ πολεμέειν, ix. 7, 1. *f. Quo de genere consulendi Interppr. Thomæ Mag. voc.* Μᾶλλον, *et præsertim Wetst. ad Ep. ad Philip.* i. 23. *Eodem commode Valck. retulit locum* viii. 41. *f.* μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν, *ubi naturalis verborum scriptura hæc erat,* καὶ μᾶλλόν τι προθυμότερον. *Quod vero* ii. 137. *f. ubi legitur* ἡδονῇ δὲ ἰδέσθαι οὐδὲν τούτου μᾶλλον, *idem Valck.* ἥδιον δὲ—μᾶλλον *corrigendum censuit; illius quidem loci alia ratio est; ibi enim e superioribus intelligendum* μᾶλλον ἀξιαπήγητον.

5. *Formulam* μᾶλλόν τι, *quæ proprie sonat* Magis quodammodo, Aliquanto magis, *subinde ita ponere amat Noster, ut non sequatur aut* ἢ *particula aut genitivus aliquis, ubi idem fere valet ac* μάλιστα, Maxime; *nempe intelligitur* Magis quam pro re, Magis quam putares, Magis solito, Magis quam alioquin, *aut aliquid tale.* μᾶλλόν τι περιημέκτεε, Gravissime doluit, i. 114. *m. f.* ἐλπίζων τὸν θεὸν μᾶλλόν τι (Magis quam alia quavis ratione inita) τούτοισι ἀνακτήσασθαι, i. 50. *a.* (*ubi perperam olim* μᾶλλόν τοι *edd.*) μᾶλλόν τι ἔσπευσαν εἰρήνην ἑωυτοῖσι γενέσθαι, i. 74. *m.* μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι *etc.* viii. 41. *f. quo de loco paulo ante dixi. Similiter* τὸ δὲ καὶ μᾶλλόν τι ἐπετηδεύθη, i. 98. *m. ubi tamen fortasse* τι *non tam ad* μᾶλλον, *quam ad* τὸ *fuerit referendum, ut* τὸ δέ τι *respondeat præcedenti* τὸ μέν τι.

6. ἐπὶ μᾶλλον *progressionem significat, quasi dicas* In magis, *id est,* Magis magisque. οὐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἔτι βιάζεσθαι, i. 94. *m.* ἐπὶ μᾶλλον ψύχει, iii. 104. *f.* (*ubi vide Var. Lect. et Not. nam olim* ἔτι μᾶλλον *edebatur.*) ἐπὶ μᾶλλον ἰὸν (τὸ ὕδωρ) ἐς τὸ θερμὸν πελάζει, Magis magisque ad calorem accedit, incalescit, iv. 181. *f. N.*

III. *Superlativus,* Μάλιστα, 1. Maxime. μάλιστα πάντων ἀνθρώπων, ii. 37. *a.* 77. *a.* σέβουσι τὴν πίστιν ὁμοῖα τοῖσι μάλιστα, (*nempe* τοῖσι μάλιστα σέβουσι) iii. 8. *a.* ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, vii. 118. *f.* 141. *a. Eadem fere notione, qua nude* μάλιστα, *aut* ὁμοῖα τοῖσι μάλιστα, *dicitur etiam* ἐς τὰ μάλιστα. *Sic* ἔσαν γάρ σφι φίλοι ἐς τὰ μάλιστα, vi. 89. *m.* ἐόντα Θρασυβούλῳ ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα, i. 20. *a. Et omissa* ἐς *vocula:* εἶναί τε φίλους τὰ μάλιστα, ii. 147. *m. f. nisi ibi intercidit* ἐς, *a præcedente litera sibilante absorpta. Nec vero causa erat cur ad eamdem formam corrigendum suspicaretur Valckenarius id quod* vi. 65. *a. commode legitur* ἐχθρὸς μάλιστα γεγονὼς διὰ πρῆγμα τοιόνδε.

2. *Ut Latinum adverbium* Maxime, *sic et Græcum* μάλιστα, *ponitur etiam pro* Fere, Circiter; *qua notione particulam* κου *vel* κη *adjicere amat Noster.* ὡς ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη, i. 191. *m.* ἀνδρῶν μάλιστά κη τρισμυρίων, viii. 65. *a.* διὰ σταδίων ὡς πέντε μάλιστά κη, vii. 30. *m.* ἐκ τριῶν ἐτέων κου μάλιστα, vii. 21. *a. Eadem notione Latino sermone etiam* Admodum *usurpatur.*

Μαλακίη, ης, ἡ, Morbus. συνέβη τὸν Ὅμηρον τελευτῆσαι—τῇ μαλακίῃ, *Vit. Hom.* 36. *a. quem quidem vocabuli usum stylo Herodoteo minime convenire, perspecte monuit Wesseling. Conf.* Μαλακῶς.

Μαλακὸς, ἡ, ὸν, Mollis. ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδὲν, Nihil molle admittere. Nullam mollitiem (segnitiem) sibi indulgere, iii. 105. *f. de* Camelis fœminis, nihil de cursus velocitate remittentibus. μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλόμενος οὐδὲν, *nempe, Iratus pater* Nihil de ira remittere, Non molliri, Nulla indulgentia volens uti.

Μαλακῶς ἔχειν, Ægrotare. *Vit. Hom.* 34. *m. N. Conf.* Μαλακίη.

Μαλερὸν πῦρ, Edax, Consumens, Subtilis ignis, vii. 140. *m. f. in Orac. Formula Homerica, incerto significatu.*

Μάλιστα *et* Μᾶλλον, *vide sub vocab.* Μάλα.

[Μάν. οὐ μὰν *vitiose pro* οὐκ ἂν *exhibent libri nonnulli* i. 191. *m. ubi vide Var. Lect. et Not.*]

Μανθάνειν, *non solum* Discere, Cognoscere ex alio, Resciscere, *ut,* μαθὼν τὰ ποιευμένα ἐπ' ἑωυτῷ, i. 61. *m.* (*ubi quidem etiam* Animadvertere, Intelligere, *reddere*

possis.) *sed et* Animadvertere, Per se cognoscere, Intelligere. *ἐπεὶ ἔμαθε ἔγκυος ἐοῦσα*, i. 5. *a.* *μαθοῦσα τὸ ποιηθὲν, οὐκ ἔδοξε μαθέειν*, i. 10. *m.* *ὡς ἔμαθον τὸ γινόμενον*, i. 80. *f.* *μαθὼν δέ μιν ἀποθωυμάζοντα*, i. 68. *a.* *εἴτε οἱ ἄλλος ἀπορέοντι ὑπεθήκατο, εἴ τε καὶ αὐτὸς ἔμαθε τὸ ποιητέον οἱ ἦν*, i. 191. *a.* *μαθὼν δὲ τὸ μαντήϊον ἐὸν τοῦτο*, iv. 164. *m.* *Item*, Considerare, Cogitare, Perpendere. *μαθόντες δὲ τουτέων ἕκαστα*, v. 91. *a.* *ubi præcessit ἐώρεον et νόῳ λαβόντες ὡς etc.* *Sic μαθὼν δὲ τούτων ἑκάτερα*, Hæc utraque videns et considerans, cogitans, vi. 100. *m.* *Interdum commode simplici Latino verbo* Videre *reddi potest; ut, cum alibi tum ubi ait, Ξέρξης ὡς ἔμαθε τὸ γεγονὸς πάθος*, viii. 97. *a.* *ἐπειδὴ ἔμαθε ἀπολωλότας τοὺς Πέρσας*, ut perditos vidit Persas, ix. 76. *a.* *εἰ δὲ καὶ ἐπιφοιτήσει, τοῦτο ἤδη μαθητέον*, An vero etiam *mihi* adpariturum sit, id nunc videndum, vii. 16, 3. *m. f.* *Sic, βασιλῆα μαθεῖν τὴν νῆα ἐμβαλοῦσαν*, viii. 88. *a.* *et continuo deinde, καί τινα εἶπαι, δέσποτα ὁρᾷς etc.*

Μανίη, ης, ἡ, Furor, Insania. *μανίην τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπέφερον, ὁρέοντες αὐτοὺς etc.* vi. 112. *a.* (*Vide* Ἐπιφέρειν.) *ὑπέλαβε αὐτὸν μανίη νοῦσος*, Invasit illum Furor morbus, vi. 75. *a.* *ubi olim μανίης νοῦσος edd. Commode vero monuit Gron. per adpositionem juncta esse duo illa substantiva, quemadmodum in fragmento veteris scriptoris apud Suidam voc.* Ἀπόλεμος *junguntur νοῦσος ποδάγρα. Quod vero idem Gronov. ait eumdem Suidam in voc.* Ἐνέχρανε *verba Herodoti ita citare ut edita erant, μανίης νοῦσος, ab eo quod res est aberrarit vir doctus. Verba ista prorsus prætermisit Suidas; totum Herodoti locum, qualis olim editus legebatur, in Notis ad Suidam adposuit Æm. Portus.*

Μαντεύεσθαι, 1. Oraculum consulere *quod alias χρᾶσθαι τῷ μαντηΐῳ.* *ἐς τὰ* (*μαντήϊα*) *ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κροῖσος*, i. 46. *f.* *ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων*, viii. 36. *a.* *μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι*, ix. 33. *a.* 2. Edere oraculum, Respondere, Vaticinari, *quod alias χρᾶν.* *διζῶ ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον*, Dubito utrum te Deum, an hominem vaticinio meo adpellare debeam, i. 65. *m.* *Orac. Sigillatim* Μαντεύεσθαι *dicitur ὁ μάντις*, *Vates qui Sacra*, et præsertim exta victimarum interpretatur; *et omnino*, Qui Vatis munere fungitur. *οὔτε τότε τοῖσι Ἕλλησι ἐμαντεύετο*, ix. 36. *a.* *ἐκαλλιερέοντο, μαντευομένου σφι Δηϊφόνου*, ix. 92. *f.* 95. *a.*

Μαντηΐη, ης, ἡ, (*Ion. pro μαντεία*) Modus quo redduntur oracula. *ἡ μαντηΐη ἥ τε ἐν Θήβῃσι καὶ ἐν Δωδώνῃ παραπλήσιαι ἀλλήλῃσι τυγχάνουσι ἐοῦσαι*, ii. 57. *f.* *οὐ αἱ μαντηΐαί σφι κατὰ τὠυτὸ ἑστᾶσι*, ii. 83. *extr.*

Μαντήϊον, ου, τὸ, *i. q.* χρηστήριον, Oraculum; *nempe* 1. Locus et universum Institutum quo deus aliquis hominibus, qui illum consulunt, responsa dare putatur. *ἀπεπειρᾶτο τῶν μαντηΐων*, i. 46. *m.* *et mox ibidem, τὰ Ἑλληνικὰ μαντήϊα, ἐς τὰ ἀπέπεμψεν Κροῖσος.* *μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι*, i. 48. *f.* *ἄγεσκον* (*αὐτὸν*) *ἐπὶ μαντήϊον*, ii. 174. *a.* (*conf. Indic. Rer. voc. Oraculum.*) 2. Responsum oraculi. *ἀπικέσθαι οἱ μαντήϊον ἐκ Βουτοῦς πόλιος*, ii. 111. *a. m.* *θεῶν ἀληθέα μαντήϊα παρεχομένων*, ii. 174. *f.* *τὸ Τισαμενοῦ μαντήϊον*, Oraculi responsum, Tisameni datum, ix. 33. *m.*

Μαντικὴ, ῆς, ἡ, Divinatio, Ars divinandi, vaticinandi, sacra interpretandi. *ἔμφυτον μαντικὴν εἶχε*, ix. 94. *f.* *τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ*, *Wesselingio*, Divinandi in templis ratio; *nobis*, Divinandi ratio ex victimis, Haruspicina, ii. 57. *f. N.* *Conf. supra* Ἱρὰ, τὰ, *sub vocab.* Ἱρὸν, *num.* 2. *Ἐπιορκήσας φαίνεται ἐν τῇ μαντικῇ*, Per divinationem compertus est pejerasse, iv. 68. *m.* *et paulo post ibidem, οἱ μάντιες ἐσορέοντες ἐς τὴν μαντικὴν*, Vates sortibus inspectis, Divinandi artem consulentes.

Μάντις, ιος, ὁ, Vates, Augur, Haruspex, Sacrorum interpres, iv. 68. vii. 228. *f.* *et sæpius alibi. Plur. οἱ μάντιες, Accus. τοὺς μάντιας, Genit. τῶν μαντίων ἀπαγορευόντων*, iii. 124. *a.* *ubi olim μαντηΐων edd.*

Μαραίνεσθαι, de Flumine *dictum*, Exsiccari, Exarescere, *οἰκὸς τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν*, ii. 24. *extr.*

Μαρτυρέειν, Testem esse, Testimonium exhibere, Dicta aut sententiam alterius Confirmare. *Construitur cum Dativo. μαρτυρεῖ* (*sive μαρτυρέει scripsit auctor, ut alibi,*) *δέ σφι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς*, viii. 94. *extr.* *μαρτυρέει δέ μου τῇ γνώμῃ καὶ Ὁμήρου ἔπος*, iv. 29. *a.* *ubi quidem μοι* (*pro μοῦ*) *ex Med. primus edidit Gronov. firmarique duplicem illum dativum* (*μοι τῇ γνώμῃ*) *putavit iis exemplis, quæ et ab ipso et a nobis in Not. ad* i. 86, 28. *sq. citata sunt; quæ tamen non satis facere monuit Wesseling. ad* iv. 29. *quamvis ibi perinde ac* ii. 18. *a. scripturam μοι a Gron. adoptatam tenuit. Nos vero, sicut* iv. 29. *a. editam olim scripturam μου revocavimus, sic etiam, constantiæ saltem causa, altero loco* ii. 18. *a. eamdem revocare debebamus, μαρτυρέει δέ μου τῇ γνώμῃ ὅτι etc. ubi quidem μοι a Gronovio receptum cum Wess. aliisque editoribus tenuimus. Quod* v. 24. *f. legitur, τά τοι ἐγὼ—συνειδὼς ἔχω μαρτυρέειν, idem valet ac τά τοι ἐγὼ σύνοιδα καὶ ἔχω μαρτυρέειν*, Quæ (*scil. τὴν σύνεσιν καὶ τὴν εὔνοιαν*) scio et testari possum inesse tibi.

Μαρτύριον, τὸ, Testimonium, Argumentum, Documentum. *Cum passim alibi,*

lum viii. 120. *a.* μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον· φαίνεται γὰρ Ξέρξης *etc.* τὰ (*nempe* ἐλαίην καὶ θάλασσαν) λόγος ἐστὶ Ποσειδεῶνα καὶ Ἀθηναίην, ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρης, μαρτύρια θέσθαι, viii. 55. *a. quo loco mireris perversam Vallæ versionem non modo a Gronovio et Wesselingio verbotenus servatam, sed etiam a docto Interprete Gallico in eamdem fere sententiam accepta Herodoti verba. Sic enim Valla:* in quo (templo) olea est et mare, ut apud Athenienses prædicatur, Neptuno et Minervæ in testimonium posita quod de regione decertassent. *Tum Larcher:* Les Atheniens prétendent que Neptune et Minerve les y avaient placés comme un témoignage de la contestation qui s'était élevée entre eux au sujet du pays. *Nempe hi* παρ' Ἀθηναίων, *perperam pro* παρ' Ἀθηναίοις *accipientes, ad* λόγος ἐστὶ *retulerunt. At verba* παρ' Ἀθηναίων *ad* μαρτύρια *erant referenda: μαρτύρια autem h. l. non sunt* Testimonia quod dii illi de regione decertassent, *aut* Monumenta illius litis; *sed sunt* Documenta *sive* Argumenta, quæ in illa litis contestatione ab utroque deo prolata et in medium proposita sunt quibus causam suam defenderet; *scilicet, quibus probaret ad se pertinere terræ Atticæ dominium, quoniam aut prior illam occupasset, aut rem utiliorem Atheniensibus esset largitus. Dicit autem Herodotus, (verbis, puto. veteris cujusdam poëtæ usus,)* παρ' Ἀθηναίων μαρτύρια θέσθαι, *quod essent* documenta quorum fides atque veritas ab Atheniensibus, quorum testimonia illi invocabant, confirmari possent. *Equidem, Græca Herodoti his Latinis reddens,* Quæ aiunt a Neptuno et Minerva, quum de hac terra inter se certarent, testibus advocatis Atheniensibus, posita ibi fuisse, *verbum* θέσθαι *de prima procreatione acceperam earum rerum, quas Atheniensibus largitos se esse, quibusve rebus primum a se occupatam esse Atticam terram, aiebant litigantes dii; quum* θέσθαι μαρτύρια *rectius fortasse, ut paulo ante dixi, intelligatur,* Documenta illa et testimonia In medium proponere, Proferre, Citare, Ad illa provocare. *Ceterum ad illustrandam scriptoris sententiam haud parum faciet, si contuleris quæ de eadem re apud Apollodor.* iii. 14. 1. *leguntur cum Heynii Notis, tum apud Pausan.* i. 26. *p.* 62. *extr. et seq. rursusque p.* 64. *denique apud Scholiast. ad Iliad.* ρ'. 53.

Μάρτυς, υρος, ὁ, Testis. τῶν μάρτυς γίνεαι, vii. 52. *a.* Δημαράτου καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος, viii. 65. *extr. Vide* Κατάπτεσθαι.

Μάσσειν *et* Μάσσεσθαι, Subigere massam. μαξάμενος, i. 200. *f.*

Μαστιγέειν *et* Μαστιγοῦν, Flagris cædere. τὸν παῖδα μαστιγέων, i. 114. *m.* τὸν Ἑλλήσποντον μαστιγώσαντι, vii. 55. *m.* καὶ μαστιγώσας, iii. 154. *f. ubi adjectum pronomen* ἑωυτὸν *desiderabam, quod quidem e superioribus utcumque poterat subintelligi.*

[Μαστιγεὺς, Flagellator. *Olim* vii. 35. *a. edebatur,* καὶ μαστιγέας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμψε, *ubi nunc* καὶ στιγέας.]

Μάστιξ, ιγος, ἡ, Flagrum, Flagellum. μάστιξί τε καὶ αἵματι πεφυρμένος, Cruore ex flagellis inquinatus, iii. 157. *a.* τὸν Ἑλλήσποντον τριηκοσίας μάστιγι πληγὰς, vii. 35. *a.* ἐθηεῖτο τὸν στρατὸν ὑπὸ μαστίγων διαβαίνοντα, vii. 56. *a.* ὄπισθε οἱ ἡγεμόνες, ἔχοντες μάστιγας ἐῤῥάπιζον, vii. 223. *m. f.* ἀναγκαζόμενοι μάστιγι, vii. 103. *f.*

Μαστὸς, οῦ, ὁ, Mamma. ἐπὶ τοῦ μαστοῦ ἔφυ φῦμα, iii. 133. *a.* μαστῶν ἅπτοντο, v. 18. *f. ubi unus cod.* μασθῶν *ex communi dialecto præfert. Conf.* Μαζός.

Μασχαλιστὴρ, ῆρος, ὁ, *vulgo intelligitur* Lorum supra alas vel armos equi circumductum, quo ad currum adligatur equus. *Apud Nostrum vero* i. 215. *m. est* Lorum quoddam *sive* Cingulum quod supra axillas gestant homines, *cujus fibulas ex auro confectas habent Massagetæ.*

[Ματαΐζειν, *vide* Ἀποματαΐζ.]

Μάταιος, η, ον, Vanus, Stultus, Temere agens vel loquens; *et, passiva notione,* Temere jactatum *verbum.* ἦν μάταιος καὶ παιγνιήμων, Nugator erat et jocosus; Nugas agebat loquebaturque, ii. 173. *a. N. ubi* Petulantioribus indulgebat jocis *interpretatur Valck.* ἐγὼ ὁ μάταιος, Ego stultus homo, iii. 65. *a. m.* ἔπεα μάταια, vii. 15. *a. quæ eadem* ἀεικέστερα *dicuntur* vii. 13. *m. f. interpretatus sum* Contumeliosa vii. 5. *a. et* Injuriosa vii. 11. *a. proprie tamen* μάταια ἔπεα, ματαίους λόγους, *nil aliud dicere videtur Herodotus, nisi* Temere *ac stolide* prolata verba, Temere effutitos sermones. οὐδέν τι παθὼν οὔτε ἀκούσας μάταιον ἔπος πρὸς αὐτοῦ, iii. 120. *a.* παῦσαι λέγων λόγους ματαίους περὶ Ἑλλήνων, iii. 10. 7. *a.* ἄξιον μισθὸν λαβεῖν ἐπέων ματαίων, vii. 11. *a.* εἴπας ἐς σὲ μάταια ἔπεα, vii. 13. *m.* οἱ τὸν ματαιότερον λόγον λέγοντες, vi. 68. *m.* ὡς δὲ ὁ ματαιότερος λόγος ὥρμηται, iii. 56. *m.* μάταιον λόγον λέγουσι, Vanum fictumque est quod illi narrant, ii. 118. *a.*

Μάτην, Frustra, Temere, Falso. ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος εἴη, vii. 103. *m.*

Μάχαιρα, ης, ἡ, 1. Culter *quo secantur carnes.* ii. 41. *a. m.* τὰ μέτωπα κόπτονται μαχαίρῃσι, ii. 61. *f.* 2. Gladius. ἀλεξομένους μαχαίρῃσι, vii. 225. *m. f* Minutus Gladius *aut* Culter *intelligi potest* vi. 75. *f.*

Μάχεσθαι τινὶ, Pugnare cum aliquo, ad-

versus aliquem, vii. 104. *m. et alibi.* μάχεσθαι κατ' ἕνα, Singuli cum singulis, *ibid. Futur. et Aor.* μαχέσεσθαι, μαχέσασθαι, *pro quibus tamen* μαχησ. (*quasi a* Μαχέεσθαι) *præferunt subinde codd. nonnulli, ut* vii. 209. *ac fortasse hæc ipsa verbi forma* μαχησ. *quam alibi passim reliquimus, ubique recipi debuerat. Vide Var. Lect. ad* vii. 102. *f.* 103. *a.* viii. 26. *f.*

Μάχη, Pugna. σύνοδον τήνδε μάχης ἕνεκα συλλεγῆναι, ἀλλ' οὐ λόγων, ix. 27. *a.* (*quo de loco vide supra vocab.* Λόγος, i. 1.) διὰ μάχης ἐλεύσονται, Prælio rem decernent, Pugnæ periculo rem committent, vi. 9. *f.*

Μάχιμος, ου, ὁ, ἡ, Ad pugnam idoneus *aut* destinatus, Armatus, Miles. οἱ Μάχιμοι, Una e septem classibus Ægyptiorum, ii. 164. *a. et* 141. *a. N.* (*Iidem,* οἱ ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένοι, ii. 167. *b. conf.* 'Ανιέναι.) οἱ μάχιμοι ἄνδρες *in Xerxis exercitu distinguuntur a calonibus et reliqua turba exercitum sequente,* vii. 186. *m.* αἱ μάχιμοι μυριάδες, vii. 185. *f. Neutr.* τὸ μάχιμον, *collect. i. q.* οἱ μάχιμοι. *Sic,* ἀνέονται ἐς τὸ μάχιμον, ii. 165. *extr.* τοῦ μαχίμου ἐόντος ἀριθμὸν τοσούτου, vii. 186. *a. et mox* ibidem, ἐξισούμενοι τῷ μαχίμῳ.

Μαχλοσύνη, ης, ἡ, Lascivia, Impudicitia. μαχλοσύνην ἐπενείκασά οἱ, iv. 154. *m.*

Μέγα *Adverb. vide sub* Μέγας.

Μέγαθος, εος, τὸ, (*Ion. pro* μέγεθος) Magnitudo. *Communis quidem forma legebatur uno loco* i. 60. *m. ubi nos cum Schæf. Ionicam auctori restituimus, licet non nisi ab uno cod. ms. oblatam,* μέγαθος ἀπὸ τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα *etc. Alibi constanter Ionicam formam servant libri.* τὸ μέγαθος τοσοῦτόν ἐστι τοῦ ἄστεος, i. 178. *m.* μέγαθος (τῷ δενδρέῳ) κατὰ συκέην μάλιστά κῃ, iv. 23. *m.*

Frequenter in Dativo casu ponitur, in formulis hujusmodi: κρητῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους, i. 51. *a.* κρητῆρα μεγάθεϊ τριηκοσίους ἀμφορέας χωρέοντα, i. 70. *a.* μεγάθεϊ ἐόντες μικροὶ, ii. 74. *a.* λίθους ἐόντας μεγάθεϊ περιμήκεας, ii. 108. *a.* τόξα ἐόντα μεγάθεϊ τοσαῦτα, iii. 21. *f.* χαλκήϊον μεγάθεϊ ἑξαπλήσιον τοῦ *etc.* iv. 81. *m.* ἄνδρα μεγάθεϊ μέγιστον ἐόντα Περσέων, vii. 117. *a. Item in Accusativo, subintellecta* κατὰ *præpositione.* τεῖχος κατὰ τὸν 'Αθηνέων κύκλον μάλιστα κῃ τὸ μέγαθος, i. 98. *f.* αἰετῷ ὁμοιότατος τὸ μέγαθος, ii. 73. *m.* ἀνδριάντες ἐόντες τὸ μέγαθος πέντε πηχέων, ii. 121. *a.*

μέγαθος *etiam adverbialiter poni videtur pro* μεγάλως, Admodum, Eximie. λάμποντος τὰς νύκτας μέγαθος, ii. 44. *a. N. qui quidem locus difficultate non caret.*

Pluralis etiam passim occurrit. μύρμηκες μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, iii. 102. *m. Et subintellecta præp.* κατά. ποταμοὶ οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα, ii. 10. *f. ubi* μεγάθεϊ, *quod ex Scholio in libros nonnullos invectum est, non recipi ab Editore debuit; similiter enim et alibi loquitur Noster.* νήσους Λέσβῳ μεγάθεα παραπλησίας, i. 202. *a.* ὄφιες μικροὶ τὰ μεγάθεα, iii. 107. *f.* μεγάθεα τοσοῦτος οἷος σὺ, viii. 103. *m.*

Μεγαίρειν, *i. q.* φθονεῖν, Invidere. ἐγὼ δέ τοι οὔ τι μεγαίρω, i. 66. *m. in Orac.*

Μεγαλοπρεπείη, ης, ἡ, (*Ion. pro comm.* μεγαλοπρέπεια) Magnificentia, Majestas. *Ad istam quidem formam scribitur in Accusat.* ἄξιος Πολυκράτεϊ μεγαλοπρεπείην συμβληθῆναι, iii. 125. *m. ubi aut* μεγαλοπρέπειαν *ex communi sermone desiderabam: quia α longum quidem, nec vero α breve, in η mutant Iones; aut Ionica prorsus terminatione* μεγαλοπρεπηΐην, (*quemadmodum suo arbitratu Borheck edidit*) *quatenus fortasse in communi sermone solum* μεγαλοπρέπεια *antepenacute, sed et* μεγαλοπρεπεία *penacute, ultima syllaba producta, pronunciabatur. Rursus vero* i. 139. *m. occurrit idem vocabulum, simul partim ex Ionismi norma, partim ex communis sermonis usu formatum,* τῇ μεγαλοπρεπείῃ.

Μεγαλοπρεπὴς, Magnificus. *Superlat.* ἔδωκε αὐταῖς δορεὴν μεγαλοπρεπεστάτην, vi. 122. *m.*

Μεγαλοφροσύνη, *apud Nostrum* vii. 24. *a. non tam est* Animi magnitudo, *ut Portus interpretatur, quam* Ostentatio magnificentiæ, Jactantia, *ut Valla reddidit, nempe* hominis magnos sibi spiritus sumentis.

Μεγάλως, *i. q.* σφόδρα, Valde, Magnopere. "Ελληνας μεγάλως αἰτίους γενέσθαι, i. 4. *a.* προσπταίσας μεγάλως, i. 16. *f.* ἐτίμησαν αὐτὸν μεγάλως, i. 30. *extr.* ii. 29. *f.* 75. *f.* μεγάλως αὐξηθῆναι, i. 58. *extr.* τῷ πεποιημένῳ ἔκαμνον μεγάλως, i. 118. *m.* μεγάλως (αὐτὸν) ἀσπάζοντο, i. 122. *a.* (*conf.* 'Ασπαζ.) ἐναγίζουσί σφι μεγάλως, Magnifice, Studiose, Magno cum adparatu parentant illis; i. 167. *m.* εὐθηνέειν μεγάλως, ii. 124. *a.* ἐμάνη μεγάλως, iii. 38. *a.* σεβομένους μεγ. iii. 128. *m.* μεγάλως χρηστὴ, vii. 190. *a.* μεγ. μηδίζειν, vii. 205. *f. Sic, ubi nunc, præeuntibus msstis omnibus, legitur* ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα, ix. 17. *a. ibidem olim* μεγάλως *pro* σφόδρα *editum erat; at ibi* σφόδρα *ad sequens* οὐκ ἑκόντες, *non ad* μεγάλως *videtur referendum.*

Μεγαλωστὶ, *i. q.* μεγάλως; *quod vide.* μεγαλωστὶ προσέπταισε, Gravem cladem accepit, ii. 161. *m.* μεγαλωστὶ τιμᾶν, v. 67. *f.* ὑπεδέξατο αὐτὸν μεγαλωστὶ, Magnifice eum excepit, vi. 70. *m. f.*

Μέγαρον, ου, τὸ, *quod apud Homerum* Domum, Ædem *quamlibet significat, apud*

Nostrum non nisi de Æde sacra *usurpatur, scil.* quam habitare putatur deus aliquis, *ut idem ac νηὸς valeat, quatenus νηὸς vel ναὸς ita distinguitur a τῷ ἱρῷ, ut νηὸς inesse possit ἐν τῷ ἱρῷ, non τὸ ἱρὸν in τῷ νηῷ. (conf.* Ἱρόν.) ὡς ἐσῆλθον ἐς τὸ μέγαρον χρησόμενοι τῷ θεῷ, ἡ Πυθίη λέγει τάδε, i. 47. *m.* τὸν ἱρέα (eumdemque regem) ἐσελθόντα ἐς τὸ μέγαρον, πρὸς τὤγαλμα ἀποδύρεσθαι, ii. 141. *a. m.* ἐσαγαγόντες αὐτὸν ἐς τὸ μέγαρον, ἐὸν μέγα, ii. 143. *a.* αἱ πατρῷαι ταφαί εἰσι ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ἀγχοτάτω τοῦ μεγάρου: *et paulo post,* ἑκαστέρω μὲν τοῦ μεγάρου—ἐστὶ καὶ τοῦτο (τὸ σῆμα) ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ἱροῦ, ii. 169. *f.* ἀντίον τοῦ μεγάρου τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου, vii. 77. *m.* ὑπερθορόντα τὸ ἕρκος, ἰέναι ἐπὶ τὸ μέγαρον, Postquam transsiluisset maceriem, perrexisse ad templum, ivisse versus deæ ædem, vi. 134. *f. ubi non magis, quam alibi, opus est ut cum Valckenario de* Interiore *quodam* templi recessu *cogitemus. Similiter,* ὡς ἐς τὸ μέγαρον ἐσελθόντες ἵζοντο, χρᾷ ἡ Πυθίη, vii. 140. *a. ubi quod Pythia dein ait,* ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, *nihil aliud inde colligitur nisi quod ἄδυτον ibi idem quod μέγαρον aut νηὸς valeat. Conf.* Ἄδυτον.

Μέγας, Magnus, Potens. τὰ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρὰ, i. 5. *f.* πρὶν μεγάλους γενέσθαι τοὺς Πέρσας, *i. e.* πρὶν αὐξηθῆναι τὴν δύναμιν αὐτῶν, i. 46. *a.* μέγας τύραννος ἐγένετο, Potens rex evasit, vii. 156. *extr.* Procerus, Alta statura *homo.* ἄνδρα μεγάθεϊ μέγιστον ἐόντα, vii. 117. *a.* ἔθνος μέγα, Numerosus populus, v. 3. *coll.* iii. 94. *b.* μέγα τι, Magni momenti res, vii. 38. *a.* (*ubi opponitur* ἐλαφρόν.) ἐκ τοῦ σοί τι ἢ μέγα ἢ σμικρὸν λυπηρὸν *etc.* v. 106. *m.*

2. *Neutrum* Μέγα, *et Superlat.* Μέγιστον, *frequenter absolute ponitur absque substantivo. Sic* μέγα *aut* μέγιστον δύνασθαι, Multum, Plurimum posse, *quæ vide in* Δύνασθαι. μέγα *vel* μεγάλα ποιεῖσθαι, Magni facere. μέγα (*al.* μεγάλα) ποιεύμενος ταῦτα, iii. 42. *m. N.* μέγα ποιεῦμαι ἀξιεύμενος θυγατρὸς τῆς σῆς, ix. 111. *m. f.*

3. *Idem Neutrum* Μέγα *frequenter etiam Adverbialiter ponitur pro* Μάλα *aut* Μεγάλως, Valde, Magnopere. ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας, i. 8. *m. pro quo etiam plurali numero ait* μεγάλα βοῶντα, Ingentem edentem clamorem, ii. 141, 4. *a.* μέγα πλούσιος, i. 32. *m.* vii. 190. *f.* μέγα νήπιε, i. 85. *in Orac.* χώρη κάλλεϊ μέγα ὑπερφέρουσα, viii. 144. *a.* οὐκ ἄν τι τοὺς πολεμίους μέγα ἐσινέατο, Nec ulla in re magnopere nocituri fuissent hostibus, vii. 147. *a.*

4. *Comparativus* Μέζων, (*Ion. pro* μείζων) Major, i. 26. *f.* 86. *m.* 183. *a. et frequenter alibi. Sic, ut his utar,* δύο ὁπλίτας μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν, viii. 38. *f.* πρήγματα λόγου μέζω, res fama majores, vii. 147. *a.* (*conf.* Λόγος, *num.* i. 1.) μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν, iii. 14. *f. N.*

5. *Superlativus* Μέγιστος. *Sic* μεγάθεϊ μέγιστος, (*vide in* Μέγαθ.) μέγιστον *vel* μέγιστα δυνάμενος, *vide* Δύνασθαι. ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκειν, *vide* Ἀνήκειν. *Sed formula* ἐς τὰ μέγιστα *etiam Adverbialiter ponitur, pro* Maximopere, Majorem in modum, Omnibus modis, Quam maxime. τοῖσι (*scil.* θεοῖσι) ἡμέας ἀναγκαίως ἔχει τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα. Quos (*deos, et facinora in illos admissa*) necesse nobis est ultum ire quibuscumque modis possumus, viii. 144. *m. Simili notione* πρὸς τὰ μέγιστα *legitur* viii. 20. *extr.* συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα, Gravissimas in calamitates incidere.

Μέδιμνος, ὁ, Medimnus, mensura aridorum. τριηκοσίους ἄλλους μεδίμνους, vii. 187. *m. f. N. Sic et* ἡ μέδιμνος. μεδίμνου Ἀττικῆς πλεῖον, i. 192. *m. N. ubi quidem alii* Ἀττικοῦ. *Ad vocab.* μυρία *subintelligitur genitiv.* μεδίμνων, iii. 91. *m. vide voc.* Μυριάς.

Μεζόνως, *Comparat. a positivo* μεγάλως, Magis. ἔτι μεζόνως, iii. 128. *m.* νῦν δὲ καὶ μεζόνως θωμάζομεν, v. 92. *sub fin.* βῆξαι μεζόνως ἢ ὡς ἐώθεε, vi. 107. *m.* ὁμιλέειν σφι μεζόνως, Familiarius (*quam par erat*) cum eis vixisse, vi. 84. *m. f.* τὴν ἐγὼ μεζόνως — ἀπηγήσομαι, Quam ego (*alibi*) uberius exponam, ii. 161. *m.*

Μεθιέναι, *vide* Μετιέναι.

Μεθύσκεσθαι, Largius potare. μεθυσκόμενοι, Inter potum *deliberare consueverant Persæ de rebus maxime seriis,* i. 133. *m. f.*

Μεὶς, *i. q.* ὁ μὴν, Mensis, ii. 82. *a. Sed in Casibus obliquis* μηνὸς, μηνὶ, *etc.*

Μελάγγαιος χώρη, Nigram terram habens regio, ii. 12. *m. f. ubi olim* μελάγγεον *edebatur. Vicissim, pro edito nunc et olim* μελάγγαιος, iv. 198. *m. codd. nonnulli* μελάγγεος *præferunt.*

Μελεδαίνειν νοσέοντας, Curare ægrotos, Curam illorum habere, viii. 115. *m.*

Μελεδωνὸς, ου, ὁ, *et* ἡ, *i. q.* ἐπιμελητὴς, *et* φροντιστὴς *aut* ἐπίτροπος *ut est apud Suidam,* Curator, Qui curam gerit *alicujus.* μελεδωνοὶ τῆς τροφῆς, constituti sunt crocodilis sacris, ii. 65. *a. m.* τῇ μελεδωνῷ τῶν θηρίων, ibid. *f.* καταλελοίπεε τῶν οἰκίων μελεδωνὸν, iii. 61. *a. qui* ἐπίτροπος τῶν οἰκίων *vocatur,* iii. 63. *m. et* 65. *m.* πλατάνιστος, — τὴν μελεδωνῷ ἀθανάτῳ ἀνδρὶ ἐπιτρέψας, vii. 31. *f.* τῶν χρημάτων μελεδωνὸς, vii. 38. *f.*

Μέλειν, Curæ esse, *quod verbum personale est apud Nostrum, ut apud Home-*

rum, et construitur cum Nominativo ejus rei Quæ alicui curæ est. ταῦτά οἱ νῦν μέλει, Hæc nunc illi sunt curæ, i. 36. *f.* τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἡμῖν ἤδε μελήσει, v. 98. *m.* κομιδῆς πέρι, τὴν ὤρην αὐτῷ μελήσειν, viii. 19. *f.* περὶ στρατιῆς τῆσδε θεοῖσι μελήσει, *intellige* τὰ περὶ τῆς στρατιῆς, *cujusmodi ex ellipsi manavit usus impersonalis hujus verbi.* ἔλεγε, οὐ μέλειν οἱ (*nempe* τοῦτο) ὅτι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ix. 72. *f. Sed et Impersonaliter alibi ponitur idem verbum; ut,* τούτου σφι ἔμελε πέρι, vi. 101. *m.*

Μέλεος, ου, Vanus, Stultus, Miser. ὦ μέλεοι, vii. 140. *a. in Orac.*

Μελετᾶν τι, Studiose aliquid agere, Ex professo hoc agere. οὐ δύναμαι ἀκοῦσαι, τοῦτο μελετῶν, Quamvis studiose id agens ut ex aliquo audirem quid rei esset, iii. 115. *f. cujus de scripturæ sinceritate non suberat causa cur dubitaret Valck.* ἔπεμπον κήρυκα, Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο μελετῶντα, Cæterum hemerodromum, et hoc negotium ex professo exercentem, vi. 105. *a.*

Μελίνη, ης, ἡ, Panicum, *leguminis genus, de quo vide Harpocr. et Suid.* σπείροντες μελίνην καὶ σήσαμον, iii. 117. *m.*

Μέλισσαι (Apes) κατέχουσαι τὰ πέρην τοῦ Ἴστρου, v. 10. *a.*

Μελιτόεσσα, ης, ἡ, (*quæ Attice* μελιτοῦττα) Placenta mellita, viii. 41. *f. N.*

Μέλος, εος, τὸ, 1. Membrum. σφάξας τὸν παῖδα καὶ κατὰ μέλεα (membratim, in frusta) διελὼν, i. 119. *a. m.* 2. Carmen. ἐν μέλεϊ Σαπφὼ πολλὰ κατεκερτόμησέ μιν, ii. 135. *extr.* ταῦτα Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ ποιήσας, v. 95. *m.*

Μέλλειν, In eo esse, In procinctu, *promiscue et inconstanter cum Præs. et cum Futuro infinitivi construunt mssti et edd.* μελλόντων αὐτῶν συνάψειν, iv. 80. *a. m. ubi olim* συνάπτειν *edd.* μελλόντων συνάπτειν μάχην, vi. 108. *m. f. mssti fere omnes, ubi* συνάψειν *olim edd.* (*nam pro eo quod in nostra Var. Lect. ad h. l. scribitur* "Alii δέ σφεων συνάπτειν," *debuerat* "Alii δέ σφεων συνάψειν." *Illi autem* Alii *sunt* Ald. et edd. ante Gronov.) μέλλει στρατηλατήσειν, vii. 157. *a. ubi* στρατηλατέειν *olim edd. Sed in* μελλόντων συνάψειν ἐς μάχην, v. 75. *a. consentiunt edd. et mss. omnes. Pro* ἔμελλον ποιήσεσθαι, viii. 40. *m. codices nonnulli, probati alioquin,* ποιήσασθαι *præferunt.*

Μεμονέναι, *vide in* Μένειν.

Μεμπτὸς, ἡ, ὸν, Reprehendendus, Damnandus, Aspernandus. κοτερά τοι ὁ πεζὸς μεμπτὸς κατὰ τὸ πλῆθος, vii. 48. *a.*

Μέμφεσθαι, (*Med. et Passiv.*) Reprehendere, Incusare, Conqueri, Improbare, Aspernari, Damnare, *et similia. Constr. cum Accusat. personæ vel rei.* μεμφόμενος τὴν γνώμην ταύτην, i. 207. *a.* μεμψάμενον γνώμας τὰς προκειμένας, ii. 24. *a.* μεμφθεὶς τῶν στρατηγῶν τὴν γνώμην, vii. 146. *a.* μεμφθεὶς τὰ δῶρα, ii. 13. *f.* μὴ μέμψασθαι τὴν ἐσομένην δίκην, Non conqueri de futura pœna, *tamquam sit injusta,* viii. 106. *m. f.* μεμφόμενος Ἄμασιν, Incusans Amasin, Causam habens cur de eo conquereretur, Succensens, Infensus Amasidi. μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στράτευμα, Accusans, Improbans, Damnans copias suas quod ad numerum adtinet, *id est,* Culpam acceptæ cladis et non reportatæ victoriæ conferens in paucitatem suarum copiarum, i. 77. *a. et mox ibid.* τοῦτο μεμφθείς. *Conf.* Πλῆθος, *et* Μεμπτός.

Item cum Dativo pers. sequente Accusativo rei aut seq. particula ὅτι *etc.* μεμφόμενός τι Ἀμάσι, (*i. q. paulo ante,* μεμφόμενος Ἄμασιν,) iii. 4. *a.* μεμφθεῖσά τι τῷ πατρὶ, Succensens nescio quam ob causam patri, Habens quod de patre conquereretur, iv. 180. *f.* μεμφόμενος αὐτοῖς τὴν ἑωυτοῦ ἐξέλασιν, vi. 88. *a.* μεμφόμενοι αὐτοῖς ὅτι *etc.* vi. 92. *a.*

Μὲν, 1. Quidem. τοῦτο μὲν—τοῦτο δὲ, *vide in* Τοῦτο. μὲν *partic. in eodem membro orationis repetita:* διὰ μέν γε τῆς Σκυθικῆς πέντε μὲν *etc.* iv. 48. *a. m. quem locum quidem vitiosum judicarunt docti viri. Similiter vero,* ἔπιπτον μὲν ἐπὶ ἓξ ἡμέρας πολλοὶ μὲν ἀμφοτέρων *olim edebatur* vi. 101. *m. suffragantibus probis nonnullis codd. msstis. Conf. Dorville ad Charit. p. 543. ed. Lips.*

2. Μὲν *in Jurandi formulis* (ἦ μὲν *et* μὴ μὲν) *Ionice ponitur pro communi et Attico* μὴν, *quo de usu monuit etiam Gregor. in Dial. Ion.* §. 62. *et ibi Kæn. Sic* ἦ μὲν, v. 93. *a.* vi. 74. *a. m.* iv. 154. *m. f.* ix. 91. *f. quibus quidem in locis singulis* μὴν *pro* μὲν *præferunt partim edd. partim mssti nonnulli: nec vero idcirco Valck. in Not. ad* iii. 99. *adfirmare debuerat,* ἦ μὴν *in jurandis frequentare etiam Herodotum.* μὴ μὲν *habes* ii. 118. *m. N.* iii. 99. *m. ubi alia etiam testimonia collegit Valck. ex* ii. 179. *m.* iii. 66. *f.* v. 106. *f. Etiam* γε μὲν *passim scribitur apud Nostrum pro* γε μήν. *Vide* vii. 152. *m. f. et* 234. *f. cum Var. Lect.*

Μένειν, 1. Manere. *Sic* μ. κατὰ χώρην, Suo loco manere; *et per metaphor. de* Jurejurando, Firmum, Ratum manere, iv. 201. *m. et f.* σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ, viii. 62. *m. potest esse Futurum. At* ὥστε αὐτοῦ μενέειν, viii. 57. *extr. videtur esse Præsens, alias inusitatum, unde derivatur præt.* μεμένηκα.

2. *Præt. Med.* μέμονα, *usu Homerico,* Sustineo, Constitutum habeo, Cupio. Σκύθας μεμονέναι μιν τίσασθαι, vi. 84. *a. m.*

Μέρος, εος, τὸ, Pars, Partes, Vices. ἐπεί τε αὐτῆς μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος, παρὰ τὸν Μάγον, iii. 69. *f. N.* μέρος ἑκατέρῳ νέμω, Utrique rei suas vices tribuo, ii. 173. *f. et* ibid. *paulo ante*, ἐς παιγνίην τὸ μέρος (*i. e.* κατὰ τὸ μέρος, ἐν μέρει) ἑωυτὸν ἀνιέναι, Per vices sese remittere et jocis dare. ἐν μέρει (*sive* μέρεϊ) ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων, i. 26. *f.* κατὰ ἔθνεα κεκοσμημένοι, ἐν μέρεϊ (sua quique vice) ἐμάχοντο, vii. 212. *b. N.*

Μέρος *vel* μοῖρα *cum alibi passim subintelligitur, tum ad verbum* μέτεστι *et* μέτα *quæ vide.*

Μεσαμβρίη, ης, ἡ, (*Ion. pro* μεσημβρία) Meridies; *nempe* 1. Medius dies, iv. 181. *m. f.* μεσαμβρίης, *et* τῇ μεσαμβρίῃ, Medio die, Meridiano tempore, iii. 104. *a. et m.* (*Conf.* Μεσοῦν.) ἀποκλιναμένης τῆς μεσαμβρίης, Postquam de medio cœlo declinavit sol, iii. 104. *f.* 2. Plaga meridionalis, i. 6. *a.* 142. *m.* ii. 8. *a. et frequenter alibi.*

Μεσόγαια, ης, ἡ, Mediterranea loca. οἰκοῦντες μεσόγαιαν, i. 175. *a.* ἐς τὴν μεσόγαιαν, Versus Interiora regionis, ii. 7. *a.* 9. *b. Mira constructio est* ix. 89. *f.* τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ, Per mediterranea viam carpens.

Μέσος, η, ον, Medius, Mediocris. μέσος ἀνὴρ, i. 107. *extr. est* Mediocris fortunæ et ordinis vir. ἁρπάζει μέσον, Medium illum corripuit, ix. 107. *m.* ποταμὸς μέσον σχίζων τὸν Αἶμον, iv. 49. *a. m. N.* Νεῖλος μέσην Αἴγυπτον σχίζων, ii. 17. *m.* μέσσης, *pro* μέσης, vii. 140. *a. in Orac.* ἐν τῇ ὁδῷ μέσῃ, iii. 76. *a. interpretantur* In medio itineris, *id est*, Dimidium viæ progressi; *Videndum vero ne ibi* ἡ ὁδὸς μέση *dicatur* Via quæ per mediam urbem ducit; *itaque mox subjicitur*, ἐκστάντες τῆς ὁδοῦ.

Neutr. Μέσον, *et substantive*, τὸ Μέσον, Medium, In medio positum, Id quod interest. οἱ δὲ εἶπον πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον, Multum inter illa (inter utrumque, inter utramque conditionem) interesse, i. 126. *m. f.* τῆς θοίνης ποιηθείσης ἦν πολλὸν τὸ μέσον, Inter hoc epulum paratum, (*intellige*, et inter alterum) interesse multum, ix. 82. *m. N.* τὰ γὰρ μέσον οὐδὲν τῆς ἔχθρης ἐστὶ, Inter has inimicitias nihil in medio positum est, *nempe*, Nulla pacis conditio esse potest; Aut illi nos subigent, aut nobis in servitutem redigendi sunt, vii. 11. *f.*

Notanda formula, ἐκ τοῦ μέσου κατῆσθαι *vel* ἕζεσθαι, E medio aliorum discedere et seorsim sedere; *id est*, Rebus aliorum se non immiscere; Neutrarum esse partium, iii. 83. *f.* iv. 118. *a.* viii. 73. *f. Et cum Dativo personæ*, ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἕζεσθε, Rebus nostris non immiscete vos, Neutrarum estote partium, viii. 22. *m. N. Nota altera formula*, ἐς μέσον *vel* ἐς τὸ μέσον, *ut* γνώμην—ἐς μέσον φέρω, iv. 97. *f.* τὸ λεγόμενον ἐς τὸ μέσον, vi. 129. *a.*

Μεσοῦν, Medium esse, In medio esse. μεσοῦσα δὲ ἡ ἡμέρη, (*participium absolute positum*) Quando medius est dies, Medio die, iii. 104. *m. f. Cum Genit.* μεσοῦντι δέ κου τῆς ἀναβάσιος, *id est*, ἐν μέσῳ ἐόντι τῆς ἀναβάσιος, *vel* ἐν μέσῃ ἐόντι τῇ ἀναβάσι, Ubi quis in medio fere adscensu est, iv. 181. *m.*

Μετὰ *præpos. sequente Genitivo*, Cum, *apud Nostrum ut apud alios.*

μετὰ *cum Accusat.* 1. Post, *sive quod ad Tempus spectat, sive respectu Loci aut Ordinis. Ita fit, ut* μετὰ *interdum reddi possit* Præter. ποταμὸς μέγιστος μετὰ Ἴστρον, Post, Præter Istrum, iv. 53. *a.* ἔσχατοι—μετὰ Κύνητας οἰκέουσι, Extremi—habitant post Cynesios, *vel* Exceptis Cynesiis, iv. 49. *f.*

2. In, *ut* μετὰ χεῖρας ἔχειν, In manibus habere, Occupatum esse in aliqua re, vii. 16, 2. *f.* μετ' ἡμέρην, *i. q.* καθ' ἡμέραν, In die, *i. e.* Interdiu; *cui opponitur* νυκτὸς, Noctu, i. 150. *f.*

3. *Ubi de Tempore agitur, frequenter omittitur Accusativus, ut nudum* μετὰ δὲ *idem valeat ac* μετὰ ταῦτα δέ. *Sic* i. 128. *m.* 171. *m. f. N.* v. 24. *a. N. etc.*

4. *De significatu præpositionis* Μετὰ *in verbo* Μετεῖναι (*a præs.* εἶμι, Eo,) *et similibus, vide Not. ad* iii. 19. *a.*

5. *In verbis compositis sejungi etiam per Tmesin potest præpos.* μετὰ *a suo verbo; ut*, μετὰ δὴ βουλεύεαι, *pro* μεταβουλεύεαι δὴ, vii. 12. *m.*

Μέτα, *retracto accentu, pro* μέτεστι. οὐδὲν ἐμοὶ τούτων μέτα, Nihil horum ad me pertinet, i. 88. *f.* τούτοισι μὲν δὴ μέτεστι, (*scil.* μέρος *vel* μοῖρα τοῦ ἱροῦ) τούτοισι δὲ οὐ μέτα, i. 171. *extr.* μοῖρα μοι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα, vii. 157. *m.*

Μεταβαίνειν, Locum mutare, E loco in locum transire, Migrare. μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, i. 57. *f.* μεταβάντες ἐς τὴν Ἀσίην.

Μεταβάλλειν, 1. *Activa notione*, Mutare. τὸ οὔνομα μετέβαλε, i. 57. *m.* vii. 62. *a.* 74. *a.* μετέβαλον τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων, v. 58. *a.* οἱ Βρίγες τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας, vii. 73. *a.* Ζάγκλην τὴν ἐς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τοὔνομα, vii. 164. *m.* τὰς φυλὰς μετέβαλε ἐς ἄλλα οὐνόματα, v. 68. *a.* ὕδατα μεταβάλλοντες, viii. 117. *b.*

2. Μεταβάλλειν, *Reciproca aut Passiva notione*, Sese mutare, Mutari. μετέβαλον ὧδε ἐς εὐνομίην, i. 65. *a. m.* μεταβαλόντες εὐνομήθησαν, i. 66. *a.* μεταβαλὼν πρὸς Ἀθηναίους, Mutato consilio ad Athe-

nienses se convertens, viii. 109. *a. N.* (*ubi delendum incisum, quod temere in nostram ed. irrepsit.*) *Similiter commode olim* vi. 75. *a. editum erat* μετέβαλλόν τε (mutarunt consilium) καὶ ἀπαλλάσσοντο, *ubi ex scholio natum videri poterat id quod ex complurium quidem codicum consensu postea receptum est*, μετεβάλλοντό τε. *Vide ibi Not. Rursus*, μεταβαλόντας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν γενέσθαι Ἰήπυγας, vii. 170. *m. ubi quidem* τοὔνομα μεταβαλόντας *malles.*

Μεταβολὴ, ῆς, ἡ, Mutatio. ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας, Ex quo in Hellenum nomen transiit *hic populus*, i. 57. *f.* (*ubi Portus quidem de* Loci mutatione *et* Migratione *intelligit; sed vide locos paullo ante in* Μεταβάλλειν *citatos.*) ἡ μεταβολὴ *dicitur* Mutatio illa, *qua solis lumen medio die deficit*, i. 74. *m.* αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων, in quibus maxime grassari solere morbos *ait Noster* ii. 77. *m. non tam intelliguntur quas vulgo dicimus* Vicissitudines temporum, *quam* Mutationes (*præsertim subitæ*) cœli et tempestatis.

Μεταβουλεύεσθαι, Consilium *vel* Sententiam mutare. οὔτε μεταβουλευσάμενος εὖ ποιέεις, vii. 12. *f.* μεταβουλεύσασθαι, ὥστε αὐτοῦ μενέειν, viii. 57. *extr.* μετὰ δὴ βουλεύεαι στράτευμα μὴ ἄγειν, vii. 12. *m. cum Var. Lect. et Not. nempe subintelligitur* καὶ βουλεύεαι μὴ ἄγειν.

Μεταγινώσκειν, Mutare sententiam. *Absolute ponitur* μεταγινώσκω, i. 40. *extr. Sic* μεταγνόντα τε καὶ ἐννώσαντα, i. 86. *f. Item* μετέγνων, ἔγνων δὲ *etc.* vii. 15. *a. et mox*, καὶ μετεγνωκότι ἐπιφοιτῶν, ibid. *m.*

Μετάγνωσις, ιος, ἡ, Sententiæ mutatio. μαθὼν τὴν Κύρου μετάγνωσιν, i. 87. *a.*

Μεταδιδόναι, Impertire, Participem facere. *Cum Dat. pers. et Genit. rei.* μεταδοῦναι αὐτοῦ μηδαμοῖσι ἄλλοισι, i. 143. *f.* γῆς μετέδοσαν, *nempe* αὐτοῖς, iv. 145. *f.* οὐ μεταδώσουσι (αὐτοῖς) τῆς ἀρχῆς, vii. 150. *f.* τῶν πάντων (αὐτῷ) μεταδιδόντες, ix. 33. *m. f. Subintelligi autem ad Genitivum rei Accusativum* μέρος *vel* μοῖραν, *patet ex exemplis hujusmodi; ut* ἢν μὴ τῷ ἀδελφεῷ δώσουσι τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης, ix. 34. *f. Conf.* Μετέχειν.

Μεταδιώκειν, Persequi. μεταδιώκει (αὐτὸν), τῶν εὐνούχων τὸν πιστότατον ἀποστείλας κατ᾽ αὐτὸν, iii. 4. *m.* μεταδιώξαντας τὸν κήρυκα, iii. 62. *f.*

Μεταδίωκτος γενόμενος ὁ κήρυξ ἧκε, Advenit præco, ad quem persequendum et excipiendum missi erant homines, iii. 63. *a.*

Μεταδοκέειν, *nonnisi impersonaliter usurpatur apud Nostrum.* ἐπεί τε οὕτω μετέδοξε, *scil.* ἐμοὶ, Quoniam in hanc partem mutavi sententiam, iv. 98. *extr.* δείσασα μή σφι μεταδόξῃ, Verita ne mutarent illi consilium, v. 92, 4. *a. Etiam in Præt. pass.* ὡς ὧν μεταδεδογμένον μοι μὴ στρατεύεσθαι, vii. 13. *f. ubi de particula negante vide supra in* Μεταβουλεύεσθαι, *et conf. Not. ad* vii. 12. *m.*

Μεταιτέειν, Partem rei postulare. τῆς βασιληΐης μεταιτέοντες, iv. 146. *a. Ad* μεταιτέειν, vii. 150. *f. e proxime præcedentibus verbis intellige* τῆς ἀρχῆς: *et ibidem, paulo ante, ubi ait* οὐδὲν ἐπαγγελλόμενος μεταιτέειν, *aut intelligendum aut adjiciendum est* μεταιτέειν οὐδενός. *Vide Adnotata ad h. l. sed ibi pro* οὐδὲν μεταιτ. *corrige* οὐδενὸς μεταιτέειν. *De Genitivo vero, cum quo construitur hoc verbum, conf. supra ad voc.* Μεταδιδόναι *monita.*

Μεταίτιος, Culpæ particeps, In causa. τοὺς μάλιστα μεταιτίους τοῦ φόνου, ii. 100. *f.* iv. 202. *f.* τῶν πᾶν ἦν τὸ πλῆθος μεταίτιον, iv. 100. *a.* οὐκ ἐόντα μεταίτιον τοῦ πολέμου, vii. 156. *m.* ὥς μοι Πέρσαι οὐδενὸς μεταίτιοι πάθεος, viii. 101. *m.* τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους, ix. 88. *a.*

Μεταίχμιον, ου, τὸ, Spatium inter duas acies patens. μεταίχμιον οὐ μέγα ἀπολιπόντες, vi. 77. *a.* ἦσαν στάδιοι τὸ μεταίχμιον αὐτέων ὀκτὼ, vi. 112. *a.* ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τὴν γῆν κεκτημένοι, Terram incolentes, quæ præ cæteris velut inter duas acies media interjecta est, viii. 140, 2. *f. N.*

Μετακινέειν, Loco movere, Alio transferre. μετεκινήθησαν οὗτοι (οἱ κρητῆρες), i. 51. *a.* ἵνα μιν οἱ πολέμιοι μετακινῆσαι μὴ δυναίατο, ix. 74. *m.* μετακινέεσθαι ἐδόκεε (αὐτοῖς), Hinc discedere et alio se conferre decreverunt, ix. 51. *m.*

Μεταλαμβάνειν, Participem esse, Partem suam accipere. τῆς ληΐης μεταλαμβάνει, iv. 64. *a.* τῶν ἐπίπλων τὰ ἡμίσεα μεταλαβεῖν, vi. 23. *f.* (*ubi olim nude* λαβεῖν.)

Med. Μεταλαμβάνεσθαι τινὸς, Sibi aliquid sumere, Sibi vindicare. τούτου μεταλαμβάνονται τοῦ ὀνόματος Λυδοὶ, iv. 45. *m.*

Μεταλλαγὴ, ῆς, ἡ, Mutatio, *i. q.* μεταβολὴ, i. 74. *m.*

Μεταλλάσσειν, Mutare. οὔτε θέσμια μεταλλάξας, i. 59. *f.*

Μέταλλον, τὸ, Metalli fodina. τὸ μέταλλον ἐξ οὗ τάλαντον ἀργυρίου ἡμέρης ἑκάστης ἐφοίτα, v. 17. *f.* χρύσεα μέταλλα, Aurifodinæ, vi. 46. *m. et* 47. vii. 112. *f. Memoratur vero etiam* ἁλὸς μέταλλον, Salis fodina, iv. 185.

Μεταμανθάνειν, Dediscere. τὴν γλῶσσαν μετέμαθε, i. 57. *f.*

Μεταμέλεια, (*sive* Μεταμελίη,) ης, ἡ, Pœnitentia. ἐν μεταμελείῃ, (*al.* μεταμελίῃ)

γενόμενοι, *Vit. Hom.* 19. *f. cum Var. Lect.*

Μεταμέλειν, Pœnitere. *Cum Nominat. rei et Dat. pers.* (*sicut simplex verbum* μέλει.) τῷ Ἀρίστωνι μετέμελε τὸ εἰρημένον, Pœnituit eum dicti illius, vi. 63. *m. f.* τοῖσι τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα μετέμελε οὐδὲν, ix. 1. *a. Sed et frequenter Constructione hujusmodi:* μετεμέλησέ σφι ταῦτα ποιήσασι, i. 130. *a.* μετεμέλησέ σφι οὐ σχοῦσι τὴν Κυρήνην, iv. 203. *m.* μετεμέλησέ οἱ τὸν Ἑλλήσποντον μαστιγώσαντι, vii. 54. *f.* οὐ γὰρ ὑμῖν ταῦτα ποιεῦσι μεταμελήσει, ix. 89. *f.*

Μετανάστης, ὁ, (*Homericum vocab. a verbo* νάειν, ναίειν.) *i. q.* μέτοικος, Qui sedem mutat vel mutavit, In aliam sedem migrans, Solum vertens. μοῦνοι ἐόντες οὐ μετανάσται τῶν Ἑλλήνων, vii. 161. *f.*

Μεταξὺ, 1. *cum Genit.* Inter, Medius inter duo. σκευὴν μεταξὺ ἔχουσι πεποιημένην τῆς τε Περσικῆς καὶ τῆς Πακτυϊκῆς, vii. 85. *a.* 2. Μεταξὺ *absolute absque regimine positum,* Interim, Interea. οἴχετο μεταξὺ ἀπολιπὼν ὁ Βάττος, iv. 155. *f. et ibi Not. Sed rectius, quam ibi declaratum est,* μεταξὺ θεσπιζεούσης αὐτῆς, Dum Pythia adhuc verba faciebat, (*quasi dicas,* In medio orationis illius) reliquit eam, et Theram rediit.

Μεταπέμπεσθαι, Arcessere, Mittere ad aliquem nuncium qui illum ad se vocet. μεταπέμπεται τὸν Ἄδρηστον, i. 41. *a.* μεταπεμψάμενον Βαβυλωνίους, i. 77. *a. m.* μετεπέμψατο ἐκ τῶν Περσέων τὴν θυγατέρα, i. 108. *a.* Ἀρτεμισίην ἐς συμβουλίην μεταπέμψασθαι, viii. 101. *a. Adde* i. 111. *a.* iii. 19. *a.* vi. 100. *a.* ix. 82. *m.*

Adjectiv. verbale, sive Participium, Μετάπεμπτος, Arcessitus, Vocatus. παρῆσαν μετάπεμπτοι οἱ ταξίαρχοι, viii. 67. *m.*

Μεταπίπτειν, Mutari, *non utique in pejus, sed et in melius. Sic* μεταπεσέειν (αὐτὴν) τὸ εἶδος, Mutatam illam esse quod ad formam adtinet, Mutatam (*nempe,* in meliorem partem) fuisse formam puellæ, vi. 61. *f.*

Μεταῤῥυθμίζειν, Immutare tenorem *vel* ordinem *aut* formam. μεταῤῥυθμίσαντές σφεων (*nempe* τῶν γραμμάτων) ὀλίγα, v. 58. *m. ubi paulo ante, de eadem re,* μετέβαλον τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων. *Vide ibi Not.*

Μετάρσιος, *i. q.* μετέωρος, Sublimis, In alto stans. ὅσας δὲ τῶν νεῶν μεταρσίας ἔλαβε ὁ ἄνεμος, Quotquot naves In alto stantes (Altum tenentes) nactus est ventus, vii. 188. *f. ubi quod* μεταρσίας *Latine* obliquas *reddidi, id dormitanti mihi excidit, quum vocab.* ἐπικαρσίας *in animo haberem.*

Μεταρσιοῦν, In altum tollere. νέφος (κονιορτοῦ) μεταρσιωθὲν, viii. 65. *f.*

Μεταστῆσαι *vide voc.* Μετιστάναι.

Μετατιθέναι, Mutare. ἐπὶ ὑὸς καὶ ὄνου τὰς ἐπωνυμίας (τῶν φυλῶν) μετατιθεὶς, Nomina tribuum mutans, et a sue et ab asino nomina illis imponens, v. 68. *a.*

Med. τὴν γνώμην μετατίθεμαι, Sententiam meam muto, vii. 18. *m. f.*

Μεταυτίκα, Statim post hoc, Continuo deinde, v. 112. *a.*

Μεταφορέειν, *i. q.* μεταφέρειν, Transferre. τοὺς νεκροὺς μετεφόρεε ἐς ἄλλον χῶρον, i. 64. *f.*

Μεταχειρίζειν, In manibus habere, Manibus tractare, Administrare. λόγον δώσεις τῶν μετεχείρισας χρημάτων, iii. 142. *extr.*

Μετεῖναι τινὶ, (*ex* εἰμὶ, Sum,) Esse alicui *vel* alicujus, Pertinere ad aliquem. τοῦ τούτοισι μὲν μέτεστι,—τούτοισι δὲ οὐ μέτα, i. 171. *etc.* (*conf.* Μέτα.) ὁκόσον μοι μέρος (τῆς γῆς τῆσδε) μετῆν, vi. 107. *f. Participium:* οὐδὲν μᾶλλον Αἰολεῦσι μετεὸν τῆς χώρης, ἢ οὐ καὶ τοῖσι ἄλλοισι, v. 94. *f.*

Μετεῖναι *vel* Μετιέναι τινὰ, (*ex* εἶμι, Eo,) *quasi dicas,* Ire post aliquem; *nempe* 1. Ire ad aliquem arcessendum aut adducendum. ἐν ᾧ δὲ τούτους μετῇσαν, *sive* (*Ionica magis forma*) μετήϊσαν, iii. 19. *a. N.* (*nempe* τούτους, οὓς μετεπέμπετο Καμβύσης). τὸν παῖδα εὗρον οἱ μετιόντες, Qui ad illum liberandum adducendumque missi erant, iii. 15. *a.* ἐπάγειν ἐκέλευε τὸν Ἆπιν· οἱ δὲ μετήϊσαν ἄξοντες (αὐτὸν), iii. 28. *a.* καταίνεον μετιόντες, *nempe* αὐτὸν, Arcessiverunt, Vocarunt eum, et in conditionem consenserunt, ix. 33. *f.*

2. Μετεῖναι *etiam, ut Latinum* Prosequi, *usurpatur; nempe* Prosequi *honore et cultu.* θυσίῃσί σφεας (τοὺς ἀνέμους) μετήϊσαν, Sacrificiis Ventos prosecuti sunt, coluerunt, placarunt, vii. 178. *f.*

Μετεκβαίνειν, Transscendere, Exire et alio intrare. μετεκβαίνεσκε ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν, vii. 41. *a.*

Μετεξέτεροι, *Ionica vox, pro communi* ἔνιοι, τινὲς, Nonnulli, Aliqui, Alii. *Vide Gregor. Dial. Ion.* §. 91. (*ibique Kœn.*) *et Erotian. Gloss. Hippocr.* ὡς Περσέων μετεξέτεροι λέγουσι, i. 95 *a.* μετεξέτεροι αὐτῶν οἱ μὲν—οἱ δὲ *etc.* Alii illorum—, alii vero *etc.* i. 63. *a.* τὰς μετεξέτεροι κρόσσας, οἱ δὲ βωμίδας ὀνομάζουσι, *a.* ii. 125. *a.* τὴν δὴ μετεξέτεροι φασὶ *etc.* ii. 134. *a.* ἐς Ἑλλήνων μετεξετέρους, ii. 178. *a.* τῶν θεῶν μετεξετέροισι προσκέαται ἡ τέχνη (ἡ μαντικὴ), ii. 83. *a.* κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους, οὐκ ἔχω μετεξετέρους εἶπαι ὡς ἕκαστοι ἠγωνίζοντο, Ad reliquos quod adtinet, de eorum nonnullis dicere non possum, quo pacto quique pugnaverint; viii. 87. *a.*

Fœm. μετεξέτεραι, i. 99. *f.*

Pro ἔνιοι, *quod* vii. 84. *f. consentientibus libris fere omnibus editum erat, primus Wess. ex uno cod. Arch., in quo* μετεξέτε-

ροι ἔνιοι *scribitur, prius vocab. ut unice verum recepit.*

Μετεὸν *vide in* Μετεῖναι *ex* εἰμί.

Μετέπειτα, *i. q.* μετὰ ταῦτα, *aut* ἔπειτα, Deinde, Posthæc, Interjecto tempore, i. 25. *a.* vii. 7. *f. Pro* μετὰ δὲ, *quod* vii. 197. *a. vulgo edebatur,* μετέπειτα δὲ *ex complurium librorum consensu recepi.*

Μετέρχεσθαί τινα, Adire, Adgredi, Prosequi aliquem; 1. Verbis, *præsertim* minacibus. ἡ Πυθίη μετέρχεται αὐτὸν τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι, vi. 86, 3. 2. Precibus, *i. q.* ἱκετεύω. ἐγώ σε μετέρχομαι (πρὸς) τῶν θεῶν, vi. 68. *m. f. N.* ἐπεί τε με λιτῇσι μετέρχεαι, vi. 69. *a.* 3. Officiis, Cultu, Honore. τὸν χρυσὸν τὸν ἱρὸν θυσίῃσι μεγάλῃσι ἱλασκόμενοι μετέρχονται, iv. 7. *m. N.* (*conf.* Μετεῖναι *vel* Μετιέναι *ab* εἶμι, Eo, *num.* 2.) 4. Pœnis, *adeoque* Persequi hostili animo. κραιπνὸς μετέρχεται, vi. 86, 3. *in Orac.* Ὀροίτεα Πολυκράτεος τίσιες μετῆλθον, iii. 126. *a.*

Μετέχειν, Participare, Participem esse. ἐδεήθησαν οὐδαμοὶ μετασχεῖν (τοῦ ἱροῦ), i. 143. *f.* (*cf.* Μεταδιδόναι.) τοῦ πεδίου οὐκ ἐλαχίστην μοίρην μετέχουσι, i. 204. *a.* μοῖραν τιμέων μετέχοντες, iv. 145. *f.* μετεσχήκατε τῆς ὕβριος, iii. 80. *a.* ἐστὶ τοῦτο τοῦ θεοῦ τι μετέχον, Inest in hac re divini quidpiam, vii. 16, 3. *a. Est etiam ubi* Μετέχειν *pro simpl.* ἔχειν *vel* κατέχειν *ponitur,* Habere, Tenere, Obtinere. ὁκόσον μέρος μοι μετῆν, ὁ ὁδὼν μετέχει, vi. 107. *extr. nisi prorsus* κατέχει *ibi scriptum oportuit. Conf.* Μετίσχειν.

[Μετεωρίζεσθαι *præferunt codd. nonnulli* ii. 115. *f. N. ubi rectius vulgatum* μετορμίζεσθαι.]

Μετέωρος, Altus, Sublimis; *et omnino,* Quidquid est supra terræ solum. *Sic in descriptione* Labyrinthi, ii. 148. *a. distinguuntur* τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων *et* τὰ ὑπόγαια.

Μετιέναι, *ab* εἶμι, Eo, *vide in* Μετεῖναι.

Μετιέναι, (*Ion. pro* μεθιέναι) *a præs.* μεθίημι.

1. *cum Accusat. Personæ constructum, significat* Dimittere, Missum facere: *nonnunquam adjicitur* ἰέναι, Ire; *ubi* μετίημι *reddi potest* Sino, Permitto tibi, *ut* μετίημί σε ἰέναι ἐπὶ τὴν ἄγρην, i. 40. *et in Imperat.* ἐμὲ μέθες ἰέναι ἐπὶ τὴν θήρην, i. 37. *f. ubi* μέθες *per* θ *literam, sicut et* i. 39. *f. tenent libri omnes, excepta ed. Schæf. Alibi nudus est Accusativus; ut* μετιέναι Μιλτιάδεα, Dimittere Miltiadem, *nempe* e vinculis, vi. 37. *m. et* λύσαντες μετῆκαν Μιλτιάδεα, ibid. *f.* μετεῖναι (*aor.* 2.) τὸν Κῦρον, i. 128. *m.* οὐδαμῇ μετιέντα αὐτὸν, Nusquam prodire sinentem illum, i. 24. *m. f.* ταύτην με (τὴν γυναῖκα) μετέντα, θυγατέρα τὴν σεωυτοῦ γῆμαι, Vis me hanc dimittere (missam facere) uxorem, ix. 111. *m. Semel reperitur Accusativo personæ (subintellecto certe) adjectus Genitivus rei:* μετίεσαν (*subintellige* αὐτὸν) τῆς χρησμοσύνης, (*scil.* ἕνεκα,) Missum fecerunt hominem cum sua vaticinandi opera; *proprie,* quod ad operam ejus, tamquam vatis (*quam conducere voluerant*) adtinet, ix. 33. *f. N.*

Hinc in Passivo, Dimitti. οὐ γὰρ μετίετο (ἐμετίετο *cod. Med.*) ὁ Γύγης, Non dimittebatur, Non erat ei abeundi potestas, i. 12. *a.* ἐπεί τε μετείθη (*al.* ἐμετείθη), Postquam dimissus est, i. 114. *m. f.* μεμετιμένοι (*præt. perf. pro* μεθειμένοι) ὑπὸ Δαρείου, v. 108. *a.* (*coll.* 107. *f.*) vi. 1. *a.* μεμετιμένοι (*unus cod.* μεμετειμένοι) ἐκ τοῦ στρατοπέδου, vii. 229. *a.*

Item Fut. med. Ionico more, Passiva notione. εἶχε ἐλπίδας μετήσεσθαι ἐπὶ θάλασσαν, v. 35. *extr.* (*conf. Not. ad* v. 35, 5. *et* vi. 11, 13.)

2. Μετιέναι *cum Accus. Rei constructum, significat*

a. Omittere, Negligere, Seponere, *et similia.* τὰ παρεόντα ἀγαθὰ μετεὶς, i. 33. *extr.* μετιέντες τὰς νομὰς νέμεσθαι, *Equi* Omittentes, Negligentes depasci *consueta* pascua, i. 78. *a.* μετιεῖσι, *nempe* τὸ βεβουλευμένον, Omittunt, Negligunt, Abjiciunt consilium quod ante placuerat, i. 123. *f.* τοὶ μετιέντι τὸν ἐπ' Ἕλληνας στόλον, Omittenti tibi expeditionem adv. Græcos, Abjicienti consilium illius suscipiendæ, vii. 16, 2. *a.* ἡ πρότερον γνώμη ἀποδεχθεῖσα μετείσθω μοι, iv. 98. *a.* τὰ τόξα μετιέντες, Omissis, Sepositis arcubus et telis, *nempe, Gladiis et hastis nunc utentes,* ix. 62. *a. m.*

b. Deponere, Demittere. μετιέναι τὴν ἀρχὴν, Deponere imperium, iii. 143. *a.* Venator crocodilorum tergum porci μετίει ἐς μέσον τὸν ποταμὸν, Deponit, Dimittit in medium flumen, ii. 70. *a. et paulo ante,* μετήσει τὴν ἀρχὴν, ibid. μετῆκάν οἱ τὰς αἰχμὰς, Submiserunt ei, (*sive* Deposuerunt coram illo) hastas suas, iii. 128. *f. N.*

c. Emittere, Edere *Vocem:* Περσίδα γλῶσσαν μετεὶς, vi. 29. *extr.* (*conf.* Ἱέναι.) *Lacrymas:* μετιέναι πολλὰ τῶν δακρύων, ix. 16. *m. Germen vel Surculum,* ἡ πίτυς ἀποκοπεῖσα βλαστὸν οὐδένα μετίει, vi. 37. *f.*

d. Remittere, Condonare, *Debitum:* τὸν προσοφειλόμενον φόρον μετίει ὁ βασιλεὺς, vi. 59. *extr. Peccata, Delicta:* Ἀθηναίοισι τὰς ἁμαρτάδας πάσας μετίημι, viii. 140, 1. 2. *pro quo est,* ὁ βασιλεὺς ὑμῖν τὰς ἁμαρτ. ἀπιεὶς, ibid. 140, 2. *f.*

μετίει, *quod legitur* ii. 70. *a.* vi. 37. *f. et* 59. *extr.* (*pro quo minus recte* μετιεῖ *expressum in ed. Schæf.*) *idem valet ac* μετίησι, *et est tertia persona præs. formata tamquam a prim. pers.* μετιέω, *per syncopen pro* μετιέει. *Vide Var. Lect. ad*

loca cit. et ad i. 180. *a. Pro μετιέντες vero quod olim* ix. 33. *f. legebatur, recte jam pridem μετιόντες restitutum est auctori.*

Μεταστάναι, *proprie* Transponere, Alio transferre, *inde generatim,* Mutare. μετέστησε τὰ νόμιμα πάντα, i. 65. *f. Præt. activum, notione passiva vel reciproca.* τῆς τύχης εὖ μετεστεώσης, Feliciter conversa fortuna, i. 118. *b.* μετεστήκεε, Recepit se, Discessit, viii. 81. *f.*

Medium, 1. *absolute positum.* μεταστεωμένους ἐκ τῆς τάξιος, Discedentes ex acie, Deserentes ordines, ix. 58. *a. m.* 2. *Cum Accusat.* A se removere, Submovere. μεταστησάμενος τοὺς ἄλλους, Remotis arbitris, i. 89. *a.* viii. 101. *a. m.*

Μετίσχειν, *i. q.* μετέχειν, Participem esse. τοῦ φόνου μετίσχειν, v. 92, 3. *extr.*

Μέτοικος, ου, ὁ, Advena, Inquilinus. τὶς τῶν Κρητῶν ἢ μετοίκων, iv. 151. *m.*

Μετονομάζειν, Mutare nomen, Aliud nomen imponere. ἀντὶ Λυδῶν μετονομασθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ βασιλῆος—Τυρσηνούς, i. 94. *extr.* Qui prius Cranai, dein Cecropidæ adpellati sunt, *iidem postremo* Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν, viii. 44. *f.*

[Μέτοπις, *olim tamquam una vox scribebatur in Vit. Hom. cap.* 19. *m. ubi nunc* μετ' ὄπις. *Vide ibi Not. et infra vocab.* Ὄπις.]

Μετορμίζεσθαι, Portum *vel* Stationem navis mutare. σὲ προαγορεύω ἐκ τῆς ἐμῆς γῆς ἐς ἄλλην μετορμίζεσθαι, In aliam terram navigare, ii. 115. *extr.* ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου μετωρμίζοντο ἐς τὴν Χαλκίδα, vii. 182. *f.*

Μετοχὴ, ἡ, Participatio. τούτους ἐξεκλήϊσαν τῆς (τοῦ ἱροῦ) μετοχῆς, i. 144. *a.*

Μέτοχος, Particeps. ἐγὼ τῆς συμφορῆς τὸ πλεῦν μέτοχός εἰμι, Major pars hujus calamitatis ad me pertinet, iii. 52. *m.*

Μετρέειν, Metiri. μεμετρήκασι τὴν χώρην ὀργυιῇσι, σταδίοισι *etc.* ii. 6. *m.* οὕτω μοι μεμετρέαται, (*Ion. pro* μεμέτρηνται) Ita a me dimensi sunt, iv. 86. *f. Conf.* Καταμετρέειν.

Μέτρον, ου, τὸ, Mensura. Φείδωνος, τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, Qui Peloponnesiis mensuras constituit, vi. 127. *m. N.* τῶν ἐκφορίων τοῦ καρποῦ ταὐτὰ μέτρα τῇ Βαβυλωνίῃ γῇ κατίσταται, Frugum, quas fert *illa terra,* eadem mensura est, (eadem ratio quod ad copiam et mensuram spectat) quæ in terra Babylonica obtinet, iv. 198. *b. N.*

Disceptatum est quænam fuerit Herodoti sententia, quum Nilum cum Istro conferens, ii. 33. *m.* de sua (*ut ipse profitetur*) conjectura, *ait,* ὁ Νεῖλος τῷ Ἴστρῳ ἐκ τῶν ἴσων μέτρων ὁρμᾶται. *Alios ut taceam, Gallicus Interpres verba ista ita accepit, quasi nil aliud dixisset Herodotus nisi* Videri sibi, Nilum ex eadem mundi plaga, qua Ister, cursum suum auspicari. (*Le Nil part des mêmes points du monde que l'Ister; le Nil dans la partie occidentale de la Lybie, comme l'Ister dans la partie occidentale de l'Europe. Herodote de M. Larcher, T.* ii. *p.* 27. *et p.* 230.) *At, ut ab hoc incipiam,* μέτρον Mensuram aliquam *significat, de* Plaga mundi *vero, aut de* Puncto cœli, *accipi nullo pacto potest. Deinde, si nihil aliud dicere voluisset Herodotus, nisi quod eum dicentem Larcherus facit, tota reliqua disputatio, quam et usque ad finem cap.* 34. *persequitur, nihil ad rem pertineret. Quid? quod id ipsum,* Nilum ab occidente versus orientem fluere, *jam in superioribus* (*cap.* 31. *medio*) *citra dubitationem adfirmavit, non tamquam suam conjecturam proposuit. Equidem, quum Græca Herodoti Latine reddere conarer,* ἴσα ista μέτρα *ita acceperam quasi his verbis* Paria fere per totum utriusque fluminis cursum intervalla *significarentur; ut Herodoti hæc fuerit sententia,* Nili cursum, priusquam ex Libya in Ægyptum incidat, parallelam (*quam vulgo dicimus*) directionem cum Istri cursu servare. *Jam, fuisse quidem hanc Herodoto sententiam, ex tota ejus disputatione satis intelligitur: sed disputationem istam iterum iterumque perlegens, et præscripta verba cum per se expendens, tum conferens cum extremis verbis capitis* 34. *plane intellexi, verbis istis aliud et amplius quidpiam significari, esseque illorum sententiam eam, quam perspicue Valckenarius in Adnot. ad cap.* 34. *explanavit; scilicet,* Conjectasse Herodotum, parem esse mensuram, parem longitudinem cursus Nili (inde a suis fontibus usque ad eum locum ubi in Ægyptum incidit) atque cursus Istri a suo inde fonte usque ad ostia quibus in Euxinum Pontum sese exonerat. *Eamdem sententiam, paulo quidem obscurius, exprimere voluisse Valla his Latinis verbis videtur,* Nilus pari tractu atque Ister meat.

Μετωπηδὸν, *adverb.* Continua, æquata fronte. τὰς πρώρας (τῶν νεῶν) ἐς γῆν τρέψαντες πάντες μετωπηδὸν, vii. 100. *f. N.*

Μέτωπον, τὸ, Frons, Superficies, Latus *quodlibet pyramidis.* τῆς πυραμίδος μέτωπον ἕκαστον, (*quod alibi* κῶλον) ii. 124. *f.*

Μέχρι, (*absque s in fine, etiam ubi sequitur vox a vocali incipiens; rarius* Μέχρις, *ubi adjecta in fine consona non nisi librariorum consuetudini aut arbitrio deberi videtur; conf. Var. Lect. et Not. ad* i. 181, 11.) Usque ad, Donec, Quoad, Quamdiu. *Præpositio regens Genitivum, significansque Terminum aliquem sive Loci, sive Numeri, sive Temporis præsertim, ita quidem ut, promiscue, modo inclu-*

sus intelligatur ille terminus, modo exclusus. μέχρι τοῦ γούνατος, ii. 80. *f.* μέχρι τούτου *vel* τούτων, Usque ad id tempus, i. 4. *a.* μέχρι ἐμεῦ, Ad meam usque ætatem, v. 114. *f. et alibi. Item, præposito articulo,* τὸ μέχρι ἐμεῦ, iii. 10. *f.* μέχρι τῆς ἐκείνου ζόης, Per totam ejus vitam, Quoad (Quamdiu) in vita futurus esset, iii. 160. *f.*

Præsertim frequentatur formula Μέχρι οὗ, ὅτου *vel* ὅσου. *Sic, ut* εἶκον μέχρι ὅσου (*al.* μέχρι οὗ) κάρτα ἐδέοντο αὐτέων, Cesserunt necessitati, quamdiu admodum indiguerant illis, viii. 3. *m. f. Sed plerumque Genitivus ille* οὗ *aut* ὅτου *ita adjicitur, ut videri possit prorsus abundare.* μέχρι ὅτου πληθώρης ἀγορῆς, ii. 173. *a. cum Var. Lect. et Not.* μέχρις οὗ (*sive rectius,* μέχρι οὗ) ὀκτὼ πύργων, i. 181. *m.* μέχρι οὗ τροπέων τῶν θερινέων, ii. 19. *m. f.* μέχρις (*aut* μέχρι) οὗ ἀγορῆς διαλύσιος, iii. 104. *m.* Cujus ἀνακολουθίας *rationem perspecte Hermannus in Not.* 251. *ad Viger. ita explicavit, ut qui v. gr. dicit* μέχρι οὗ ὀκτὼ πύργων, *intelligatur initio dicere voluisse* μέχρι οὗ ὀκτὼ πύργοι εἰσὶ, *deinde vero mutata oratione, pro ultimis verbis, dixerit* ὀκτὼ πύργων, *nempe tamquam, quod copiosius dicere voluerat, nunc brevius expressurus.*

Μὴ, *particula negativa,* 1. *Interdum cum* οὐ *jungitur, alias huic præposita, alias postposita; ita quidem, ut junctæ duæ particulæ, sive per se, sive per ellipticam aliquam rationem, vim habeant simplicis negationis. Negat, cum aliqua quidem dubitationis significatione, qui apud Nostrum* v. 79. *extr. ait,* ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐ τοῦτο ᾖ τὸ χρηστήριον: *quod idem valet ac si dixisset,* ἀλλὰ ὁρᾶτε μᾶλλον μὴ οὐ *etc.* Sed videte potius, ne hoc non sit sententia oraculi; *id est,* Sed videtur hæc non esse *etc. Negat etiam scriptor noster, et quidem districte negat ubi ait* οὐ γὰρ μὴ ἀπώσηται, i. 199. *f. quod simpliciter valet,* Nec enim repudiabit; *possis autem, si subtilius spectes, subintelligere:* οὐ γὰρ δέος ἐστὶ μὴ ἀπώσηται: *neque necesse videtur ut cum viris doctis* ἀπώσεται *corrigas, quandoquidem simillimum est illud Sophocleum,* οὐ γάρ σε μὴ γνῶσι, (*Electr. vs.* 42. *sq.*) *non* γνώσονται, *et istud Demosthenis,* ἔστι τοῦτο δέος —μὴ παρασπάσηταί τι, *Olynth.* i. *p.* 10. *ed. Reisk. Alibi obvia quidem sententia est, sed ellipseos ratio ex pervulgato sermonis usu fere obliterata, veluti in hisce:* οὔκων δίκαιον εἶναι ἱστάναι—μὴ οὐκ ὑπερβαλλόμενον τοῖσι ἔργοισι, ii. 110. *f.* εἰνάτῃ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν, μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου, vi. 106. *extr.* οὔτε σφέας κατέχειν δυνήσεται, ὥστε οὐ μὴ (*alii,* ὥστε μὴ οὐ) διασκεδασθῆναι τὴν στρατιὴν, viii. 56. *f. Conf.* Μηχανὴ, *num.* 2.

2. μή τι γε *aut* μή τοι γε *quo sensu Herodotus dixerit* iv. 76. *a. ubi vulgo legitur,* μή τι γε ὧν ἀλλήλων *etc. haud satis exploratum videtur. Adi ibi Var. Lect. et Not. Quod vero* ii. 16. *m. præeuntibus codd. nonnullis a nobis editum est,* εἰ μή τι γέ ἐστι τῆς Ἀσίης, *id cum usu alioqui pervulgato particulæ* μή τι γε *nihil commune habet; sed aut adjectum pronomen* τι *vim quamdam majorem addit orationi, aut simpliciter* μέρος τι *erit intelligendum, aut aliorum librorum scriptura* μή τε γε *Herodoto fuerit restituenda, nempe ut legas* μή τε γε ἄλλων, *collato simili loco,* ii. 91. *a.*

3. μὴ *particula, ante vocab.* Μηλιεὺς, *temere in editt. nonnullis omissa erat* vii. 214. *f. ubi* οὐ *maluisses. Sed alibi pariter* μὴ *ponit Herodotus ubi alii scriptores Græci* οὐ *posituri erant. Vide Not. ad Loc. cit.*

Μηδαμᾶ (*sive* Μηδαμὰ, *ut est constanter in aliis nonnullis codd.*) *i. q.* μηδαμῶς, Nequaquam, Omnino non. πρῆγμα, τὸ ἄν τοι προσθέω, μηδαμᾶ παραχρήσῃ, i. 108. *m. ubi* μηδαμῶς *præferunt alii.* ἄλλων μηδαμᾶ μηδαμῶν ἀνθρώπων, Et nullorum (*vel,* Nec ullorum) omnino aliorum, ii. 91. *a.*

Ut οὐδαμᾶ, *sic et* μηδαμᾶ *vel* μηδαμὰ, *subinde potest etiam reddi* Numquam. μὴ γενέσθαι μηδαμᾶ μέζονας ἀνθρώπους τῶν νῦν, i. 68. *a.* εἶδον ὄψιν, τὴν μηδαμᾶ ὄφελον ἰδεῖν, Vidi visum quod utinam numquam (*sive,* nequaquam) vidissem, iii. 65. *a.* μηδαμᾶ μηδὲν παθεῖν, Nihil umquam pati, vii. 50, 1. *ubi paulo ante,* ποιήσειας ἂν οὐδαμᾶ οὐδέν. *Conf.* Οὐδαμᾶ *vel* Οὐδαμά.

Μηδαμοὶ, Nulli, i. 143. *f.* 144. *a.* ii. 91. *m.* iv. 136. *extr.*

Μηδαμῶς, Nequaquam, iv. 83. *m. et Var. Lect.* i. 108. *m.*

Μηδὲ, Neque. *Pro* μηδὲ—μηδὲ, *est* μηδὲ—μήτε, ii. 136. *m.* μηδὲ αὐτῷ ἐκείνῳ —μήτε ἄλλον μηδένα: *ubi quidem pro* μηδὲ *codd. nonnulli* μήτε *exhibent.*

Μηδεὶς, *Fœminin.* μηδεμίη, *sive rectius* Μηδεμία, *vide* Οὐδεὶς, *et Var. Lect.* i. 136, 10.

Μηδὲν, Nihil, Nihilum. ἐς τὸ μηδὲν ἀποῤῥίπτειν, Pro nihilo habere. ἡ ἡμετέρη εὐδαιμονίη οὕτω ἀπέῤῥιπται ἐς τὸ μηδὲν, i. 32. *a.* χώρην κακήν τε καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίην, vi. 137. *a. m.* τὸ μηδὲν, Homo nihili, vilis, Eunuchus *intelligitur* viii. 106. *m.* ὅτι με ἀντ' ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μηδὲν εἶναι. *Vide ibi Not.*

Μηδίζειν, Cum Medis (Persis) sentire, Medorum partibus favere, iv. 144. *f.* vi. 64. *f.* viii. 30. *f.* ix. 17. *a.*

Μηδισμὸς, ὁ, *i. q.* τὸ μηδίζειν, Medorum

studium, Inclinatio in partes Medorum. διὰ τὸν μηδισμὸν ὁ παῖς οἱ τέθνηκε, iv. 165. *extr.* ἐς τὸν μηδισμὸν ὀνειδίζων, viii. 92. *f.* ix. 88. *a.*

Μῆδος, Medus, Persa. *Sic, qui vulgo* Persarum rex *dicitur*, βασιλεὺς ὁ Μήδων *vocatur*, iv. 197. *a.*

Μῆκος, εος, τὸ, Longitudo, iv. 42. *m.* 195. *a. et alibi. Temere vero* μῆκος *olim edd.* iv. 151. *a. pro* μῆχος.

Μή κοτε, (*Ion. pro* μήποτε) i. 77. *extr. et alibi.*

Μηκύνειν τὸν λόγον, Longiorem instituere sermonem *sive* narrationem, ii. 35. *a.*

Μήκων, ωνος, ἡ, Papaver, ii. 92. *á. m. N.*

Μήλειος, *sive* Μήλιος, η, ον, (*Adjectiv. a subst.* τὸ μῆλον, Ovis,) Ovillus. τράπεζαι ἐπιπλέαι μηλείων (*al.* μηλίων) κρεῶν, i. 119. *m.—Sed* Μηλιεὺς κόλπος, Maliacus sinus, iv. 33. *a. Et* Μηλὶς (γῆ), Maliaca terra, vii. 198. *a.* viii. 31. *m.*

Μῆλον, τὸ, Ovis. *Erravit Scholiast. Venet. ad Iliad.* δ'. 476. *scribens*, Herodotum Μῆλα *dixisse* πάντα τὰ τετράποδα. πρόβατον, *non* μῆλον, *Nostro dicitur* Pecudum omne genus.

Μῆλον, τὸ, Malum, Pomum. μέγαθος κατὰ μῆλον, ii. 92. *m. Hastatorum quoddam genus in Xerxis exercitu in inferiore extremitate hastarum* μῆλα *nempe* χρύσεα, Mala aurea *habebant*, vii. 41. *f.* (*conf.* Σαυρωτήρ.) μῆλον ἐπὶ σκήπτρῳ, i. 195. *f.*

Μὴν *particula, pro qua in formulis jurandi* μὲν *usurpant Iones: vide in* Μέν. *Etiam pro* γε μὴν, *quod olim vulgabatur*, γε μὲν *dedere probati libri.* πείθεσθαί γε μὲν ὦν, vii. 152. *m.* οἵ γε μὲν ἄλλοι, vii. 234. *f.*

Μὴν, ὁ, Mensis. (*conf.* Μείς.) *Genit.* ἱσταμένου τοῦ μηνὸς, vi. 106. *f.* μηνὸς τοῦ αὐτοῦ, Eodem mense, ix. 101. *m. Plur.* μῆνες ἐμβόλιμοι, i. 32. *a. m. Dativ. pl.* ἐν πολλοῖσι μήνεσι, iv. 43. *m. ubi olim quidem* μησὶ *edd. Sic*, ἐν τρισὶ ἑτέροισι μήνεσι, viii. 51. *a. ne ibi quidem absque varietate scripturæ.*

Μηνίειν, Irasci, Succensere. μηνίειν μεγάλως Ἀριστοδήμῳ, vii. 229. *extr.* Ἀθηναῖοι ὑμῖν μηνίουσι, ix. 7. *f. Subinde simul significat* Iram suam alteri declarare, Expostulare cum altero, Exprobrare alteri male factum. *Sic* πέμψαντες Ἀθηναῖοι ἐμήνιον τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι, v. 84. *a.*

Μῆνις, ιος, ἡ, Ira alta mente reposita. τοῖσι μῆνις κατέσκηψε Ταλθυβίου, vii. 134. *a.* θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τῆς μήνιος, vii. 137. *m. f.*

Μηνοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, Lunatus, Lunæ crescentis cornua referens. διόρυχα βαθέην ὀρύσσειν, ἄγοντα μηνοειδέα, i. 75. *m. f.* οἱ δὲ βάρβαροι μηνοειδὲς ποιήσαντες (*intellige* τάγμα μηνοειδὲς) νῶν νεῶν, viii. 16. *a.*

Μηρὸς, οῦ, ὁ, *Herodoto non solum est* Femur proprie dictum, *ut* vi. 75. *m. f. sed et* quælibet pars cruris cameli inter duos articulos comprehensa. κάμηλος ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηροὺς καὶ γούνατα τέσσερα, iii. 103. *N.*

Μήτρη, ης, ἡ, Uterus. ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν, iii. 108. *f. sed mox* ibid. *in Plurali*, ἀμύσσει τὰς μήτρας, *et paulo superius*, τὸ δὲ (τέκνον) ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται, *et* συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας.

Μητρόθεν, *adverb.*, A matre. καταλέξει ἑωυτὸν μητρόθεν, i. 173. *f.*

Μητροπάτωρ, ορος, ὁ, Avus maternus, iii. 51. *a.* ἔχων τὸ οὔνομα ἀπὸ τοῦ μητροπάτορος, vi. 131. *a.*

Μητρόπολις, ιος, ἡ, Mater aliarum civitatum vel coloniarum. *Sic* Athenæ *dicuntur* μητρόπολις Ionicarum omnium civitatum, vii. 51. *m. Item* Doris regio, *inter Thessaliam et Phocidem interjecta dicitur* μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, viii. 31.

Μητρυιὴ, ῆς, ἡ, Noverca. εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ μητρυιὴ τῇ Φρονίμῃ, iv. 154. *a.*

Μήτρως, ωος, ὁ, Avunculus maternus. ἐκδιδοὺς τὸν ἑωυτοῦ μήτρωα, iv. 80. *f.*

Μηχανᾶσθαι, Moliri, *et similia.* τὸ πᾶν μηχανήσασθαι ἐπ' Αἰγινήτῃσι, vi. 88. *a.* τὰ ἔχθιστα ἐς αὐτὸν πάντα ἐμηχανᾶτο, vi. 121. *extr.* λαγὸν μηχανησάμενος, Leporem callide instruxit, i. 128. *f.* οἷα ἐμηχανῶ τότε, Quæ tu tunc molitus es, viii. 106. *m. f.* ἡμεῖς αὐτοί τινα σωτηρίην μηχανεώμενοι, vii. 172. *extr.* πρὸς ταῦτα τάδε ἐμηχανέοντο, viii. 7. *a.* (*conf.* Ἀντιμηχ.) ὡς ἀπόστασιν μηχανοίατο (*Ion. pro* μηχανοῖντο *ex* μηχανέοιντο, *et hoc* μηχανῷντο *ex* μηχανόοιντο,) vi. 46. *a.*

Μηχανὴ, ῆς, ἡ, 1. Ars, Artificium, Ratio et via efficiendi aliquid. ἤτοι κλήρῳ, —ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ, iii. 83. *m.* εἴ τίς ἐστι μηχανὴ, ἴθι καὶ πειρῶ *etc.* viii. 57. *m.* μηδεμίῃ μηχανῇ, Nullo pacto, Nequaquam. συμβουλεύω τοι, μηδεμίῃ μηχανῇ ἄγειν τούτους ἐπὶ τοὺς πατέρας, vii. 51. *m. Herodoteum non videtur esse quod legitur in Vit. Hom. cap.* 10. ἀπὸ τῆς ποιήσιος τοῦ βίου τὴν μηχανὴν ἔχων.

2. *Notandæ locutiones hujusmodi, familiares Nostro:* οὐδεμίην εἶναι μηχανὴν ὅκως οὐ τῷ ἀστῷ προσθήσονται, Fieri nullo pacto posse quin *etc.* ii. 160. *f.* ἔστι τοι οὐδεμίη μηχανὴ μὴ οὐκ ἀπολωλέναι κάκιστα, ii. 181. *m.* οὐκ ἔστι μηχανὴ οὐδεμίη τὸ μὴ κεῖνον ἐπιβουλεύειν ἐμοὶ, Fieri non potest quin ille mihi insidietur, Nulli prorsus dubitationi locus est, i. 209. *f.* οὐδεμίην μηχανὴν, ἔφη, εἶναι μὴ οὔ σφι ἐκεῖνον ὑποθέσθαι τι, iii. 51. *a. Quibus in*

locis omnibus vera esse scriptura videtur οὐδεμία et οὐδεμίαν, quam offerunt probati nonnulli codices. Vide infra in Οὐδείς.

Μῆχος, τὸ, idem fere ac μηχανή: præsertim vero dicitur μῆχος κακοῦ, Artificium contra malum, Remedium mali. τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ εἶναι μῆχος, ii. 181. m. ἐπεί τε κακοῦ οὐδὲν ἦν σφι μῆχος, iv. 151. a. N.

Μία, vide in Εἷς.

Μιαιφόνος, ὁ, ἡ, Sanguinarius, Crudelis: Compar. Κυψέλου μιαιφονώτερος, v. 92, 6. a. ἀδικώτερον οὐδέν ἐστι, οὐδὲ μιαιφονώτερον, v. 92, 1. a.

[Μιγνύειν vel Μιγνύνειν. Hanc verbi formam non usurpat Noster; sed Μίσγειν dicit.]

Μιλτηλοιφὴς, έος, ὁ, ἡ, Rubro tinctus. νῆες μιλτηλοιφέες, iii. 58. a.

Μίλτος, ου, ἡ, Minium, Rubrica, Rubrum. τὸ σῶμα χρίονται μίλτῳ, iv. 191. a. vii. 68. m.

Μιλτοῦν, Rubro tingere. μιλτοῦνται πάντες οὗτοι, iv. 194.

Μιμεῖσθαι, verbum Med., Imitari. Partic. Pass. μεμιμημένος, Ad similitudinem expressus, ii. 78. a. 86. a.

Μιμνήσκειν, vide Ἀναμιμν. et Ἐπιμιμν. et conf. Μνᾶσθαι.

Μιν, Accusativus pronominis, Ionice positus, 1. pro αὐτὸν, Illum. ἐπορᾷ μιν ἐξιόντα, i. 10. m. Sic i. 12. m. 13. m. 24. m. et frequenter alibi: Sic item junguntur subinde μέν μιν, pro μὲν αὐτὸν, ut i. 183. m. f. ii. 73. a. Semel μιν in μὲν mutandum censui, iv. 81. f. ubi erat, βουλόμενον εἰδέναι—κελεύειν μιν πάντας Σκύθας etc. At teneri ibi fortasse debuerat μιν, quod communi consensu ibi dederant libri omnes. Similiter enim et alibi pronomen personale tertiæ personæ pleonastice adpositum in Musis reperitur; veluti, τῇ Ἀθηναίῃ προπύλαια θωμάσιά οἱ ἐξεποίησε, ii. 175. a. ἀπικομένῃ δὲ τῇ μητρὶ ἐσθεὶς ἐς τὰς χεῖράς οἱ τῶν σπλάγχνων, vi. 68. a. conf. Not. ad i. 86, 28 sq.

2. μιν pro ἑαυτὸν, Se. ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδεῖν, i. 11. m. αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν, i. 24. a. m. 45. a. Ubi Themistocles apud Nostrum vii. 143. a. ait, οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι, in Latina versione pronomen μιν cum Valla ad Apollinem retuli; quod, quamquam ad sententiæ quidem summam nihil refert, nollem factum. μιν ibi ad δοκέειν pertinet, et verbum κεχρῆσθαι passiva notione, non activa, erat accipiendum: Sese existimare, ait Themistocles, non futurum fuisse ut tam mite oraculum redderetur. Videri poterat μιν etiam pro dativo ἑαυτῷ positum, ubi Crœsum dicentem facit Herodotus, i. 86. m. ὡς δὲ ἄρα μιν προστῆναι (sive rectius, προσστῆναι) τοῦτο, Hoc igitur quum animo suo (inquit) obversaretur. Scilicet προσστῆναι alias quidem cum dativo casu construitur; sed nihil impedit quo minus, in ista potissimum notione quæ hujus est loci, etiam cum Accusativo idem construi potuerit, quemadmodum eadem notione perinde τοῦτο ἐπῆλθέ μοι et ἐπῆλθε με dici potuit. Conf. Ἐπέρχεσθαι.

3. μιν pro αὐτήν. ὥστε μὴ μαθεῖν μιν ὀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ, i. 9. a. οἵ μιν (τὴν μητέρα) ἐτίμησαν, i. 31. f. οἵ περ μιν (τὴν γέφυραν) ἔζευξαν, iv. 97. m.

Μίνως, Minos, nomen proprium. Accusat. Μίνων, Μίνω, Μίνωα, quia et Μίνεω, in diversa abeuntibus tum edd. tum msstis vii. 170. a. et 171. a. cum Var. Lect. et Not. ad cap. 170.

Μίξις, ιος, ἡ, Concubitus. μίξις τούτων ἐμφανής ἐστι, iii. 101. a. i. 203. f. ἐπίκοινον τῶν γυναικέων τὴν μίξιν ποιεῦνται, iv. 172. m. Conf. Ἐπίκοινος.

Μιξοπάρθενος ἔχιδνα, Partim virgo, partim serpens, iv. 9. a.

Μίσγειν, idem quod alias μιγνύναι, Miscere. In Passivo præsertim de Congressu venereo, de Coitu, usurpatur. μίσγεσθαι γυναιξὶ, ii. 64. m. et mox, μίσγονται ἐν ἱροῖσι, Coëunt in locis sacris, ibid. μισγόμενόν τινα νεκρῷ γυναικὸς, ii. 89. b. γυναικὶ τράγος ἐμίσγετο, ii. 46. f. Adde i. 198. a. iii. 118. m. et f. et cet. Etiam Mulier dicitur μιχθῆναι ἀνδρὶ, ii. 199. a. ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ, i. 5. a.

Compositum συμμίσγεσθαι latiorem usum habet, et generatim Miscere quolibet modo, Congredi colloquendi causa, Convenire aliquem, significat.

Μισθὸς, οῦ, ὁ, Merces. ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ, viii. 137. a. Salarium aruspicis, ix. 33. m. et f.

Μισθοῦν, Locare, Elocare ædificium exstruendum. Ἀμφικτυόνων μισθωσάντων τὸν νηὸν τριηκοσίων ταλάντων ἐξεργάσασθαι, ii. 180. a. In Medio, Conducere (sibi) operam alicujus. ὥς μιν οἱ Ἀργεῖοι ἐμισθοῦντο, ix. 34. a. μισθώσασθαι πλοῖον, Pacta mercede conducere navigium, i. 24. a. Passiv. μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου, Haud exigua mercede conductus, ix. 37. f.

Μίσθωμα, τὸ, Pretium de quo pro conficiendo opere conventum est, ii. 180. m.

Μισότυραννος, ὁ, Tyrannorum inimicus, vi. 121. a. 123. a.

Μιστύλλειν, vide Διαμιστύλλειν.

Μίτρα, ης, ἡ, Persicum nomen Veneris, i. 131. extr. cum Not.

Μίτρη, ης, ἡ, Fascia, Mitra, Capitis tegumentum Babyloniorum et Assyriorum, qui τὰς κεφαλὰς μίτρῃσι ἀναδέονται, i. 195. m.

Μιτρηφόρος, ου, ὁ, Mitram gestans, vii. 62. b.

Μνᾶσθαι, Ambire. Hinc μνεώμενος ἀρ-

χὴν, i. 96. *f.* Τόμυρις *συνιεῖσα οὐκ αὐτήν μιν μνώμενον, ἀλλὰ τὴν Μασσαγετέων βασιληΐην*, i. 205. *m.*

Μνᾶσθαι, (*sive* Μνέεσθαι, *unde derivabatur ἀναμνέεται, quod olim legebatur* i. 173. *f.*) Recordari, Meminisse. *Præt. pass. μέμνημαι*, Memor sum; *unde Plusquamperf. ἐμεμνέατο*, (*Ion. pro ἐμέμνηντο*) Recordati erant, *vel* Recordabantur, ii. 104. *a. Particip. μεμνημένος τὸν στόλον*, vii. 18. *m. τῶν ἐντολέων μεμνημένος ἐπελανθάνετο* (*i. q. ἑκὼν ἐπελανθάνετο*,) iii. 147. *b.* (*conf.* Ἐπιλανθ. *et* Ἐπιλήθεσθαι.) *Imperat. μέμνεο, pro μέμνησο, quasi a Præt. μέμνημαι, novum verbum* Μέμνομαι *fuisset formatum. ὦ δέσποτα, μέμνεο τῶν Ἀθηναίων*, v. 105. *extr. ὡς ἐμὲ εὖ μεμνῆσθαι*, ii. 125. *f. Aor. pr. τούτου μηκέτι μνησθῇς*, Hujus nullam amplius fac mentionem, vii. 159. *f. παιδὸς πέρι μὴ μνησθῆτε ἔτι*, ii. 36. *f. τὰς δύο τῶν ὁδῶν οὐκ ἀξιῶ μνησθῆναι*, ii. 20. *a. Fut. μεμνήσεσθε τῶν ἐμῶν λόγων*, viii. 62. *extr.*

Μνέα, *ης*, ἡ, (*i. q. comm. μνᾶ*) Libra, Mina. *εἴκοσι μνέας*, ii. 180. *extr.*

Μνῆμα, τὸ, Monumentum, vii. 228. *m. in Epigr.*

Μνήμη, ἡ, Memoria, Mentio. *τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστὶ*, i. 14. *a.* vi. 122. *a. τοῦ καὶ ὀλίγον τι πρότερον μνήμην εἶχον*, Cujus paulo ante feci mentionem, iv. 81. *a. et* 79. *a. Sic μνήμην ποιεῖσθαί τινος*, i. 15. *a.* v. 74. *f.* vi. 55. *extr. μνήμην ἐπασκέειν*, Memoriam rerum gestarum excolere, ii. 77. *a. N.*

Μνημήϊον, τὸ, (*comm. μνημεῖον*) Monumentum. *μνημήϊον ἑωυτῆς καταλιπέσθαι*, ii. 135. *m.*

Μνημονεύειν, Recordari. *μνημονεύων τὰ ἔπεα*, i. 36. *m. f.*

Μνημόσυνον, τὸ, Monumentum. *Proprie est Neutrum Adjectivi* Μνημόσυνος, ὁ, ἡ, Ad conservandam et posteris tradendam memoriam (*rei aut hominis alicujus*) comparatus. *Itaque non solum in Sing. dicitur, τοῦτο ἀναθεῖναι ἐς Δελφοὺς μνημόσυνον ἑωυτῆς*, ii. 135. *m. μνημόσυνον ἑωυτοῦ λιπέσθαι*, iv. 166. *a. sed, quemadmodum in aliis Adjectivis frequenter Pluralem pro Singulari ponit Noster, sic etiam plurali numero μνημόσυνα dicit ubi non nisi* Unum monumentum *intelligitur. Sic, καί σφι μνημόσυνα ἔδοξε λιπέσθαι*, ii. 148. *a. ubi de uno agitur Labyrintho. μνημόσυνα λιπέσθαι ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον*, vi. 109. *a. m. ubi iterum nonnisi una res intelligitur, quare ibi alii μνημόσυνον praeferunt. μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω*, ix. 16. *a. m. Quando* ii. 136. *f. ait μνημόσυνον πυραμίδα λιπέσθαι, possis μνημόσυνον tamquam Adjectivum accipere*, Pyramidem quæ ipsius memoriam ad posteros propagaret; *possis vero perinde etiam duo Substantiva per Adpositionem, quam vocant Grammatici, juncta intelligere. Similiter, ταῦτα τὰ ἔπεά φασι αὐτὸν λιπέσθαι μνημόσυνα*, vii. 226. *extr.*

Μνησικακέειν, Acceptæ injuriæ memorem esse. *οὐ μνησικακέομεν*, viii. 29. *f.*

Μνῆστις, ἡ, Recordatio. *οὕτω δὴ Γέλωνος μνῆστις γέγονε, nempe ὑμῖν*, Ita nimirum recordatio vos subiit Gelonis, vii. 158. *m.*

Μόγις, (*Ion. i. q. μόλις*) Vix, Ægre. *μόγις δὲ δή κοτε ἀνενειχθεὶς*, i. 116. *a.*

Μοῖρα, *G. μοίρης, D. μοίρῃ, Acc. μοῖραν, pro quo frequentius quidem μοίρην præferunt edd.*

I. *Ad formationem vocabuli quod spectat, Nominativum μοῖρα (non μοίρη) agnoscunt veteres libri omnes* i. 146. *et* vii. 157. *recte, quoniam α breve in η non mutant Iones. Unus Schæf. eumque secutus Borh. priore in loco, contra librorum præscriptum, μοίρη ediderunt, sed posteriori in loco hi quoque librorum scripturam intemeratam reliquerunt. In Accusat. scripturam μοῖραν communi consensu tenent* iv. 145. *f. edd. et mssti omnes. Alibi subinde μοίραν pravo accentu, frequentibus vero μοίρην edebatur, sed vix est dubitandi locus, quin hæc scriptura male sedulæ diligentiæ debeatur partim librariorum, partim Editorum, formas quaslibet, quæ ipsis Ionicæ esse videbantur, obtrudere Herodoto satagentium; qui quum viderent in Genit. μοίρης, in Dat. μοίρῃ ab hoc Scriptore usurpari, etiam Accusativum μοίρην formandum putarunt. Quare alteram formam, μοῖραν, utpote unice veram, ubique restitutam velim auctori. Eamdemque etiam ubique fere servatam in codd. nonnullis, quos in Var. Lect. indicavi, vidimus: nam, quod passim in his codd. μοίραν penultima acuta scribitur, id quidem vitiosum est, et hactenus recte Wess. ad* i. 75. *a. monuit* " scripturam hanc Ionum non esse;" *at nimirum ne aliorum quidem Græcorum est, sed μοῖραν penultima circumflexa scribi debebat. Quod si in communi lingua vera esset Accusativi forma μοίραν, ultima producta, tum quidem Herodotus suo idiomate μοίρην dicturus fuisset.* (*Obitur hic monere liceat, quod in Var. Lect.* i. 73, 3. *scripsi* " *μοίραν Vind. et Arch.*" *pro eo scribere me debuisse* " *μοῖραν Med. et Arch.*" *tum notandum, quod ibidem μοῖραν recte scribitur in codd. F. Pa. Pc. non μοίραν, ut ex Med. citat Wess. Denique in Var. Lect. ad* v. 69, 6 *sq. monere debueram, codicem F. ibi non μοίρην dare cum editis, sed μοῖραν sicut* v. 57, 6.) *Cæterum eodem modo, ut Noster, sic et Homerus nominativum μοῖρα, Acc. μοῖραν, et dativum μοίρῃ usurpaverat.*

II. *Significat autem* Μοῖρα *apud Nostrum*

1. Partem *vel* Portionem quamcumque; *sigillatim vero* Terræ portionem, Terræ tractum qui est in Ditione et potestate alicujus. *οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα,* Pars non minima, i. 146. *a.* 204. *a.* vii. 157. *m* *μοῖραν τιμέων μετέχοντες,* iv. 145. *f.* *δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν,* ii. 147. *m.* (*conf.* *Δάζειν.*) *προσκτήσασθαι* (*γῆν*) *πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοῖραν* (*vulgo μοίρην, hic et alibi*) *βουλόμενος,* i. 73. *a.* *ἐστρατεύετο ἐς τὴν Περσέων μοῖραν,* In ditionem, in fines Persarum, i. 75. *a.* *τῆς χώρης ταύτης ἀπολαχόντες τὴν Ταναγρικὴν μοῖραν,* v. 57. *πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων,* vii. 91. *a.* *τῆς Ἐλλοπίκης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἱστιαιήτιδος, τὰς κώμας,* viii. 23. *f.* *Similiter* i. 82. *a.* 106. *f.* ix. 65. *a.*

2. *Etiam, quas Latine* Partes *dicimus* quibus aliquis favet, *singulari numero* *μοῖραν dicit Herodotus.* *τὸν Ἀθηναῖον δῆμον πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοῖραν προσεθήκατο,* v. 69. *m.* *N.*

3. *ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἄγειν τινὰ,* Nullo magno loco habere, Neutiquam magni æstimare aliquem, ii. 172. *a.*

4. Μοῖρα, Fatum. *σεωυτοῦ μοίρῃ περίεις,* i. 121. *a.* *ἐξέπλησε μοῖραν τὴν ἑωυτοῦ,* iii. 142. *m.* *et* iv. 164. *extr.* *ubi veram scripturam servavit cod. F. Etiam in Plurali,* Μοῖραι, Fata. *οὐκ οἷόν τε ἐγένετο παραγαγεῖν μοίρας,* i. 91. *a.* *ubi eadem notione, quæ hic μοῖραι dicuntur, paulo post ἡ πεπρωμένη nominatur.*

Μοιχίδιος, *η, ον,* Ex adulterio natus, i. 137. *f.* *ubi μοιχίδια intelliguntur* Facinora ab eo admissa qui ex adulterio natus est.

Μόλυβδος, *ὁ,* Plumbum. *νόμισμα κόψας μολύβδου,* (*al.* *μολίβδου*) iii. 56. *b.* *N.*

Μονὴ, *ῆς, ἡ, i. q.* *τὸ μένειν,* Manere *in aliqua regione,* Non exire, i. 94. *m.* *f.*

[Μόνος. *Hac vocabuli forma nusquam utitur Herodotus; sed constanter* Μοῦνος *dicit. Quare non tam probabilis proclivisque, quam prima specie videri poterat, conjectura erat Valckenarii,* *μέν οἱ in μόνοι mutantis* iv. 48. *a.* *Vide supra in* Μὲν, *num.* 1. *Nihilo vero magis Herodoteum videri debet quod in Vit. Hom. cap.* 37. *m.* *f.* *legitur,* *μονώτατοι τῶν Ἑλλήνων τὸ Αἰολικὸν ἔθνος.*]

[Μονότροπος, Solitarius *homo, Vit. Hom.* 4. *a.* *N.*]

Μόριον, *τὸ, diminutivum vocabuli* μοῖρα, *sed idem significans ac* μοῖρα *vel* μέρος, Pars. *τρία μόρια εἶναι γῆν πᾶσαν,* ii. 16. *a.* *Cui constructioni consentaneum est quod cum* Dividendi *verbis omittitur* ἐς *præpositio.* (*Conf.* *verbum* Δάζειν.) *μόριον, nempe τῆς διώρυχος, ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλλε,* vii. 23. *m.* *f.*

Μόρος, *ου, ὁ,* Fatum, Mors, Genus mortis, *præsertim* violentæ. *τέῳ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο,* i. 117. *a.* *N.* *τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο ὁ παῖς,* i. 117. *extr.* *ἀνοσίῳ μόρῳ τετελεύτηκε ὑπὸ τῶν οἰκηϊωτάτων,* iii. 65. *m.* *τούτῳ τῷ μόρῳ διεφθάρησαν,* v. 21. *a.* *pro quo est, in eamdem fere sententiam,* *τρόπῳ τοιούτῳ ἐτελεύτησε,* v. 48. *a.* *ἐμηχανήσατο Φρίξῳ μόρον,* vii. 197. *a.* *διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ,* ix. 17. *f.*

Μόρσιμος, *ὁ, ἡ,* Fatalis, Fato destinatus. *ἐδόκεε μόρσιμον εἶναι ἤδη τῇ Βαβυλῶνι ἁλίσκεσθαι,* iii. 154. *a.*

Μόσχος, *ου, ὁ, non modo* Vitulus junior, *sed et* Bos paulo adultior, *modo nondum aratro aptus. Sic de Apide,* *ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἆπις καλεόμενος,* iii. 28. *f.*

Μουναρχέειν, Solum regnare. *ἐμουνάρχησε χρόνον οὐκ ὀλίγον,* v. 46. *f.* *ἐπὶ τούτου μουναρχέοντος,* v. 61. *a.*

Μουναρχίη, *ἡ,* Unius imperium. *κῶς ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη,* iii. 80. *a.* *m.* *ὀλιγαρχίη ἀπέβη ἐς μουναρχίην,* iii. 82. *m.* *ἡ μουναρχίη κράτιστον,* iii. 82. *f.* *ἀναλαμβάνει τὴν μουναρχίην Ἱπποκράτης,* vii. 154. *a.*

Μούναρχος, *ὁ,* Solus imperans, iii. 80. *et* 82. *sæpius.* *Tum* v. 46. *m.* *ubi idem atque* τύραννος. *Sic et* *ὁ τῶν Ἀγραγαντίνων μούναρχος,* vii. 165. *a.* *τὸν μούναρχον τῶν Ζαγκλαίων,* vi. 23. *m.*

Μουνογενὴς παῖς, Unigenitus, Unicus filius, vii. 221. *extr.*

Μουνόκωλον οἴκημα, Ædificium *sive* Habitaculum cujus unum solum Latus (*scil.* anterius) conspicitur; *nempe, quoniam ædificia sunt utrimque contigua, a postica vero parte est murus urbis,* i. 179. *m.* *N.* *Conf.* Κῶλον.

Μουνόλιθος, *ὁ, ἡ,* Ex unico saxo confectus. *οἴκημα μουνόλιθον et στέγη μουνόλιθος,* ii. 175. *m.* *Conf. Not. ad* ii. 155. *f.* *ubi νηὸς ἐξ ἑνὸς λίθου πεποιημένος.*

Μουνομαχέειν, Singulari pugna dimicare. *Cum dat.* *δυοῖσι οὐκ ἂν μουνομαχέοιμι,* vii. 104. *m.* *τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι,* ix. 26. *m.* *Paulo diversa ratione apud Nostrum,* ix. 27. *f.* *Athenienses, de se et de Marathonia pugna loquentes dicunt,* *μοῦνοι Ἑλλήνων μουνομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ, i. e. μοῦνοι μαχησάμενοι τῷ Πέρσῃ.* *Conf. Not. ad* ix. 48, 15.

Μουνομαχίη, *ἡ,* Singulare certamen. *μουνομ. τριφασίη,* v. 1. *m.* *μουνομαχίην ἐπασκέων,* vi. 92. *f.*

Μοῦνον, *Adverb. Ion. pro* μόνον, *ut* μοῦνος *pro* μόνος. *Neque aliter accipiendum* iv. 10. *f.* *ubi vide Not.*

Μοῦνος, (*Ion. pro* μόνος) Solus. *ὅτι μὴ Χῖοι μοῦνοι,* i. 18. *f.* *μοῦνος πάντων ἀνθρώπων,* i. 25. *f.* *εἷς μοῦνος παῖς,* i. 38. *f.* *νομίσας μοῦνον εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι,* i. 49. *m.* *Δία θεῶν καὶ Διόνυσον*

μούνους σέβονται, ii. 29. *f. et sic constanter alibi.*

μοῦνος olim edebatur iii. 122. *a. m. ubi πρῶτος mssti fere omnes dederunt.*

μοῦνος generis communis esse existimavit Wess. quasi μοῦνον iv. 10. *f. et μούνου* vii. 224. *f. essent fœminini generis, quod secus est. Vide Adnot. ad* iv. 10, 18.

Μουνοῦν, Solum relinquere, Deserere, Nudare. *μεμουνωμένοι συμμάχων,* i. 102. *f.* vi. 15. *f.* viii. 62. *b. μουνοθέντα αὐτὸν* (*nempe,* remotis arbitris) *εἴρετο αὐτὸν,* i. 116. *m. μουνωθεισέων αὐτῶν,* iv. 113. *a.* vi. 75. *a. οἱ μὲν δὴ ἐμουνοῦντο,* viii. 123. *f. ubi de his quorum* Quisque non nisi unum calculum, quo ipse nominaretur, in urna invenit.

Μουνόφθαλμος, ὁ, ἡ, Unoculus, iii. 116. iv. 27.

Μουνοφυὴς, ὁ, ἡ, In unum concretus, In unum coalitus. *γνάθος ἔχουσα ὀδόντας μουνοφυέας,* ix. 83. *f.*

Μουσικὴ, ἡ, Cantus. *ἔριν εἶχον ἀμφί τε μουσικῇ καὶ τῷ λεγομένῳ ἐς τὸ μέσον,* vi. 129. *a.*

Μουσοποιὸς, ὁ, *et* ἡ, Poeta lyricus, Poëtria lyrica. *ἀδελφεὸς Σαπφοῦς τῆς μουσοποιοῦ,* ii. 135. *a.*

Μοχθηρὸς, ἡ, ὸν, Molestus, Miser. *μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζόης,* vii. 46. *f.*

Μοχλεύειν, Vectibus et palangis *aliquid* promovere. *τῶν τις αὐτὴν* (*τὴν μονόλιθον στέγην*) *μοχλευόντων,* ii. 175. *extr.*

Μυγαλὴ *vel* Μυγάλη, ης, ἡ, Mus araneus. *τὰς μυγαλὰς vulgo* ii. 67, 5. *ubi μυγάλας F. μυγαλᾶς Pa. et ed. Schæf. μυγάλη et μυγαλὴ promiscue scriptum reperiri monuerunt H. Steph. Thes.* ii. 992. *d. e. et Gesner de Quadruped. p.* 747. *μυγαλὴ, ultima acuta, scribitur apud Athenæum* vii. 300. *a. Eodem accentu scriptum hoc vocab. exhibent apud Suidam editiones omnes ante Kusterum, qui suo arbitrio μυγαλῆ. Novimus idem animalculum passim etiam μυγαλέην vocari: qua forma si h. l. uti voluisset Herodotus, videtur in Plurali μυγαλέας potius, quam contracte μυγαλᾶς, fuisse dicturus.*

Μύδρος σιδήρεος, Massa ferrea, i. 165. *m. f.*

Μυέειν, Initiare. *ὅστις τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται,* ii. 51. *m. ὁ βουλόμενος μυέεται,* viii. 65. *m.*

Μύκης, ητος, ὁ, Fungus; *ubi de* Ense *vel* gladio *agitur,* Μύκης *intelligitur* Extremum vaginæ claustrum *sive* vinculum æneum, fungi figura. *τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης ἀποπίπτει,* iii. 64. *m. N.*

Μυξωτῆρες, οἱ, Nares, ii. 86. *a. m.*

Μυριάρχης, ὁ, Decem millibus præfectus, vii. 81.

Μυριὰς, άδος, ἡ, Myrias, Decem millia. Per *μυριάδας* initus est numerus militum in exercitu Xerxis, *repertæque sunt ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες,* vii. 60. *τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ,* ix. 70. *f. ubi μυριαδέων scribitur in cod. F. nescio an et in aliis nonnullis. Pro eo quod* iii. 159. *f. vulgo legitur, πέντε μυριάδων τὸ κεφαλαίωμα τῶν γυναικῶν συνῆλθε, verum puto et Herodoto restituendum id quod codex Arch. offert, πέντε μυριάδες. Vide ibi Var. Lect. et Not.*

Sicut, ubi de Nummis agitur, ad vocab. μυριὰς subintelligitur Genitivus δραχμῶν; sic, ubi de Frumento, *intelligitur μεδίμνων,* Modiorum. *πρὸς γὰρ,* (*scilicet πρὸς τῷ ἐκ τῆς Μοίριος λίμνης γινομένῳ ἀργυρίῳ καὶ πρὸς τοῖς ἑπτακοσίοις ταλάντοις*) *δύο καὶ δέκα μυριάσι Περσέων τε τοῖσι ἐν τῷ Λευκῷ τείχεϊ κατοικημένοισι καταμετρέουσι καὶ τοῖσι τούτων ἐπικούροισι,* iii. 91. *f. ubi ita, uti hic factum, interpungenda videtur oratio, ut ea sit sententia quam Gronovius in Notis ad h. l. proposuerat; nempe,* Insuper enim centum et viginti millia medimnorum Persis etiam in Albo castello Memphios considentibus metiuntur et eorum auxiliaribus. *Conf. Schæferum ad Bosii Ellipses Græcas, p.* 270 *seq. Et ego quoque, locum hunc in Latina Nostra versione aliter interpretans, et verba δύο καὶ δέκα μυριάσι cum Valla ad* Persas eorumque auxiliares *referens, pulcre quidem noveram istum Græci sermonis usum, ubi de* Frumento *agitur, genitivum μεδίμνων ad vocab. μυριὰς pertinentem omittendi; sed offenderat me structura vocabuli μυριάσι in Dativo casu positi, pro quo Accusativum desideraveram. Nunc vero videor mihi rationem intelligere, qua ferendus ille Dativus accipiendusque sit. Scilicet, verbum καταμετρέουσι per se positum, præsertim ubi paulo ante diserta mentio facta est σίτου, idem valet ac καταμετρέουσι σῖτον, ita ut nec opus fuerit cum Aldo et junioribus nonnullis codicibus vocabulum σίτον hoc loco repetere, neque ex Schæferi conjectura πρὸς in πυροὺς mutare. Jam quemadmodum Latine non incommode dixeris,* Metiri militibus frumentum tali aut tali mensura, tali quantitate; *similiter in Græco sermone qui Dativo casu pro Latinorum Ablativo utitur,* numerus modiorum, *qui militibus distribuebantur,* Dativo casu *potuit exprimi.*

Μυρίζειν, Ungere. *μεμυρισμένοι πᾶν τὸ σῶμα,* i. 195. *m.*

Μυρίκη, ἡ, Myrica, Tamarix, *frutex, et ejusdem baccæ. ἐκ μυρίκης πεποιημένη θύρη,* ii. 96. *m.* (*conf.* Θύρη.) *μέλι ἐκ μυρίκης τε καὶ πυροῦ ποιεῦσι,* vii. 31. *b.*

Μύριος, ίη, ιον, Decies mille, Infinitus, Immensus. *Nempe non solum in Plurali usurpat Noster hoc vocab. sed et in Singulari; certe in Fœminino genere, ut*

μυρίη ἵππος, Decies mille equites. (*vide* Ἵππος, ἡ.) *Sed et μυρίη κακότης, μυρίη εὐδαιμονίη*, Infinita miseria, immensa prosperitas, vi. 67. *f*. *Sic ὄψις μυρίη*, ii. 136. *a*. *est* Infinita multitudo et varietas rerum conspiciendarum.

Sicut vero monent Grammatici, ubi de ingenti quidem numero, sed non definito, agitur, μυρίοι penacute scribi, sic etiam apud Nostrum in Neutro plurali Μυρία *habes: ὑπισχνεύμενοι τὰ πάντα οἱ μυρία δώσειν*, iii. 74. *m*. *Atque etiam in Singulari θῶυμα μυρίον dicit Noster* Infinitam admirandi materiam, ii. 148. *m*. *f*.

Πεντάδραχμος, ου, ὁ, ἡ, Quinque drachmas valens, Quinque drachmarum pretio venditus, vi. 89. *b. Vide omnino quæ supra ad vocem* Ἀποδίδοσθαι *monuimus.*

Πεντάεθλον, τὸ, Quinquertium. πεντάεθλον ἐπασκήσας, vi. 92. *f.* πεντ. ἀσκέων, ix. 33. *a. m.*

Πεντάεθλος ἀνὴρ, Quinquertio nobilis vir, ix. 75. *a.*

Πενταετὴς *vel* Πενταέτης, Quinquennis, i. 136. *b. cum Var. Lect. Genitivus* πενταέτεος, ibid. *a.*

Πεντακόσιοι, Quingenti, i. 7. *f.* ii. 148. *m.*

Πενταπλήσιος, (*Ion. pro* πενταπλάσιος) Quincuplus, Quintuplex. ἄλλο σφι παρέσται (ναυτικὸν) πενταπλήσιον, vi. 13. *m.*

Πενταχοῦ, Quinque in locis, Quinquies.

ποταμὸς διαλελαμμένος πενταχοῦ, Fluvius quinquies (in quinque rivos) divisus, iii. 117. *a. cum Var. Lect. et Not. Conf.* Διαλαμβάνειν.

Πεντετηρὶς, ίδος, ἡ, 1. Quinquennium. *Hinc* διὰ πεντετηρίδος, Quinto quoque anno, iii. 97. *f.* iv. 94. *a.* 2. Festum quinquennale. θυσίας καὶ πανηγύριας τὰς ἐν τῇσι πεντετηρίσι γινομένας (Panathenæa *significare videtur auctor,*) vi. 111. *m.*

Πεντήκοντα, Quinquaginta. *Hinc* Πεντηκόντερος, ἡ, (*Ion. pro communi* πεντηκόντορος) *scil.* νηῦς, Actuaria navis, quinquaginta remis agitata; Navis longa. ἐναυτίλλοντο οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶ, ἀλλὰ πεντηκοντέροισι, i. 163. *m.* 164. *f.* iii. 41. *m.* iv. 153. *f.* 156. *m.* vii. 36. *a. et m.* 97. *f.* (*ubi* τριηκόντεροι καὶ πεντηκόντεροι.) vii. 181. *m.* viii. 1. *f.* 48. *extr. Alibi communis forma* πεντηκόντορος *adhæserat olim editis ut* iii. 124. *et* vi. 138. *a. ubi formam Herodoto usitatam meliores libri mssti dederunt.*

Πεπρῆσθαι *vide in* Πιπρήσκειν.

Πέπων, ὁ, ἡ, Maturus *fructus.* τοῦτο ἐπεὰν γένηται πέπον, iv. 23. *m.*

Περ, *enclitica particula, frequenti in usu apud Nostrum; aliis particulis aut pronominibus relativis, quibus adnectitur, vim quamdam addens, quam Latino sermone interdum per adverbia* Prorsus, Utique, *aut similia, sæpius vero vix, ac ne vix quidem, commode exprimere possis.*

1. *Encliticæ hujus Adjectivis aut pronominibus Relativis adnexæ exempla e Musis hæcce enotavi:* λίμνη, μέγαθος ὅση περ ἡ ἐν Δήλῳ, ii. 170. *f.* ὁ Ἴστρος, τοῦ χειμῶνός ἐστι ὅσος πέρ ἐστι, iv. 40. *m.* τῷ πάρα μὲν πάντα ὅσα περ σοὶ, v. 106. *m.* διέχων ὅσον περ τρία στάδια, ix. 51. *m.* ἐσθῆτα φορέουσι οἵην περ οἱ ἄλλοι Λίβυες, iv. 168. *a.* ἀνέχευ ὁρέων ἄρχοντας τῶν περ ἄρχομεν, i. 206. *a.* εἶπε πρὸς τούσπερ εἰώθεε καὶ τὰ ἄλλα λέγειν, iv. 139. *a. m.* τὸ πῦρ πάντα κατεσθίει τά περ ἂν λάβῃ, iii. 16. *m.*

2. *Encliticæ* περ *aliis particulis adnexæ (ut omittam pervulgatas particulas,* ὥσπερ, *idem fere ac* ὡς *valentem,* Sicut, *sive* Prorsus sicut, *et* καίπερ, Quamvis, Tametsi,) *exempla apud Nostrum reperiuntur hæc:* ἢν μή περ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ, vi. 57. *f.* πολλαπλήσια τοῦ θέρεος ἢ περ τοῦ χειμῶνος, iv. 50. *f.* ἡμᾶς δίκαιον (μᾶλλον) ἔχειν ἤ περ τοὺς *etc.* ix. 26. *extr. et* 28. *a.* ὅτε περ, Eodem (Eo ipso) tempore quo, v. 99. *m.* vi. 106. *a.* θηλέων βοῶν οὔ τι γεύονται διότι περ οὐδὲ Αἰγύπτιοι, Eamdem ob caussam propter quam nec Ægyptii, iv. 186. *a.*

Περαίη, ἡ, *scil.* χώρη, Regio trans *mare vel fluvium* sita; Opposita ora. ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης χώρης, viii. 44. *m. cum Var. Lect. et Not.*

Περᾶν, Transire. ἃς (φυλακὰς) τέῳ τρόπῳ περήσομεν, iii. 72. *a. Conf.* Περητός.

Πέρην, *Adverb.* (*Ion. pro* πέραν) Ultra, Trans mare, Ex adverso. οὐ πρὸς τὴν νῆσον προσορμίζεσθαι, ἀλλὰ πέρην ἐν τῇ Ῥηνέῃ, vi. 97. *a.* τέκνα πέρην ἐς τὴν Ἀχαιΐην διέπεμψαν, viii. 36. *m.* ἐκ Θάσου διαβαλόντες πέρην, vi. 44. *a. m.*

Περητὸς, Transeundus, Qui transiri potest. ποταμὸς νηυσὶ περητὸς, i. 189. *a.* v. 52. *m. bis. Etiam in Fœm. olim legebatur* ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσὶ περητὸς, i. 193. *a. ubi aut* νηυσὶ περητὴ *exspectasses, aut id, quod diligenter scripti libri dederunt,* νηυσιπέρητος *una voce. Vide Var. Lect.*

Πέρθειν, Perdere, Vastare. μέγα ἄστυ πέρθεται, vii. 220. *in Orac.* πέρσαντες Ἀθήνας, viii. 77. *iterum in Orac.*

Περὶ *Præpositio,*

I. *cum Genitivo constructa,*

1. *eadem ratione, qua in communi sermone Græcorum, significat* Objectum de quo agitur, *et Latinæ voculæ* De *respondet; ut* περὶ τούτων οὐκ ἔρχομαι ἐρέων, i. 5. *m. cujus generis nil opus est plura adponere exempla. Illud moneo, adfini ratione construi* περὶ *subinde etiam cum Accusativo, ut* ii. 18. *a. quo de loco et similibus infra dicetur.*

2. *ut vulgo dicunt Græci* περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι Magni facere, *sic et Noster; veluti* περὶ πολλοῦ ποιεύμενος αὐτοὺς, i. 73. *m. Et similiter,* ἡμῖν περὶ πολλοῦ ἐστι κατορθοῦσθαι τὴν σὴν ἀρχὴν, i. 120. *m.*

3. *Etiam ille usus non alienus a communi Græcorum usu est, quo* περὶ *fere idem ac* ὑπὲρ *valet; ut,* σφέων αὐτέων πέρι ἐφρόντιζον, viii. 36. *m. Similiter,* περὶ ἑωυτοῦ τρέχων, Propriæ salutis periculum adiens, vii. 57. *m. ubi nulla caussa erat cur* περὶ ἑωυτῷ, *quod ms. Arch. dabat, probarent editores nonnulli; nam simillima ratione dicitur* πολλοὺς ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτέων, viii. 102. *f. et* τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς, ix. 37. *a. et* περὶ παντὸς δρόμον θέειν, viii. 74. *a. Quare nec solicitandum erat illud* περὶ ὅτευ (*i. e.* οὗ τινος) ἀγωνίζονται, viii. 26. *m. ubi probabile videri poterat* περὶ ὅτεῳ, *de quo in Var. Lect. dixi: sed sub finem ejusdem cap. iterum ait Scriptor,* οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς.

II. περὶ *cum Accusativo,* Circa; *proprie ubi de Loco agitur, veluti* περὶ τὰ ἕλεα οἰκέουσι, ii. 95. *m. tum vero et de Re qualibet aut Persona, ubi Latino sermone commode hac formula redditur,* Quod ad *hoc vel hunc* spectat, Quod adtinet. *Sic,* τὰ περὶ τὸν Κῦρον, τὴν Ἑλένην, τὸν Βάττον, i. 95. *a.* ii. 113. *a.* iv.

154. *a.* *περὶ Πακτύην δκοῖόν τι ποιέοντες,* i. 158. *a.* *οὐδεμίη συμφορὴ ἔσται περὶ οἶκον τὸν σοῦ*, viii. 102. *f.* *περὶ μὲν τούτους οὕτω εἶχε*, viii. 85. *extr.* *Pro quo est*, *οὕτως ἔσχε περὶ τοῦ πρήγματος τούτου*, i. 117. *extr.* *Rursus vero*, *περὶ μὲν τοὺς ἰχθῦς οὕτω ἔχει*, ii. 93. *extr.* *Quare* ii. 18. *a.* *ubi consentientibus libris legitur*, *τὸ ἐγὼ—περὶ Αἴγυπτον ἐπυθόμην*, *potuerat quidem, sicut Valck. maluerat, perinde* *περὶ Αἰγύπτου* *scribi, quemadmodum* i. 124. *m.* *scribitur*, *πάντα ἐκμεμαθηκέναι σέο πέρι ὡς ἐπράχθη*: *sed ex supra adlatis exemplis, aliisque similibus, satis intelligitur non necesse esse loco cit. invitis libris quidquam mutare.*

Usitatam aliis Græcis formulam *οἱ περὶ αὐτὸν*, *pro* *αὐτὸς*, *nec enotavi e Musis, nec in illis me reperire memini. Verba* *οἱ περὶ Κορινθίους* *apud Herodotum occurrere obiter ait Zeunius ad Viger.* i. 5. *sed virum doctum fefellerat memoria.* *οἱ ἀμφὶ Κορινθίους*, Corinthii cum suis, *ait Noster* ix. 69. *a. m.* *sicut et* *οἱ ἀμφὶ Ξέρξεα*, Xerxes cum suis, *sive* Xerxis milites, viii. 24. *extr.* *Conf.* Ἀμφί.

III. *περὶ* *cum Dativo construitur in dictionibus hujusmodi*: *περὶ τοῖσι αὐχέσι* (Circa cervices) *περικείμενοι τελαμῶνας*, i. 171. *m.* *περὶ τῇσι κεφαλῇσι*, vii. 61. *a.* *Duorum aliorum locorum, ubi de eadem constructione poterat cogitari*, vii. 57. *a.* *et* viii. 26. *m.* *supra* (*num.* i. 3.) *feci mentionem*: *conf. ibi Var. Lect. et Not.* *De formula* *περὶ* (*sive rectius*, *πέρι*) *θυμῷ ἐχόμενος*, Valde iratus, iii. 50. *f.* *vide Not. ad h. l.*

IV. *περὶ* *in Compositione Adjectivorum et Adverbior. significat* *περισσῶς*. *conf.* Περικαλλὴς, Περιχαρὴς, Περιθύμως, Περιμήκης, *etc. ut Latinorum* Permultus, Permagnus.

Περιαγγέλλειν, Circumcirca nunciare, Circummissis nunciis edicere. *Passivum.* *τουτέων δὲ περιαγγελλομένων*, vii. 1. *m.*

Περιάγειν, Circumducere. *περιῆγε* (*τὸν ἵππον*) *ἀγχοῦ τῇ ἵππῳ*, iii. 85. *f.* (*conf.* Ἀγχοῦ.) *περιάγουσι* (*αὐτοὺς*) *κατὰ τοὺς φίλους ἐν ἁμάξῃσι*, iv. 73. *a.*

Περιαιρέειν, Circumcirca tollere. *σφέων τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας κατέσπασε*, iii. 159. *a.*

Medium. *βιβλίον ἓν ἕκαστον περιαιρεόμενος*, Literas singulas Solvens; *nempe* Detrahens sigillum et solvens vinculum cujusque epistolæ, iii. 128. *a.* Polycrates *περιαιρεόμενος τὴν σφρηγῖδα*, Detrahens annulum de suo digito, iii. 41. *f.*

[Περιάπτεσθαι, Adnectere, Circumdare, *in Schulzii Indice Græcitatis Herodoteæ adfertur tamquam lib.* vii. *cap.* 149. *occurrens*; *quod quidem nec ibi, nec alibi (quod meminerim) apud Nostrum legitur.* *περιέψεσθαι ὡς πολεμίους legitur* vii. 149. *extr. quod vide in* Περιέπειν. *Tum* vii. 69. *a.* *memorantur* *Αἰθίοπες λεοντέας ἐναμμένοι*, *ubi potuerat* *περιαμμένοι* *scribere auctor, sed in vulgatum consentiunt libri.*]

Περιβάλλειν, Circumjicere, Circumdare, Includere.

I. *Activa verbi forma occurrit*

1. *Propria et vulgo usitata notione, constructione vero hujusmodi*: *βρόχῳ περὶ ὧν ἔβαλε τὸν αὐχένα*, Laqueo circumdat cervicem, Laqueum cervici circumjicit, iv. 60. *b.* *λαβεῖν ἀμφίβληστρον, καὶ περιβαλεῖν* (*scil.* *τῷ ἀμφιβλήστρῳ*) *πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων* (Circumdedisse, Inclusisse reti magnam piscium multitudinem) *καὶ ἐξειρύσαι*, i. 141. *a. b.*

2. *Alibi* *περιβάλλειν* *idem significat ac* *περιτιθέναι*, Conferre aliquid in aliquem, Tribuere alicui aliquid. *εἰ δέον περιθεῖναι ἄλλῳ τέῳ τὴν βασιληΐην, δικαιότερον εἶναι Μήδων τέῳ περιβαλεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν*, i. 129. *f.*

3. *In re Nautica idem valet* *περιβάλλειν* *ac* *περιπλέειν*, Circumnavigare. *τὸν Ἄθων περιέβαλλον*, vi. 44. *m.* *ubi continuo dein* *περιπλέουσι* *eadem notione. Nempe simili ratione etiam* *διαβάλλειν* (ibid. *paulo ante*) *valet* *διαπλέειν*, Navibus trajicere.

II. *Frequenti in usu Medium est*, *περιβάλλεσθαι* *et* *περιβαλέσθαι*, sibi (Sui caussa, Suum in usum) Circumjicere, Circumdare *aliquid*; *verbi gratia*,

1. *Vestem, adeoque* Induere *vestem.* *χλανίδιον λευκὸν περιβαλλόμενος*, i. 195. *a.* *λαβὼν χλανίδα καὶ περιβαλόμενος*, iii. 139. *m. f.* *περιβάλλεται τὸ φᾶρος*, ix. 109. *a.*

2. *Munimentum, Murum.* *τείχεα περιεβάλοντο ἕκαστοι*, i. 141. *f.* *ἕρκος ὑψηλὸν περιεβάλοντο*, vii. 192. *a.* *ἀνειρύσαι τὰς νῆας, καὶ περιβαλέσθαι ἕρκος, ἔρυμα τῶν νεῶν καὶ σφέων αὐτέων κρησφύγετον*, ix. 96. *f.* *et* 97. *m.* *Mira vero structura etiam cum duplici Accusativo*: *τεῖχος περιβαλέσθαι τὴν πόλιν*, i. 163. *f.* *ubi* *τῇ πόλι* *exspectasses, sed vulgatum agnoscunt libri omnes.*

3. *Res quaslibet* Suum in usum Circumdare, Colligere et Includere, Sibi adquirere, Sibi comparare, Potiri. *ἰδίῃ περιβαλλόμενος ἑωυτῷ κέρδεα*, iii. 71. *f.* *πολλὰ ἔσωσε χρήματα τοῖσι Πέρσῃσι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιεβάλετο*, viii. 8. *a.* *τὰ λοιπὰ αὐτέων* (*nempe* *τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν ἀνθρώπων*) *ἤλαυνον περιβαλλόμενοι παρά τε Μαρδόνιον καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον*, Reliqua circumvenientes, cingentes; *sive* Colligentes et suum in usum vertentes.

III. *Passivum, notione Medii*, (*num.* 3.) *et quidem Plusquamperfectum notione Imperfecti vel Perfecti*: *ἀπονητὶ πόλιν καλλίστην Ζάγκλην περιεβεβλήατο*, (*Ion.*

pro περιεβέβλητο) Potiti sunt, vi. 24. *extr. Participium Præt.* τὸ περιβεβλημένον, Id quod circumjectum est, Circuitus, Ambitus, Septum. ἐν τῷ περιβεβλημένῳ τούτῳ νηὸς ἔνι, ii. 91. *a. m.*

Περιβόητος, (Clarus, Celebris) ἐν τῇ ποιήσει, *Vit. Hom.* 24. *f.*

Περιβολή, ῆς, ἡ, Circuitus. οἰκίης μεγάλης περιβολή, Ædium magnarum circuitus, Vasto circuitu ædes, iv. 79. *a.*

Περιγίνεσθαι, 1. Superesse, Superstitem esse, Adhuc in vivis esse, Salvum evadere. ἱστόρεον ὅτέῳ τρόπῳ περιγένοιτο, i. 122. *a.* συλλαβὼν τῆς στρατιῆς τοὺς περιγενομένους, v. 46. *m.* οἱ περιγενόμενοι ἀπαλλάσσοντο, v. 64. *f.* 87. *a.* vii. 230. 232. 233. *m.* viii. 6. *extr.* Σάλαμις περιγίνεται, viii. 60, 2. *m.* τῶν αἱ νῆες περιεγένοντο, viii. 92. *f.* vii. 195. τῶν αἱ νῆες περιεγεγόνησαν, viii. 93. *extr.* μοῦνος περιεγένετο τούτου τοῦ πάθεος, Solus huic cladi Superstes fuit, Ex hac clade Salvus evasit, v. 46. *m.*

2. Superare, Superiorem discedere. τέλος οἱ Μασσαγέται περιεγενέατο. (*Ion. pro* περιεγένοντο) i. 214. *m.* ἢν περιγένηται αὕτη ἡ πόλις, vi. 109. *m.* οἷοί τε εἰμὲν περιγενέσθαι τῇ συμβολῇ, vi. 109. *f. Construitur cum Genitivo personæ.* πειρᾶσθαι ἐκείνων περιγενέσθαι, i. 207. *m. f.* πολυτροπίῃ τοῦ βασιλῆος περιγενέσθαι, ii. 121, 5. *m. Sed et cum Accusativo, si vera est scriptura,* τοὺς Ἕλληνας—χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι καὶ ἅπασι ἀνθρώποισι, ix. 2. *f. quem ad locum vide quæ in Var. Lect. adnotavi. Cum ista constructione nescio an conferri possit dictio, quæ ex Plutarcho adfertur,* περιγίγνεσθαι τὰ Ὀλύμπια, *qua ratione alias* νικᾶν τὰ Ὀλύμπια *dicunt Græci. Conf.* Περιεῖναι.

Περιγράφειν, Circumscribere. περιγράφει τῇ μαχαίρῃ ἐς τὸ ἔδαφος τοῦ οἴκου τὸν ἥλιον, Solem (solis lumen quod per caminum in conclave incidebat) cultro circumscripsit (circumcirca descripsit) in pavimento conclavis, viii. 137. *f.*

Περιδέειν, Circumligare. περισφύριον περιδέεται (sibi circumligat) γυνή, iv. 176.

Περιδεής, Territus, Metu perculsus. περιδεὴς γενόμενος τῇ ὄψει, (*sive* ὄψι,) vii. 15. *a.* τοὺς δὲ, περιδεέας γενομένους, v. 44. *a.*

[Περιείλησιν *olim edebatur* ii. 123. *f. ubi nunc* Περιήλυσιν, *quod vide.*]

Περιειλίσσειν, Circumvolvere. περειλίξαντες τὸ βυβλίον περὶ τὰς γλυφίδας τοῦ τοξεύματος, viii. 128. *m.*

Περιεῖναι, *i. q.* περιγίνεσθαι, *nempe* 1. Superesse, Superstitem esse. τῇ σεωυτοῦ μοίρῃ περίεις, i. 121. *m. ubi alii vulgo* περιεῖς, *sicut et* i. 124. *a. m.* (*vide utrobique Var. Lect.*) ἔστι ὁ παῖς καὶ περίεστι, i. 120. *a.* ἐστ' ἂν πυνθάνηται περιεόντα τὸν πατέρα, iii. 53. *f.* ὡς περιείη ὁ Κύρου Σμέρδις, iii. 74. *extr.* τὸν ἀδελφεὸν εἴλευ περιεῖναί τοι, iii. 119. *f.* οὐκέτι περιεὼν ἐβασίλευε, v. 39. *a.* vi. 103. *m.* μὴ δειλίῃ δόξειε περιεῖναι, vii. 107. *m.* ἑλόμενοι τὴν Ἑλλάδα περιεῖναι ἐλευθέρην, vii. 139. *f.* αὐτοί τε περιῆσαν καὶ αἱ νέες αὐτέων, vii. 188. *f.* οὕτω διαφυγὼν μὴ ἀπολέσθαι περιῆν, vii. 194. *f.* σέο τε περιεόντος καὶ ἐκείνων (*sive:* εὖ κειμένων) τῶν πρηγμάτων·—ἢν γὰρ σὺ περιῇς, viii. 102. *m. f.*

2. περιεῖναι, Superare, Superiorem esse. ὡς δόξαι τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν περιέσεσθαι τῆς βασιλῆος, iii. 146. *a.* πολλὸν γὰρ περιέασαν (*Ion. pro* περιῆσαν) πλήθεϊ οἱ Πέρσαι, ix. 31. *a. ubi alii vulgo* περίεσαν. *Vide Var. Lect.*

Περιείρειν, Circum inserere. περὶ γομφοὺς πυκνοὺς καὶ μακροὺς περιείρουσι τὰ διπήχεα ξύλα, Circum clavos ligneos frequentes et prælongos Inserunt et innectunt bicubitalia ligna, ii. 96. *a. N.*

Περιέλασις, Circumactio. τὸ μέσον τῶν οἰκημάτων ἔλιπον τεθρίππῳ περιέλασιν, Spatium reliquerunt quo quadrigæ Circumvehi possent, i. 179. *m. f.*

Περιελαύνειν, 1. Circum equitare, Obequitare. ἥρπαζον περιελαύνοντες τοῦτο ὅ τι ἔχοιεν ἕκαστοι, i. 106. *a.* 2. *Passiv.* περιελαυνόμενος τῇ στάσει (*sive* στάσι), Circumactus, Ultro citroque agitatus, Fatigatus seditione; *nisi fortasse rectius intelligas* In angustias redactus, i. 60. *a. coll. Lexic. Polyb. h. v.*

Περιέπειν, Prosequi, Tractare *aliquem*, Agere *tali quodam modo cum aliquo.* ἅτε πολεμίους περιέπουσι (αὐτοὺς), ii. 69. *a.* περιέποντες αὐτοὺς ὡς κάλλιστα ζώοντας, ii. 69. *m.* τούτους περιεῖπε εὖ, (*Imperf.*) i. 73. *m.* καί μιν Ἄμασις εὖ περιεῖπε, ii. 169. *m.* περιεῖπον ὡς ἀνδράποδα, vii. 181. *f.* τρηχέως κάρτα περιέσπε (*Aor.* 2.) αὐτοὺς, i. 73. *m. f.* 114. *m. N.* vi. 44. *m.* τὸν παῖδα ἀεικείῃ τοιῇδε περισπεῖν, (*Aor.* 2. *Infin.*) i. 115. *m.* τοὺς προπόλους τρηχέως περισπεῖν, ii. 64. *b. Futurum:* εἰ δὲ μὴ, περιέψεσθαι (αὐτοὺς) ὡς πολεμίους, vii. 149. *extr.*

Passivum: οἱ Μῆδοι τρηχέως περιείποντο, Male accepti sunt, vii. 211. *a.* περιέφθησαν τρηχέως ὑπ' αὐτῶν, viii. 27. *a. m.* περιεφθ. τρηχύτατα, vi. 15. *a.* τρηχέως περιεφθέντες ὑπ' αὐτῶν, v. 1. *a.* 81. *a.* viii. 18. *a.*

Περιεργάζεσθαι, Nimium (Supervacaneum) facere. *Præt. Pass. notione Activa:* τῷ θυλάκῳ περιεργάσθαι, Nimium fecisse illos, (Nimis loquaces fuisse) quod Saccum, *quem satis fuerat ostendisse,* diserte *etiam* nominassent, iii. 46. *b. ubi alii vulgo* περιειργάσθαι. *Vide Var. Lect. et Notas, et conf. verbum* Ἐργάζεσθαι *suo loco.* τί περιειργάζοντο (Quas tandem nugas egerunt) δοκέοντες πρῶτοι ἀνθρώπων γεγονέναι, ii. 15. *m.*

Περιέρχεσθαι, 1. Circumire, Circumvenire. περιελθόντες πάντοθε περισταδὸν, vii. 225. *extr.*

2. ἐς τινὰ *vel* ἐς τὶ, Mutata vice transire ad aliquem: *vel*, in aliquid. ἡ ἡγεμονίη περιῆλθε ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσου, i. 7. *a.* Qui olim liberi et sui juris fuerant, hi αὖτις ἐς τυραννίδας περιῆλθον, i. 96. *a.* ἐς Δαρεῖον περιῆλθε ἡ βασιληΐη, i. 187. *m.* μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν, iii. 65. *f.* ὡς ἡ βασιληΐη περιεληλύθοι ἐς τοῦτον, iii. 140. *a.* ἐς ἐκεῖνον περιῆλθε ἡ πρυτανίη, vi. 111. *a.* ἐς φθίσιν περιῆλθε ἡ νοῦσος, vii. 88. *b.* *Quibus in locis* περιῆλθε ἐς *idem valet ac* περιῆλθε καὶ ἀπῖκται ἐς *etc. Completa formula legitur* vii. 158. *m. ubi* περιελήλυθε ὁ πόλεμος καὶ ἀπῖκται ἐς ὑμέας.

3. περιέρχεσθαι τινὰ, Circumvenire aliquem, 1. *eadem notione qua Latine* Circumvenire *dicimus, pro* Fallere, Decipere. σοφίῃ μιν περιῆλθε ὁ Φάνης, iii. 4. *m.* 2. Vice versa invenire, attingere aliquem. Πανιώνιον οὕτω περιῆλθε ἥ τε τίσις καὶ ὁ Ἑρμότιμος, viii. 106. *extr. ubi* ἡ τίσις καὶ ὁ Ἑρμότιμος *idem valet ac* ἡ τίσις τοῦ Ἑρμοτίμου, *et* περιῆλθε *idem sonat ac* ἐκ περιόδου μετῆλθε, Vicissim persecuta est. *Confer omnino*, iii. 136. *a.*

Περιέσχατα, τὰ, Extrema quæ circumcirca sunt. καίεσθαι τὰ περιέσχατα, i. 86. *f.* τὰ περιέσχατα νεμομένου τοῦ πυρὸς, v. 101. *m.*

Περιέχεσθαι, 1. *verbum Medium, proprie*, Circumplecti, Amplecti, Adhærescere; *tum notione ad Animum translata*, Cupere, Studiose velle, Curæ cordique habere, Studiosum esse *alicujus rei aut hominis. Construitur plerumque cum Genitivo.* γευσάμενοι τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, περιέξονται, *nempe* αὐτῶν, Adhærebunt eis, Nolent ea e manibus dimittere, i. 71. *f.* περιεχόμενος τοῦ νεηνίεω, Valde desiderans, Cordi habens juvenem, iii. 53. *a.* τὠυτοῦ (*perperam olim* τὠυτῷ) περιεχόμεθα, iii. 72. *f.* *idem valet ac* τοῦ αὐτοῦ γλιχόμεθα, ibid. *paulo ante.* τοῦ (παιδὸς) περιέχεαι μάλιστα, vii. 39. *f.* ὅκου ὑμεῖς περιέχεσθε τῆς ἡγεμονίης, vii. 160. *m.* καὶ τόδε, τοῦ περιέχεσθε μάλιστα, viii. 60, 2. *Semel cum Infinit. constructum legere memini:* περιείχετο αὐτοῦ μένοντας (*nempe* περιείχετο τούτου, ὥστε αὐτοῦ μένοντας) μὴ ἐκλιπεῖν, Valde cupiebat, Volebat, et Studiose contendebat, ut ibi manentes *etc.* ix. 57. *a.*

II. περιέχεσθαι, *Passiva notione*, Circumveniri, Cinctum, Inclusum esse. ὀρέοντος περιεχομένους, viii. 10. *m. f.* περιεχόμεθα ὑπὸ τῶν πολεμίων κύκλῳ, viii. 79. *extr.* 80. *f. et* 81. *a.*

III. *Olim* vii. 237. *extr. edebatur*, κακολογίης πέρι—περιέχεσθαί τινα κελεύω, *ubi pro* περιέχεσθαι, *quod idem ac* ἀπέχεσθαι *valere videbatur, ex aliis libris* ἔχεσθαι *reposuit Wess. vide Var. Lect. et Not.*

Περιηγέεσθαι τινὶ τὸ οὖρος, Circumducere aliquem (Viam alicui monstrare et eidem præire) circum montem, vii. 214. *a. et f.*

Περιήγησις, ιος, ἡ, *interprete Wesselingio*, "Formam et diligentem ejus descriptionem" *exprimit apud Nostrum*, ii. 73. *m. ubi* Phœnix avis ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος καὶ τὸ μέγαθος. *Vide ibi Not.*

Περιήκειν τι, *i. q.* ἥκειν ἐς τὶ, Pervenisse ad aliquid, Consecutum esse. τὰ σὲ καὶ ἀμφότερα περιήκοντα ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίαι σφάλλουσι, vii. 16, 1. *a. N.* τοῦτον τὸν ἄνδρα φαμὲν τά τε ἄλλα πάντα περιήκειν τὰ πρῶτα, καὶ δὴ καὶ ἀκούειν ἄριστα *etc.* vi. 86, 1. *m. N.*

Περιήλυσις, ιος, ἡ, Circuitus, Rotatio. τὴν περιήλυσιν αὐτῇ (τῇ ψυχῇ) γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι, ii. 123. *f. N. ubi perperam olim* περιείλησιν.

Περιημεκτέειν, (*Ion. i. q.* δυσφορεῖν, ἀνιᾶσθαι) Graviter, Inique ferre, Lamentari. περιημεκτέων τῇ συμφορῇ δεινῶς, i. 44. *a.* iii. 64. *a.* τῇ δουλοσύνῃ, i. 164. *a.* τῇ ἀπάτῃ, iv. 154. *f.* τῇ ἕδρῃ, ix. 41. *a.* μᾶλλόν τι περιημέκτεε, i. 114. *m. f.* οὗτοι γὰρ μάλιστα ἐκπεφευγότων περιημέκτεον, Hi enim maxime ægre ferebant quod effugissent *barbari*, viii. 109. *a.*

Περιθέειν, *proprie* Circum currere; *inde translata notione*, ἕτερον ἔσωθεν τεῖχος περιθέει, (*sic enim scribendum existimo pro vulgato* περιθεῖ,) Intus alius Circumductus est murus, i. 181. *a.*

Περιθύμως ἔχειν, Valde iratum, Ira accensum esse, i. 162. *f. Conf. Not. ad* iii. 50. *f.*

Περιϊδέειν *aut* Περιϊδεῖν, Sinere, Pati, Permittere. περιϊδέειν αὐτὸν ἀεῖσαι, i. 24. *m.* ἤν τούτους περιΐδῃς διαρπάσαντας, i. 89. *a.* μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν, iii. 65. *f.* οὐκ ἄν με περιεῖδες, *scil.* ποιεῖν αὐτὸ, Tu non passus esses (passurus eras) ut id facerem, iii. 155. *m.* περιεῖδε (αὐτὸν) χρήσασθαι, iv. 113. *m.* μηδενὶ τρόπῳ περιΐδητε ἡμέας διαφθαρέντας, iv. 118. *m.* viii. 75. *f.* περιεῖδον ἐμβαλόντα τὸν βάρβαρον, ix. 6. *m.* περιείδετε ἐσβαλόντα, ix. 7, 2. *m.*

Περιϊέναι, (*ab* εἶμι, Eo,) *ut* περιέρχεσθαι, Circumire, Mutata vice transire, devolvi in alium. γυναῖκες περιϊοῦσαι, Circumeuntes, vi. 58. *a.* ἡ ἀρχὴ ἐς τὸν παῖδα τοῦτον περιϊοῦσα, i. 120. *m. f. N.* οὐδὲ ἡ βασιληΐη ἐς Ἀλέξανδρον περιήϊε, ii. 120. *m.* ὁ κύκλος τῶν ὡρέων ἐς τὠυτὸ περιϊὼν, In idem rediens, ii. 4. *m.* χρόνου περιϊόντος, Circumacto tempore, Interjecto tempore, ii. 121, 1. *m.* iv. 155. *a. N.*

Περιϊστάναι, *unde Aor. sec.* περιστῆναι, Circumstare. *περιστάντες αὐτὸ (τὸ θηρίον) κύκλῳ*, i. 43. *a. Activum περιστήσαντες Vide in Var. Lect.* iv. 2. *m. ubi nunc περιστίξαντες.*

Περικαλλὴς χώρη, Perpulcra terra, vii. 5. *f.*

[Περικαμπή. *Perperam olim περικαμπὰς, pro περὶ καμπὰς, edd. et ms. F.* i. 125. *f.*]

Περικατῆσθαι, Circumsedere, Obsidere. *τῶν περικατημένων αὐτὸν*, Qui circa eum sedebant, iii. 14. *m. περικατημένῳ τὴν Νῖνον*, Obsidenti Ninum, i. 103. *f. περιεκατέατο (Ion. pro περιεκάτηντο) πόλιν*, vi. 23. *a.* viii. 111. *a. περικατημένων Ἀθηναίων τὴν Αἴγιναν*, ix. 75. *a.* v. 126. *extr.*

Περικεῖσθαι, Circumjacere, Circumpositum esse. *Sed, περικείμενοι τελαμῶνας περὶ τοῖσι αὐχέσι*, Circumposita habere lora circa cervices, i. 171. *m.*

Περικληΐειν, Includere, Circumcludere. *πεδίον περικεκληϊμένον οὔρεϊ πάντοθεν*, iii. 117. *a. et ἐκ τοῦ περικληΐοντος οὔρεος τούτου ῥέει ποταμὸς, paulo post* ibid. *Sic et* vii. 199.

Περικτίονες, οἱ, (*i. q.* περίοικοι,) Circum habitantes, Finitimi, vii. 148. *m. in Orac. Conf.* Ἀμφικτίονες.

Περικυκλοῦσθαι, *activa notione*, Cingere, Includere. *ὅτι σφέας περιεκυκλέοντο τῇσι νηυσὶ οἱ βάρβαροι*, viii. 78.

Περιλαμβάνειν, Circumdare, Circumvenire, Comprehendere, Capere. *ἐπεὰν αὐτὸν περιλάβῃς*, Postquam eum in potestate habueris, v. 23. *extr. ὡς δὲ πανοικίῃ μιν περιέλαβε*, viii. 106. *m. ἐκυκλέοντο ὡς περιλάβοιεν αὐτοὺς*, viii. 16. *a. Conf.* Πέριξ *num.* 1.

Περιλέπειν, Decorticare, Corticem (librum arboris) circumcirca decerpere. *τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν περιλέποντες*, viii. 115. *a. m.*

Περιλεσχήνευτος, ὁ, ἡ, Sermonibus hominum celebratus, ii. 135. *extr. N.*

Περίμετρον, ου, τὸ, Circuitus, Mensura circumferentiæ. *εὖρος δὲ, τὸ περίμετρον αὐτοῦ ποιεῦσα εἴκοσι καὶ τετρακοσίων σταδίων*, i. 185. *m. f. τῆς (λίμνης) τὸ περίμετρον τῆς περιόδου εἰσὶ στάδιοι ἑξακόσιοι etc.* ii. 149. *a. περίμετρον αὐτῆς εἰσὶ σχοῖνοι ἐννέα*, ii. 41. *m. ubi olim περίμετρος edd.*

Περιμήκης, ὁ, ἡ, Ingens, Permagnus. *λίθους μεγάθεϊ περιμήκεας*, ii. 108. *a. ἀνδρόσφιγγες περιμήκεες*, ii. 171. *a. ἀγκύρας κατῆκαν περιμήκεας*, vii. 36. *a. ubi ἐπιμήκεας ms. F.*

Περινέειν *et* Περινηέειν, Circumcirca adcumulare, Cumulum circumstruere, Adgesto cumulo circumdare. *περινέειν ὕλῃ τὸ ἄλσος*, vi. 80. *a. περινηῆσαι τὴν οἰκίην ὕλῃ*, ii. 107. *m. et mox, περινηήσαντα δὲ*, ibid. *ὕλην περινήσας, scil. αὐτοῖς aut τῷ πύργῳ, vel περὶ τὸν πύργον*, iv. 164. *m. Conf.* Νέειν *et* Νηέειν.

Πέριξ, 1. *Adverbium*, Circumcirca. *πέριξ ὑπορύσσοντες τὸ τεῖχος*, v. 115. *extr. πέριξ λαμβάνειν τινὰ*, Circumdare. *πέριξ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον λαβούσας καὶ κεντεύσας*, v. 87. *m. conf.* Περιλαμβάνειν.

2. *Præpositio, promiscue regens Genitivum vel Accusativum. πέριξ τοῦ τείχεος πύλαι ἐνεστᾶσι ἑκατὸν*, i. 179. *m. πέριξ αὐτοῦ (τοῦ ἱροῦ) φοίνικες πεφύκασι*, ii. 91. *a. πέριξ αὐτοῦ γρυπῶν κεφαλαί εἰσι*, iv. 152. *f. N. ubi πέριξ αὐτὸ alii. πέριξ αὐτὰς ἵστατο ὅμιλος ἀνδρῶν*, i. 196. *a. πέριξ αὐτὸν δάφναι ἑστᾶσι*, iv. 15. *extr. ubi ex uno ms. Arch. πέριξ αὐτῶν adscivit Wess. προσβολὴν ποιευμένου πέριξ τὸ τεῖχος*, iii. 158. *a. ὠκεανὸν ῥέοντα πέριξ τὴν γῆν*, iv. 36. *m. πέριξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι*, iv. 180. *a.*

Περιξυρέειν, Circumtondere. *περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους*, Circum tempora capillos tondent, iii. 8. *f.*

Περίοδος, ου, ἡ, Circuitus, Ambitus. *ἡ περίοδος τοῦ τείχεος*, i. 163. *f. περίοδος τῆς λίμνης μακρὴ*, i. 185. *f. (ubi plures quidem probati alioquin libri μακρὸς præferunt. conf. voc.* Ὁδός.) *γελῶ ὁρέων Γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς*, iv. 36. *m. ubi intelliguntur libri, Γῆς περίοδος inscripti. ἔχων χάλκεον πίνακα ἐν τῷ γῆς ἁπάσης περίοδος ἐνετέτμητο*, v. 49. *a. N. ἐξαγγείλαντες τῶν Περσέων τὴν περίοδον*, Circuitum Persarum circa montem, vii. 219. *a.* 223. *a.* 229. *m.*

Περιοικέειν, Circum habitare. *τῶν σφεας περιοικεόντων ἀμείνους*, v. 78. *m. Conf.* Περίοικος.

Περιοικὶς, ίδος, *fæm. ad masc.* περίοικος *pertinens. περιοικίδες πόλεις*, Circumjacentes, Vicinæ urbes, i. 76. *a. m. ἔκ τε τῶν ἄλλων περιοικίδων καὶ δὴ καὶ ἐκ Καρδίης πόλιος*, ix. 115.

Περίοικος, ὁ, ἡ, Circum habitans, Vicinus. *οἱ περίοικοι Λίβυες*, iv. 159. *m. Θηραίων καὶ τῶν περιοίκων*, iv. 161. *f. αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι*, i. 175. *ubi περιοικεῦσι præfert cod. F. quod valet περιοικέουσι, a verbo περιοικέειν*, Circum habitare. Spartanorum Periœci *memorantur* vi. 58. *f. et* ix. 11. *extr. N.*

Περιοπτέος, η, ον, Negligendus. *οὔ σφι περιοπτέη ἐστὶ ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη*, vii. 168. *a. ἡμῖν τοῦτό ἐστι οὐ περιοπτέον, γένος τὸ Εὐρυσθένεος γενέσθαι ἐξίτηλον*, Nobis non est negligendum (Per negligentiam ferendum aut committendum) ut etc. v. 39. *m.*

Περιορᾷν, *ut* περιϊδέειν, Negligere, *adeoque* Sinere, Pati *ut aliquid fiat. ὁ δὲ πυλουρὸς καὶ ὁ ἀγγελιηφόρος οὐ περιώρεον*,

scil. αὐτὸν ἐσιέναι aut ἐσιόντα, iii. 118. m. f. iv. 203. m. πνεύματα ἀνέμων ἐμπίπτοντα οὐ περιορᾶν τὴν θάλασσαν φύσει τῇ ἑωυτῆς χρῆσθαι, vii. 16, 1. m. μὴ περιορᾶν αὐτοὺς συλλεγομένους ἔτι πλεῦνας, ix. 41. f.

Περιπέμπειν, Circummittere. οἱ περιπεμφθέντες, i. 48. a.

Περιπετὴς, ὁ, ἡ, Ad cadendum (Ad incidendum in malas res) pronus. Subitæ rerum mutationi in deteriorem partem obnoxius. περιπετέα ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πράγματα, Res suas ipsi in summum discrimen adduxerunt, viii. 20. a. *ubi mox de eisdem ait,* παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα.

Περιπίπτειν, Incidere; 1. *notione magis propria, qua* Incidere in aliquem *dicimus pro* Occurrere, Inopinato obviam venire. τῷ δὴ—ὁ Πὰν περιπίπτει, vi. 105. a. περιπίπτειν σφι κέλητα, viii. 94. a. *ubi de* amica navi *agitur,* οἱ Φοίνικές οἱ περιπίπτουσι τῇσι νηυσὶ, vi. 41. a. *ubi hostes quidem erant Phœnices, sed* περιπίπτουσι *nil aliud significat nisi* Inciderunt, Inopinato occurrunt; *non, ut Valla acceperat,* Circumvenerunt illum. ταρασσομένων τῶν νεῶν καὶ περιπιπτουσέων περὶ ἀλλήλας, viii. 16. m. f. N. τῇσι σφετέρῃσι νηυσὶ φευγούσῃσι περιέπιπτον, viii. 89. extr.

2. *Translata notione, qua Latine etiam dicimus* Incidere in calamitatem. πρότερον περίπιπτοντες ἀδίκοισι γνώμῃσι, i. 96. f. οὗτοι τοιαύτῃσι περιέπιπτον τύχῃσι, vi. 16. extr. πόλιν δουλοσύνῃ περιπεσοῦσαν πρὸς ἀνδρῶν βαρβάρων, vi. 106. m. ἐπὶ συμφορὴν περιέπεσε *inde a Gron. edebatur* vii. 88. a. *ubi nos* ἐνέπεσε *cum aliis.* μὴ σοὶ (*al.* σὺ) ἑωυτῷ περιπέσῃς, Ne tua ipsius culpa in malum incidas, Ne tibi ipse causa sis exitii, i. 108. m. f. N. "*Quasi dicas (ait Æm. Portus)* Ne in te ipsum cadas. *Est enim metaphora sumta ab ædificiis, quæ* propria mole in se ipsa corruunt"—*Simili ratione ait Noster,* viii. 16. a. ὁ Ξέρξεω στρατὸς ὑπὸ μεγάθεός τε καὶ πλήθεος αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε. *Thucydides vero,* ii. 65. extr. αὐτοὶ ἐν σφίσι περιπεσόντες ἐσφάλησαν.

[Περιπλανᾶσθαι, *pro vulgato ex librorum consensu* πεπλανῆσθαι vii. 16, 2. *corrigendum præter necessitatem censuerat Valck. ubi temere et prorsus perperam* περιπλανῆσθαι *edidit Borh.*]

Περιπλέειν *et* Περιπλώειν, Circumnavigare. ἐπιπεσών σφι περιπλέουσι, *nempe* τὸν Ἄθων, vi. 44. m. περιπλώοντες τὴν Εὔβοιαν, viii. 14. m. τὴν Λιβύην, iv. 42. f.

Περίπλοος, όου, ὁ, Circumnavigatio. δείσαντες τὸν περίπλοον τοῦ Ἄθω, vi. 95. f.

Περιποιέειν τινὰ *vel* τὶ, *i. q.* ποιέειν τινὰ περιεῖναι, Facere ut aliquis (*aut* aliquid) supersit, Integrum conservare, Salvum præstare. συνήδεσθαι μὲν Κροίσῳ περιεόντι, ἐκείνους μέντοι τοὺς περιποιήσαντας οὐ καταπροΐξεσθαι, iii. 36. extr. περιποιῆσαι τὰ ἱρὰ τὰ σφέτερα καὶ τὰ ἴδια, vi. 13. f. διαφθεῖραι καὶ περιποιῆσαι, Sive perdere, sive servare, vii. 52. m. περιποιῆσαί μιν περὶ πλείστου ἐποιήσαντο, vii. 181. m.

Περιῤῥαντήριον, τὸ, Vas lustrale, aqua consecrata repletum, qua adspergebantur et purgabantur qui templum ingrediebantur. περιῤῥαντήρια δύο ἀνέθηκε Crœsus in templo Delphico, i. 51. m.

Περιῤῥηγνύναι, Circumfrangere. κατὰ τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα περιῤῥήγνυται ὁ Νεῖλος, Ad apicem τοῦ Delta frangitur Nilus et illud utrimque includit, ii. 16. f.

Περίῤῥοος *et* Περίῤῥυτος, ὁ, ἡ, Circumfluus. ἐούσης πάσης τῆς Κνιδίης, πλὴν ὀλίγης, περιῤῥόου, i. 174. a. Λιβύη ἐοῦσα περίῤῥυτος, iv. 42. a. iv. 45. a. *Conf.* Ἀμφίῤῥυτος.

Περισπεῖν *vide in* Περιέπειν.

Περισπερχέειν, *i. q.* περισπερχῆ εἶναι *et* περισπερχθῆναι, Indignari, Offensum, Iratum esse. Λοκρῶν περισπερχεόντων τῇ γνώμῃ ταύτῃ, vii. 207. N. *Conf.* Σπέρχεσθαι.

[Περισσεύειν, *vide* Διαπερισσ.]

Περισσὸς, Supervacuus, Curiosus. τούτους καὶ ἄλλα μηχανᾶσθαι περισσὰ, καὶ δὴ καὶ *etc.* ii. 32. a.

Περισσῶς, Sumtuose, Magnifice. *Inde Comparat.* περισσότερον τῶν ἄλλων θάψας τὴν θυγατέρα, ii. 129. f.

Περισταδὸν, Circumstando, Circumcirca, ii. 225. extr.

Περιστέλλειν, 1. Rite componere, Curare, Exornare. τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἱστιαίου λούσαντας καὶ περιστείλαντας εὖ ἐνετείλατο θάψαι, vi. 30. extr. N. *ubi* εὐπρεπῶς *olim edd. pro* εὖ, *quæ particula non tam ad* περιστείλαντας, *quam ad* θάψαι, *refertur.* ἓν πόλισμα ποιήσασθαι, καὶ τοῦτο περιστέλλοντας, τῶν ἄλλων ἧσσον ἐπιμέλεσθαι, i. 98. m. *ubi tam* Exornare *quam* Tueri *intelligere possis, generatim vero* Curare.

2. Protegere, Tueri, Defendere. τὸν νόμον περιστέλλοντες, iii. 31. f. τοὺς νόμους τούτους ἰσχυρῶς περιστέλλοντες, ii. 147. f. τὸ τοιοῦτο περιστέλλειν, Tale institutum tueri, iii. 82. extr. οὕτω περιστέλλουσι τὰ σφέτερα νόμαια, iv. 80. extr. περιστέλλειν ἀλλήλους, ix. 60. m.

Περιστεφανοῦν, Corona cingere, Undique cingere. οὔρεσι περιεστεφάνωται πᾶσα Θεσσαλίη, vii. 130. a.

Περιστίζειν, *proprie* Circumpungere; *sed apud Nostrum,* Continua serie circum collocare. περιστίξαντες κατὰ τὰ ἀγγήϊα τοὺς τυφλοὺς, iv. 2. m. f. *ibique Var. Lect. et Not. Alia verbi constructio occurrit,* iv. 202. τῶν γυναικῶν τοὺς μαζοὺς ἀποταμοῦσα, περιέστιξε τούτοις τὸ τεῖχος,

Abscissas mulierum mammas, continuata serie circa murum suspendit.

Περιστρωφᾶσθαι, Circumvagari. περιστρωφώμενον πάντα τὰ χρηστήρια, viii. 135. *a.*

Περισφύριον, τὸ, Fascia pedum malleolis (*ornatus caussâ*) circumligata, iv. 176.

Περισχίζεσθαι χῶρόν τινα, *i. q.* σχίζεσθαι περὶ τὸν χῶρον, *de Fluvio, qui* Circa aliquem locum discinditur, *id est*, Utrimque circumfluit illum, ix. 51. *f.*

Περιτάμνειν, (*Ion. pro* περιτέμνειν) 1. Circumcirca incidere. *Hinc in Medio;* Sibi circumcirca incidere. *Mulieres in luctu ob mortem regis* βραχίονας περιτάμνονται, iv. 71. *a. m. Sed* τὰ αἰδοῖα περιτάμνονται, Circumcidunt viri, ii. 36. *m.* 104. *m.* 2. περιτάμνειν τί τινι, Circumcidere (Minuere) alicui aliquid, Eripere ei rem, Privare illum re sua. *Hinc Passivum:* περιταμνόμενοι γῆν πολλὴν, iv. 159. *m. idem quod* στερισκόμενον πολλῆς χώρης, ibid.

Περιτείνειν, Circumtendere, iv. 73. *f. Vide in* Πῖλος, *num.* 2.

Περιτιθέναι τί τινι, Tribuere, Conferre, Dare, Tradere, alicui aliquid. περιθεῖναι ἄλλῳ τέῳ τὴν βασιληΐην, i. 129. *f.* τούτοισι περιθέωμεν τὸ κράτος, iii. 81. *f.* (*conf.* Περιβάλλειν, *num.* i. 1.) τὴν ἐλευθερίην ὑμῖν περιτίθημι, iii. 142. *f. quo de loco quæ in Var. Lect. adscripsi, ea indicta velim.*

Περιτίλλειν, Circumcirca avellere, Decerpere (*folia lactucæ*). φασὶ, θρίδακα τὴν γυναῖκα περιτῖλαι, iii. 32. *f. N. et mox,* περιτετιλμένη ἡ θρίδαξ, *cui opponitur* δασεῖα ἐοῦσα, *et* ibid. *paulo post ponitur verbum* ἀποψιλῶσαι *tamquam fere synonymum* τοῦ περιτῖλαι.

Περιτροπὴ, ἡ, Conversio in orbem. ἐν περιτροπῇ, In orbem, Per vices. τάδε ἐν περιτροπῇ ἐκαρποῦντο, καὶ οὐδαμᾶ ὤυτοὶ, ii. 168. *m.* ἐν περιτροπῇ αἱ γυναῖκες φοιτέουσι τοῖσι Πέρσῃσι, iii. 69. *f.*

Περιτρόχαλα κείρεσθαι, In orbem tonderi, iii. 8. *f. N. Conf.* Τροχοειδής.

Περιϋβρίζειν, Magna contumelia adficere, Admodum contumeliose agere *cum aliquo*, tractare *aliquem*. ὧδε περιϋβρίσμεθα, i. 114. *extr.* περιϋβρισμένος πρὸς αὐτῶν, ii. 152. *a.* μ. ταῦτα περιϋβρίσθαι, iii. 127. *m.* περιϋβριζόμενοι ὑπὸ τῶν Κυρηναίων, iv. 159. *m. Quæ verba tamquam Herodotea Henr. Steph. in Thes. Gr. Ling. citat,* τὸν βασιλέα ἡμέων περιϋβρίσας ἐξέβαλε, *ea in Musis legere non memini.*

Περιφάνεια πολλὴ τῆς χώρης ἐστὶ, Multa notitia est regionis, Satis cognita hæc regio est, iv. 24. *a. N.*

Περιφερέες, *vide Var. Lect.* iv. 33. *m. ubi nos cum aliis* Περφερέες *edidimus, nec tamen spernentes alteram scripturam.*

Περιφέρειν, 1. circumferre. τῇ οὐ περιήνεικε τὸν λέοντα, i. 84. *m. et mox,* περιενειχθέντος τοῦ λέοντος τὸ τεῖχος, ibid. *et mox rursus,* κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος περιενείκας. *Tum,* περιφερομένου ἐνιαυτοῦ, Circumacto anno, iv. 72. *a.*

2. *Notanda formula:* οὔτε μέμνημαι τὸ πρῆγμα, οὔτε με περιφέρει (Neque mihi in animum (in memoriam) redit, revolvitur) οὐδὲν εἰδέναι τουτέων, vi. 86, 2. *m. N.*

[Περιφθάναι, Prævenire, Antevertere, *in Schulzii Indice Græcitatis Herodoteæ citatur ex* viii. 27. *At, quod ibi legitur* περιέφθησαν *ad verbum* Περιέπειν *pertinet, quod vide.*]

Περιφλεύειν, *i. q.* περιφλύειν *et* περικαίειν, Adurere, Amburere. τειχέων περιπεφλευσμένων πυρὶ, v. 77. *m. N. ubi quidem præter rationem solicitata ista scriptura est a Viro docto.*

Περιφορητὸς, *sive, ut apud Suidam,* περιφόρητος, Qui circumportari potest, Portatilis. οἰκήματα περιφορητὰ, iv. 190. *extr.*

Περιχαρὴς, *i. q.* λίαν χαίρων, Vehementer gaudens. γελάσαντα καὶ περιχαρέα γενόμενον, iii. 35. *m.* ix. 49. *a.*

Περιψιλοῦν, Nudare. τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας, ix. 83. *m. Conf.* Ἀποψιλοῦν.

Περόνη, ης, ἡ, Acus, Subula, Fibula. κεντεύσας τῇσι περόνῃσι τῶν ἱματίων, v. 87. *m.*

Πέρσης, ὁ, Persa. *Accusat.* τὸν Πέρσεα *vulgo edd.* viii. 108. *f. et* 109. *f. sed utrobique* τὸν Πέρσην *ms. F.*

Πέσσειν, Coquere *panem.* αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε, *et mox* ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος, viii. 137. *a. m. N.* (*quem locum nescio an spectarit Suidas, scribens:* Πεσσόμενα σιτία, παρ' Ἡροδότῳ, τὰ ὀπτώμενα). *In Medio,* Πέσσεσθαι, Sibi, Suum in usum coquere. οὐδεὶς πέμματα ἐπέσσετο καρποῦ τοῦ ἐνθεῦτεν, i. 161. *f.*

Πεσσὸς, ου, ὁ, Calculus lusorius, Latrunculus. ἡ τῶν πεσσῶν παιγνίη, i. 94. *m.*

Πέτεσθαι, Volare. οὐκ οἷοί τέ εἰσι ὑψοῦ πέτεσθαι, ii. 95. *a. Conf.* Καταπετᾶσθαι.

Πετηνὰ, τὰ, Volucres. τὰ πετηνὰ πολλῷ μέζω ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι χωρίοισι, iii. 106. *a. ubi alii* πετεινά.

Πέτρινος, η, ον, Saxeus. ὄρος πέτρινον, ii. 8. *m.*

Πήγνυσθαι, 1. *verbum Medium,* Compingere, Construere *naves.* νῆας πηξάμενοι, v. 83. *a.* σκηνὰς πηξάμενοι, vi. 12. *f.* 2. *Passivum,* Concrescere. ἅλες αὐτόματοι πήγνυνται, iv. 53. *m.*

Πηδάλιον, τὸ, Gubernaculum, Clavus navis. οὐδὲ πηδαλίοισι χρῆσθαι, iv. 110. *m.* τὰ πηδάλια παρέλυσε τῶν νεῶν, iii. 136. *m. f.*

Πηκτὶς, ίδος, ἡ, Fides, Instrumentum musicum chordis tensum, *de quo consulendus Athenæus et Suidas.* ἐστρατεύετο ὑπὸ συρίγγων καὶ πηκτίδων, i. 17. *a.*

Πηλὸς, οῦ, ὁ, 1. Lutum, Limus. *Ex* πηλῷ *ducuntur* lateres, ii. 136. *f.* 2. Cœnum. ὕδωρ ἐκχέας, πηλὸν οὐ ποιήσεις. πῦρ δὲ ἀνακαίων, πηλὸν ποιήσεις, iv. 28. *a.*

Πῆμα, ατος, τὸ, Damnum quod aliquis patitur, Noxa. πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται, i. 67. *f. in Orac. et* 68. *m. N.*

Πημαίνειν, *i. q.* βλάπτειν, Lædere, Damno adficere. οὔτε ἐπήμαινε οὔτε ἐσινέετο τὴν γῆν, ix. 13. *a.*

Πηχυαῖος, Cubitalis, Cubiti magnitudine. βλαστὸν, ὅσον τε πηχυαῖον, viii. 55. *extr.*

Πῆχυς, εος, ὁ, Cubitus. ὕψος διηκοσίων πηχέων. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι, i. 178. *extr. N.* τοῦ πήχεος ἐόντος ἐξαπαλαίστου, ii. 149. *f.*

Πίδαξ, ακος, ὁ, ἡ, Fons, Scatebra. γῆ ἔπυδρος πίδαξι, iv. 198. *m.*

Πιέζειν *et* Πιεζέειν, Premere, Urgere. μάλιστα τοὺς ἐναντίους ἐπίεσαν, ix. 63. *a.* πολέμῳ πιεσθέντας, iv. 11. *a. ubi perperam* πιασθέντας *olim edd.* πρὸς τὴν πιεζομένην μάλιστα τῶν μοιρέων, ix. 60. *m. f.*

A forma Πιεζέειν *derivatum est Particip. Pass.* πιεζεύμενος, iii. 146. *extr.* vi. 108. *a.* viii. 142. *m. N.*

Πιθηκοφαγέειν, Simiis vesci. πιθηκοφαγέουσι· οἱ δὲ (*nempe* πίθηκοι) ἄφθονοι ἐν τοῖσι οὔρεσι γίνονται, iv. 194.

Πίθος, ου, ὁ, Dolium. πίθους ἀργυρέους Delphos misit Crœsus, i. 51. *m.* Ἐς πίθους κεραμίνους aurum et argentum liquefacta infundebat, iii. 96. *f. Conf.* Κέραμος.

[Πικραίνειν. *Vide* Ἐμπικραίνειν *et* Προσεμπικρ.]

Πικρὸς, Amarus. ὦ πικρὸν ὕδωρ, vii. 35. *m. ubi de* Hellesponto.

Πικρότης, ητος, ἡ, Acerbitas, Durities, Crudelitas (*regis*), i. 130. *a.*

Πῖλος, ου, ὁ, 1. Pileus, Tegmen capitis, *proprie* ex coactili sive lana coacta confectum. Κίσσιοι ἀντὶ τῶν πίλων μιτρηφόροι ἔσαν, *id est,* μίτρας ἐφόρεον, Pro pileis mitras gestabant, vii. 62. *f. Eadem notione* iii. 12. *f. ait,* πίλους τιάρας φορέοντες: *et* vii. 61. *a.* περὶ τῇσι κεφαλῇσι εἶχον τιάρας καλουμένους, πίλους ἀπαγέας: *ubi vide Not.*

2. πῖλος *etiam dicitur* Tegmen latius et amplius ex coactili confectum. *Sic,* Scytha quisque habitat sub arbore, quam hiemali tempore tegit πίλῳ στεγνῷ λευκῷ, æstate vero ἄνευ πίλου, iv. 23. *f. N. Similiter,* ἐπεὰν ξύλα στήσωσι τρία,—περὶ ταῦτα πίλους εἰρινέους περιτείνουσι, iv. 73. *m. f. et* 75. *a.*

Πιμπλάναι, *vide* Πιπλάναι.

Πίναξ, ακος, ὁ, Tabula *geographica,* v. 49. *a. Vide voc.* Περίοδος.

Πίνειν, Bibere. ἐκ τῆς χειρὸς διδοῖ πιεῖν, καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς τοῦ ἑτέρου πίνει, iv. 172. *b.* (γῆ) ὄμβρον πλέω πιοῦσα, iv. 198. *m. N.* διάκορος ἡ γῆ—πίνουσα τὸ ὕδωρ, iii. 117. *f.*

Πιπλάναι, Implere, Complere. *Hinc tert. plur. Imperf. Pass.* δυνάμιός τε πάντα οἱ ἐπιπλέατο, (*Ion. pro* ἐπίπλαντο,) Omnia ei complebantur potentia, (*sive,* quod ad potentiam adtinet,) *id est,* Omni ex parte complebatur et stabiliebatur illius potentia, iii. 88. *f. ubi alii quidem* ἐπιμπλέατο, *sicut et* iii. 84. *f.* ἄρχεσθαι πίμπλασθαι (*non* πίπλασθαι) *præferunt codices plerique. Nomen vero plurale neutrius generis passim etiam alibi cum verbo pluralis numeri construit idem Noster. Sic* πάντα ἐς τούτους ἀνακέαται, iii. 31. *m.* ταῦτα τὰ πλοῖα οὐ δύνανται πλέειν, ii. 96. *m. N.*

Πιπρήσκειν, (*Ion. pro* πιπράσκειν,) Vendere; *a forma primitiva* πράειν, *unde Præt. pass.* πεπρῆσθαι *et Aor. pr. Pass.* ἐπρήθη, ii. 56. *extr. et* πρηθῆναι, i. 156. *a. et id genus alia.*

Πίπτειν, Cadere. 1. *de his qui* In bello Cadunt, Pereunt. ἔπιπτον πολλοὶ ἀμφοτέρων, vi. 101. *m. Sic* πίπτει, vi. 111. *idem valet ac* ἀπέθανε, ibid. *et* ix. 63. *m. et sæpe alibi. Et* πίπτειν ὑπό τινος, Manu alicujus cadere, Ab aliquo interfici. οἱ ἄριστοι ἔπεσον ὑπὸ Ἀθηναίων, ix. 67. *b. Similiter,* μεγάλα πεσόντα πρήγματα ὑπὸ ἡσσόνων, Res magnæ Prostratæ, Eversæ, ab inferioribus, vii. 18. *a. Et* ὁ Ξέρξεω στρατὸς αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε, A se ipse oppressus est, Sua mole corruit, viii. 16. *m. Conf.* Περιπίπτειν, *num.* 2.

2. πίπτειν, Cadere, Evenire, Exitum habere; *sicut Latine dicimus,* Res bene (*sive* male) cecidit. καραδοκήσαντα τὴν μάχην ᾗ πεσέεται, vii. 163. *f.* 168. *m.* ὅκῃ πεσέεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα, viii. 130. *extr.*

Πίρωμις, vox Ægyptiaca, Græco sermone valens καλὸς κἀγαθὸς, ii. 143. *f. N.*

Πίστις, ιος, ἡ, Fides *et* Fidei pignus. τὰς πίστις ποιεῖσθαι, Fidem mutuo dare et accipere, iii. 8. *a. et m.* πίστισι τοιῇσδε χρέωνται, iv. 172. *f.* πίστιν καὶ ὅρκια ἐποιεῦντο συμμαχίης πέρι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, De societate cum Græcis ineunda, ix. 92. *a.* πίστι τε καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι ἐμμένειν τε καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι, ix. 106. *f.* πίστι τε λαβόντες καὶ ὁρκίοισι ἦ μὲν ἕξειν *etc.* iii. 74. *m.*

Πιστὸς, ἡ, ὸν, Fidus, Fide dignus, Certus. πιστὸν γάρ οἱ ἦν τὸ συμβόλαιον, v. 92, 7. *m. Item,* Qui fidem invenit, Cui creditur. τοῖσι ὡς πιστὰ ἦν τὰ λεγόμενα ῥήματα, viii. 83. *a.* τὰ πιστὰ ποιέεσθαι, *i. q.* πίστιν

ποιέεσθαι, iii. 8. *a.*

Πίσυνος, Confisus, Fretus. χρησμῷ πίσυνος, i. 66. 73. *a.* χρηστήριον, τῷ πίσυνος γενόμενος, v. 92, 5. (*ubi, nescio quo errore, absurda scriptura* τῶν πίσυνος *nostram occupavit editionem.*) vii. 10. *a.* 85. *m.* θεοῖσι συμμάχοισι πίσυνοι, ix. 143. *m.*

Πίτυς, υος, ἡ, Pinus arbor. πίτυος τρόπον ἐκτρίβειν τινὰ, vi. 37. *m. et f. N. Est etiam* Loci nomen *ab arbore ductum,* Πίτυς, *in Vit. Hom. cap.* 20. *a. ubi mox memoratur* καρπὸς τῆς πίτυος, ὃν δὴ μετεξέτεροι στρόβιλον, οἱ δὲ κῶνον καλέουσι. *Vide ibi Not.*

Πλαγκτὸς, ἡ, ὸν, *Adject. verbale a verbo* πλάζειν *derivatum,* Errabundus. Cyaneæ insulæ, ἃς πρότερον πλαγκτάς φασι εἶναι, iv. 85. *a.*

Πλανᾷν, Errare facere, Ultro citroque circumducere, ἔδοξε πλανᾷν μὲν οὐκέτι Πέρσας, iv. 128. *a. Sed et* Πλανέειν: *unde,* πλανέονται (Circumvagantur) ἄλλοι ἐς ἄλλας πόλις, ii. 41. *f.* πλανωμένου αὐτοῦ ἐν τῷ λόγῳ, Oberrante, Divagante illo in oratione, ii. 115. *a. m.* ἐνύπνια τὰ ἐς ἀνθρώπους πεπλανημένα, Insomnia circumvagantia et hominibus occurrentia, vii. 16, 2. *et mox,* πεπλανῆσθαι αὗται μάλιστα ἐώθασι αἱ ὄψιες, ibid.

[Πλάσσειν, *vide* Καταπλάσσειν, Ἐμπλάσσειν, Ἀναπλάσσειν.]

Πλατάνιστος, ου, ἡ, Platanus *arbor.* πλατ. χρυσέη, vii. 27. *f.* εὗρε πλατάνιστον, τὴν κάλλεος εἵνεκα *etc.* vii. 31. *b.* ἄλσος πλατανίστων, v. 119. *m.*

Πλατέα *sive* Πλάτεα, Insula in Africæ ora, iv. 151. *f. N.* Πλάταια *et* Πλαταιαὶ, urbs Græciæ, viii. 50. *f. N.*

Πλατὺς, έα, ὺ, Latus, Amplus. χῶρος πλατὺς καὶ πολλὸς, iv. 39. *m. Sed* Salsus, *ubi de* Aqua *agitur.* πλατυτέροισι ἐχρέοντο τοῖσι πόμασι, ii. 108. *f. N.*

Πλέειν, Navigare. *Fut.* πλεύσεσθαι, iii. 135. *m. unde* ἀποπλεύσεσθαι *et* συμπλεύσεσθαι. *Sed pro* πλέειν *frequenter Ionicam formam* Πλώειν, *quam suo loco vide, usurpat Herodotus. Tenent tamen formam* πλέειν *libri omnes, cum alibi passim, tum* ii. 96. *m.* iv. 89. *a. etc. Conf.* Περιπλέειν. *Sic et* νῆσος πλέουσα, Natans insula: *Conf.* Πλωτός.

Πλέειν, Implere, *vide* Πλήθειν.

Πλέθρον, τὸ, Plethrum, Jugerum; *mensura centum pedum, sexta pars stadii.* μέτωπον ἕκαστον, ὀκτὼ πλέθρα, ii. 124. *f.* δισχίλια καὶ δισμύρια πλέθρα τοῦ πεδίου ἐστὶ, vii. 199. *a. Mireris vero* Plethri *mentionem omissam a Nostro* ii. 6. *ubi varias finium mensuras, tam minores, quam majores, commemorat.*

Πλεῖστος *vide sub* Πολλὸς, *et ibidem* Πλέων, Πλέον, Πλεῦν, *et* Πλεῖον.

Πλέκειν, Plectere. κράνεα πεπλεγμένα, vii. 72. *a.* χρέωνται σειρῇσι πεπλεγμένῃσι (contortis) ἐξ ἱμάντων, vii. 85. *m. Ex* vii. 75. *f. temere citat Stobæus* γλυκὺν πλέξας τὸν αἰῶνα, *pro* γεύσας. *Conf.* Διαπλέκειν *et* Καταπλέκειν.

Πλεονεκτέειν, Habendi cupidum esse, Corradendæ pecuniæ inhiare. οὐκ ἐπαύετο πλεονεκτέων, viii. 112. *a.*

Πλεονέκτης, ὁ, Habendi cupidus, Plura quam par est sibi arrogans, Insolens. λόγον ἔχοντες πλεονέκτην, vii. 158. *a.*

Πλεονεξίη, ἡ, Majora quam par est habendi studium, Insolentia nimium sibi arrogans, et iniqua postulans. οὐκ ἀνασχέσθαι τῶν Σπαρτιητέων τὴν πλεονεξίην, vii. 149. *f.*

Πλεόνως, *i. q.* Πλεύνως, *quod vide.* τῇ φιλοινίῃ πλεόνως προσκέεσθαι, iii. 34. *m.*

Πλέος, η, ον, Plenus. βίκους οἴνου πλέους, i. 194. *m.* τάφρος πλέη ὕδατος, i. 178. *f.*

Πλεῦν, *i. q.* πλέον, *vide sub* Πολλός.

Πλεύνως, *i. q.* πλεόνως, Magis quam par est, Nimis, Admodum. πλεύνως οἰνωμένοι, v. 18. *extr.*

Πλευρὸν, τὸ, *et Plur.* τὰ πλευρὰ, Latus, Costæ. ἐτρωματίσθη τοξεύματι τὰ πλευρὰ, ix. 72. *m.*

Πληγὴ, ἡ, *non solum* Ictus, Vulnus; *sed et* Inflictio vulnerum, Verberatio, Pugna *qua* fustibus *mutuo se petunt.* τῷ Ἄρεϊ ταύτην τὴν πληγὴν ἐν τῇ ὁρτῇ νενομικέναι, ii. 64. *m.*

Πλήθειν, *sive* Πλέειν, *i. q.* πληροῦν, Implere. πλῆσαι τὴν πόλιν, i. 107. *a.* καλάμης πλήσαντες τὸ πλοῖον, i. 194. *a. m.* φορτίων πλησ. ibid. θυωμάτων, ii. 86. *m. f.* ὁλκάδα πλήσας ἀγαθῶν παντοίων, iii. 135. *m. f. Medium:* ἐπεὰν τοὺς κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀλείφατος, ii. 87. *a.* μέχρι ὅτου πληθούσης ἀγορῆς *olim edd. et plerique mssti* ii. 173. *a. N. ubi nunc* πληθώρης. *Conf.* Πληθύειν. *Conf.* Ἐκπληθ. *et* Ἐμπλ.

Πλῆθος, εος, τὸ, 1. Multitudo, Magnus numerus. σὺν στρατοῦ πλήθεϊ, Cum numeroso exercitu, ix. 73. *a. m.* οὐκ ἔχοντες πλήθεϊ (*alii,* πλήθεσι) χρήσασθαι, vii. 211. *m.* ἐς τὸ πλῆθος (Multitudinem, Populum, Plebem) φέρειν τὸ κράτος, iii. 81. *a.* τὸ δὲ πλῆθος αὐτέων, Major pars eorum, vii. 89. *extr.*

2. πλῆθος, Quantitas; Numerus quilibet, sive major sit, sive minor. μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στράτευμα, Accusans exercitum suum quod ad numerum spectat; Causatus exiguum numerum (paucitatem) sui exercitus, i. 77. *a.* νέας πλήθεϊ πολλὰς, Naves numero multas, vi. 44. *m. sicut* μεγάθεϊ μέγας.

3. Amplitudo, Magnitudo, *montis, campi, etc.* πεδίον (κατὰ) πλῆθος ἄπειρον ἐς κάτοψιν, i. 204. *a.* ὄρος πλήθεϊ μέγιστον,

καὶ μεγάθεϊ ὑψηλότατον, i. 203. *a. N.* ἡ ἐρῆμος, ἐοῦσα πλῆθος ἑπτὰ ἡμερέων ὁδοῦ, iv. 123. *f. Conf.* Πολλός.

Πληθύειν, Plenum esse, Impleri, Augeri. πληθυούσης ἀγορῆς, iv. 181. *m.* (*Conf.* Πλήθειν.) ὁ Νεῖλος πληθύων, ii. 19. *m.* 20. *a. Passivum,* Πληθύεσθαι, *i. q. activum.* ἐπεὰν πληθύεσθαι ἄρχηται ὁ Νεῖλος, ii. 93. *f. nisi verum est* πλήθεσθαι, *quod ibi offert ms. Arch.*

Πληθώρη, ης, ἡ, 1. Plenitudo. μέχρι ὅτου πληθώρης ἀγορῆς, ii. 173. *a. N.* (*conf.* Μέχρι.) ἐς ἀγορῆς κου μάλιστα πληθώρην, vii. 223. *a.* 2. Satietas. εὐπρηξίης οὐκ ἔστι ἀνθρώποισι πληθώρη, vii. 49. *m. f. Conf.* Πλήρης *num.* 2.

Πλῆκτρον, τὸ, Remus, *nempe* quo pulsatur aqua. τὸ πλοῖον ἰθύνεται ὑπὸ δύο πλήκτρων: *et mox,* ὁ μὲν ἕλκει τὸ πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει, i. 194. *m.*

Πλημμυρὶς, ίδος, ἡ, Æstus maris, Accessus maris. ἐπῆλθε πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, viii. 129. *m. et mox,* αἴτιον τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος, ibid. *f.*

Πλὴν, Præter, Excepto; *passim apud Nostrum, ut apud alios.*

Πλήρης, ὁ, ἡ, 1. Plenus. φορμοὶ ψάμμου πλήρεες, viii. 71. *extr.* ἐπεὰν πλήρης γένηται ὁ ποταμὸς, ii. 92. *a.* τέσσερα ἔτεα πλήρεα, vii. 20. *a.* μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου (τῆς σελήνης) vi. 106. *extr.* 2. Satiatus. ἐπεὰν ταῦτα θηεύμενοι ἔωσι πλήρεες, vii. 146. *extr. Conf.* Πληθώρη *num.* 2.

Πληροῦν, Implere, Complere. ἐπλήρουν νέας εἴκοσι, viii. 1. *m.* vii. 168. *a. m. et f. Hinc Passiv.* ἵνα ᾖ τοι ἀπαρτιλογίη ὑπ' ἐμέο πεπληρωμένη, vii. 29. *f.* πεπληρωμέναι νέες, viii. 46. *a. Activi verbi constructio singularis occurrit* ii. 7. *extr.* ἡ δὲ (ὁδὸς)—πληροῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, *ubi si activa notione accipis,* Hæc via complet istum numerum, *abundabit* ἐς *præpositio, quare Intransitiva quadam notione capiendum fuerit, quasi dicas* Plena est ad hunc numerum *conficiendum. Conf.* Πλήρωσις.

Πλήρωμα, *vocabulum nauticum, quod apud alios Scriptores* Socios navales, Remiges *maxime et* Nautas, *designat,* (*conf. Wess. Not. ad* vii. 96. *et Lexicon nostrum Polyb.*) *apud Herodotum* Naves ipsas cum sociis navalibus et pugnatoribus quibus instructa est *significat.* Λακεδαιμόνιοι ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι· Κορίνθιοι δὲ τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, viii. 43. *a. nempe ad Artemisium iidem* τεσσεράκοντα νέας (*sive* νῆας *malis*) παρείχοντο, viii. 1. *m. Rursus,* Μεγαρέες τὠυτὸ πλήρωμα παρείχοντο τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, viii. 45. *nempe* εἴκοσι νέας, *ut docuerat* viii. 1. *m.*

Πλήρωσις, ἡ, Impletio, Completio. ἐβασίλευσε μῆνας ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίπους Καμβύσῃ ἐς τὰ ὀκτὼ ἔτεα τῆς πληρώσιος, iii. 67. *a. m. N. ubi nomen* πλήρωσις, *sicut in verbo* πληροῦν *supra vidimus, cum præpositione* ἐς *construitur, ut* ἡ πλήρωσις ἐς τὰ ὀκτὼ ἔτεα *sit* Completio octo annorum, *Genitivus vero* τῆς πληρώσιος *pendet ab* ἐπίλοιπος. *Nempe* Septem menses Cambysi reliqui fuerant, (defuerant) ad complendos octo annos.

Πλησιαιτέρω, *Adverb.* Propius. προσεχώρεον πλησιαιτέρω, iv. 112.

Πλησίος, ὁ, Vicinus; *et sicut* ὁ πέλας, Alius, Alter. ἀλλάξασθαι τοῖσι πλησίοισι, vii. 152. *m. ubi continuo dein,* τὰ τῶν πέλας κακά.

Πλησιόχωρος, Finitimus, Vicinus, Cujus fines contigui sunt finibus alterius. *Sic eosdem* τοὺς πλησιοχώρους *dicit et* τοὺς προσεχέας, iii. 89. *a. Similiter* iv. 30. *f. et* iv. 33. *f. ubi non necesse erat accusativum* τοὺς πλησιοχώρους *cum dativo permutare. Vide supra ad voc.* Ἐπισκήπτειν *num.* 2. *notata. Adde* iv. 102. *a. et* 118. *f.* vi. 108. *a. m.*

Πλήσσειν, Percutere, Ferire, Vulnerare. οὔτε πληγέντα (Cominus percussum) οὐδὲν τοῦ σώματος οὔτε βληθέντα, vi. 117. *m.* ἐπλήγησαν, Cladem acceperunt, v. 120. *extr. N. Sic,* μεγάλως πληγέντες, viii. 130. *m.* σὲ συμφορῇ πεπληγμένον ἀχάρι, i. 41. *a. Metaph.* πληγέντες δώροις, Donis perculsi, labefactati, victi, viii. 5. *f. N. Medium:* ἐπλήξατο τὴν κεφαλὴν, iii. 14. *m. quod alias* τύπτεσθαι *et* κόπτεσθαι.

Πλινθεύειν, Lateres fabricare. ἐπλίνθευον τὴν γῆν τὴν ἐκ τοῦ ὀρύγματος ἐκφερομένην, i. 179. *a.*

Πλινθηδὸν συντιθέναι, Laterum in morem componere, ii. 96. *a.*

Πλίνθος, ου, ἡ, Later. ἑλκύσαντες πλίνθους, ὤπτησαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι, i. 179. *a.* πλίνθους εἴρυσαν, ii. 136. *extr.* λίθοι, πλίνθοι, ξύλα, viii. 71. *f. Collective, Singularis pro Plur. ponitur,* i. 179. *a. N. Conf.* Δόμος.

Πλοῖον, τὸ, Navigium *minus.* νέας τε μακρὰς καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα, vi. 48. *extr. N.*

Πλόκαμος, ου, ὁ, Cincinnus. αἱ κόραι πρὸ γάμου πλόκαμον ἀποταμνόμεναι, iv. 34. *a.* vii. 1. *m. N.*

Πλόος, όου, ὁ, (*comm.* Πλοῦς) Navigatio. ἔστι ἐπὶ ἡμέρας τέσσερας πλόος, ii. 29. *a.* τῆς (διώρυχος) μῆκός ἐστι πλόος ἡμέραι τέσσερες, ii. 158. *a.* νῦν με δέξασθε, καὶ ὁ πλοῦς ὑμῖν ἔσται, Et navigare poteritis, Et erit vobis navigatio secunda, *Vit. Hom.* 19. *f.*

Πλώειν, *frequenter usurpat Herodotus pro communi* πλέειν, Navigare. πλώειν ἰθέως ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, viii. 108. *a.*

m. πλῶσαι ἐς Ἰταλίην, i. 24. *a.* ἔπλωσε, iv. 148. *m. f.* πλώσαντες, iv. 156. *f.* τὰς ἑωυτῶν νέας, ἄμεινον πλωούσας, viii. 10. *a. ubi alii quidem* πλεούσας, *alii* πλωεύσας. *Sed maxime in Compositis verbis frequentatur forma* πλώειν: *vide* Ἀναπλώειν, Ἐκπλώειν, Διεκπλώειν, Ἀποπλώειν, Περιπλώειν, *etc.*

Πλωτὸς, ή, ὸν, Navigabilis; *unde Compos.* πρόσπλωτος, *quod vide. Sed* πλωτὴ νῆσος, ii. 156. *a. et m. quæ et* πλέουσα, Natans, Mobilis insula, ibid. *a.*

Πνέειν, Spirare, Flare, *poëtice* πνείειν. ἔνθ' ἄνεμοι πνείουσιν, i. 67. *m. in Orac.*

Πνεῦμα, τὸ, Spiritus, Flatus. πνεύματα ἀνέμων ἐμπίπτοντα (τῇ θαλάσσῃ), vii. 61, 1.

Πνίγειν, 1. *proprie*, Suffocare; *est vero etiam in re* coquinaria *usitatum verbum, de modo quodam parandi cibos; scilicet* "Cum in proprio succo (*ut docuit Casaub. ad Athenæi lib.* ii. *p.* 65, 1. *cap.* 72. *nostræ edit.*) coquuntur carnes intra ollam aut patinam conclusæ ita, ut nullus exhalationibus pateat meatus :——quod genus paraturæ nostri etiam coqui *suffocationem* vocant."—οἳ δ' ἂν καὶ κάρτα βούλωνται χρηστῇ τῇ βύβλῳ χρᾶσθαι ἐν κλιβάνῳ διαφανέϊ πνίξαντες, οὕτω τρώγουσι, ii. 92. *f. quo loco verba ista,* ἐν κλιβάνῳ πνίξαντες, *præeuntibus viris doctis, Valla, Wesselingio et Larchero, interpretatus eram: in furno* torrentes; *satius fuerat dicere*, in clibano (*sive* in testo) suffocantes. *Nam sicut* πνίγειν *non significat* torrere; *sic* clibanus *hoc quidem loco, non* Furnus *intelligi debuit, certe non* Furnus major et immobilis, *quales sunt in quibus panes coquuntur, sed* minor atque portatilis, *adeoque* Testum, Lebes, Olla, Sartago, *aut adfine quoddam* Vasis coquinarii *genus. Vocabulum* κλίβανος *nonnumquam* Lebetem *significare adnotavit Hesychius: et mensæ etiam interdum inlatum fuisse* τὸν κλίβανον *simul cum cibo qui in illo coctus est, intelligitur ex versiculis illis ab Athenæo* (*lib.* iii. *p.* 101. *a.*) *citatis,* ἐν λοπάσιν μ' εὐφραίνεο μήτρης καλὰ πρόσωπα ἐκβολάδος, δέλφαξ ἐν κλιβάνῳ ἡδέα ὄζων. *De verbi* πνίγειν *in re culinaria usu ejusdem Athenæi testimonia citavi in Adnot. ad Herodoti locum, in quo versamur,* ii. 92. *f. sed ibi corrigendum sphalma est, et pro* ix. 365. *f. ponendum* ix. 395. *f.*

Ποδαβρὸς, Delicatus *homo.* Λυδὲ ποδαβρὲ, i. 55. *f. N. in Orac.*

Ποδανιπτὴρ, ῆρος, ὁ, Pelvis pedibus *maxime* lavandis inserviens, *sed* in quam etiam ἐνεμεῖν *et* ἐνουρέειν *consueverant*, ii. 172. *toto cap.*

Ποδαπὸς, ή, ὸν, Cujas, Qua e terra. εἴρετο ποδαπὸς εἴη ὁ στρατὸς, vii. 218. *m. f. Sic et olim,* ποδαπὴ εἴη, v. 13. *a. ubi nunc* ὁποδαπή.

Ποδεὼν, ῶνος, ὁ, Pedunculus, Petiolus; Lacinia. 1. *In Utribus vino repletis*, Lacinia pendula, e qua liquor emittitur. τῶν ἀσκῶν ποδεῶνας λύειν ἀπαμμένους, ii. 121, 4. *a. N.* 2. *Ubi de Regione agitur*, ποδεὼν *dicitur* Extrema pars regionis in angustam veluti laciniam excurrens. τῆς Δωρίδος χώρης ποδεὼν στεινὸς ταύτῃ κατατείνει, viii. 31. *m. N.*

Ποδηνεκὴς, ὁ, ἡ, *Tunica aut toga* Ad pedes usque descendens, Talaris. χρέωνται κιθῶνι ποδηνεκέϊ λινέῳ, i. 195. *a.*

Ποθέειν, Desiderare, Desiderio tangi. ἢν δὲ μὴ ποθῇ μιν, iii. 36. *m. et Aor. pr.* ἐπόθησε τὸν Κροῖσον, ibid. *Sed* ἐπόθεσαν (*per* ε) *dant libri omnes*, ix. 22. *f. N.*

Πόθος, ου, ὁ, Desiderium. ἔλαβε (αὐτοὺς) πόθος τῆς πόλιος, i. 165. *f.* ὥστε ἀποθανόντος αὐτοῦ πόθον ἔχειν πάντας, iii. 67. *m.*

Ποῖ, *Proprie*, Quo, Quem in locum. ποῖ γῆς οἰκημένοι *olim* v. 73. *m. quod nescio an teneri potuerit: equidem cum Schæf.* πῇ *posui, præeunte fere ms. Arch.*

Ποιέειν, 1. Facere, *pervulgata verbi notione.* ποιέειν ἢ παθέειν προκέεται ἀγὼν, vii. 11. *m. Inde Imperfectum frequentativum,* ταῦτα ποιέεσκε πολλάκις, iv. 78. *extr.* ποιέεσκον μὲν οὐδὲν κακὸν, i. 36. *a. ubi subintelligitur alter Accusativus* αὐτὸν, *nempe* τὸν σῦν, Nihil mali fecerunt ei. *Nam sic* ποιεῖν *cum dupl. Accus. construitur:* ἐγὼ ταῦτα τοῦτον ἐποίησα σὺν δίκῃ, i. 115. *m.* ἔλεγε ὅσα ἀγαθὰ Κῦρος Πέρσας πεποιήκοι, iii. 75. *a. m.* τὠυτὸ τοῦτο καὶ Εὐβοέας ἐποίησε. ἐποίεε δὲ ταῦτα τούτους, vii. 156. *f.* ἀργύριον τὠυτὸ τοῦτο ἐποίεε, Idem ipsum argento fecit ille, *nempe* Perpurgavit argentum et ex illo monetam fecit, iv. 166. *m. f. ubi duplicem Accusativum etiam ita accipi possis, quasi Latine dicas* Argentum ille fecit monetam, *id est*, Fecit ut argentum esset moneta. *Nempe simillima ratio est constructio Passivi* Ποιεῖσθαι *cum duplici Nominativo:* τῶν τὰ κέρεα τοῖσι φοίνιξι οἱ πήχεες ποιεῦνται, Quorum cornua fiunt brachia cithararum, *id est*, Quorum e cornibus conficiuntur illa, iv. 192. *a. Porro, sicut pro eo quod plerumque usurpatur* ἱρὰ ἔρδειν, Sacra facere, *reperitur etiam* ποιεῖν ἱρὰ, *veluti* ποιήσαντες καὶ ἐνθαῦτα ἱρὰ, ix. 19. *m. sic in Passivo* τὰ ποιεύμενα τῷ θεῷ, ii. 49. *m. f. sunt* Sacra quæ fiunt huic deo, Sacri ritus qui in honorem ejus peraguntur. νεοχμόν τι ποιέειν, *vide in* Νεοχμός. ἢν μὴ τάδε ἐπιτελέα ποιήσῃ, Nisi hæc ille prorsus perfecisset, effecta dedisset, i. 117. *f.* ποιέειν χρεόν ἐστι ὑμέας, —, ὅκως ἔσται ἡ Ἰωνίη ἐλευθέρη, Faciendum est vobis (Operam dare necesse vobis est) ut *etc.* v. 109. *m.* ποίεε ὅκως, —, ὥς μοι κατα-

στήσης etc. Fac ut, —, ut (inquam) mihi *etc.* i. 209. *extr. N.*

2. *Sicut Latine dicimus* Fac (*pro* Finge *vel* Pone) hoc ita esse, *simili quadam ratione verbum* Ποιέειν *usurpat Noster.* καὶ δή σφεας ποιέω (Pono, Sumo; *Gallice diceres,* je suppose) ἴσους ἐκείνοισι εἶναι, vii. 186. *m.* ποιήσας, ὅτι πλέον ἦν αὐτέων ἢ ἔλασσον, ἀνὰ ὀγδοήκοντα ἄνδρας ἐνεῖναι, vii. 184. *m. N.*

3. ποιεῖν, *de* Poëtis *usurpatum, significat* Versus facere, Carmen componere, Canere, Carmine describere. οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, ii. 53. *a. N.* ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλῆα φήσας εἶναι, iii. 38. *extr.* ἐποίησε Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι πλάνην τὴν Ἀλεξάνδρου, ii. 116. *a.* ἐν αὐτοῖσι τοῖσι ἔπεσι ποιέων ἔφησε *etc.* iv. 16. *m.*

4. δεινὰ ποιέειν, Ægre, Ægerrime ferre, ii. 121, 5. *a.* πολλῷ δεινότερα ἐποίεε, Multo gravius tulit, vii. 1. *a. Ista notione frequentius quidem Medium verbum* Ποιεῖσθαι *usurpatur, sed ne apud alios quidem auctores desunt exempla Activi eadem notione adhibiti; vide Notata ad* iii. 155. *a.*

Medium Ποιεῖσθαι, Ποιήσασθαι, *subinde etiam Præt. pass.* Πεποιῆσθαι, *usurpatur*

1. *de eo quod quis* Sibi *aut* Suum in usum fecit. *Sic* συνθήκας σφίσι αὐτοῖσι ποιέεσθαι, vi. 42. *a.* λητ̀ην ποιεύμενος, Prædam faciens, *nempe* sibi, i. 161. *ubi* τῷ στρατῷ, *quod adjicitur, non accipi debebat pro dativo Personæ cui dux copiarum fecisset prædam; sed (ut commode Portus monuit) locus sic erat vertendus,* Cum suis copiis prædam faciens; *licet facile credi posset magnam prædæ partem militibus fuisse permissam. Sic* ὑπ' ἑωυτῷ (*et* ὑπ' ἑωυτοῦ) ποιήσασθαι *significat* Sibi subjicere, Suam in potestatem redigere, i. 201. *a. cum Var. Lect.* v. 103. *m. f.* vii. 157. *m.* καταστροφὴν εὐπετέως αὐτέων, ἐποιήσαντο, v. 27. *extr.* ἑωυτοῦ ποιέεται τὸ Κύρου ἔργον, Suum facit Cyri factum, i. 109. *a. m.* Σαμίους ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποιήσαντο, ix. 106. *f.* ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, ii. 36. *m.* τῷ ποιευμένῳ ἀπὸ κριθέων τὴν ζόην, *paulo ante* ibid. τῆς στρατιῆς (τῶν νεῶν) ἀριθμὸν ποιεῖσθαι, vii. 59. *extr.* viii. 7. *extr.* ὅρμον ποιέεσθαι, Stationem sibi capere, vii. 193. *extr.* τὸν Δία ἑωυτοῦ μιν ποιήσασθαι θυγατέρα, Adoptasse illam, iv. 180. *f. N.*

2. ποιέεσθαι *usurpatur de Actione Intransitiva quæ intra eum qui agit, neque extra illum per se movet quidquam. Quo pertinent formulæ hujusmodi:* ὀργὴν ποιεῖσθαι, Concipere iram, iii. 25. *a. m. N.* οὐκ ἐποιήσατο ὀργὴν οὐδεμίην, vii. 105. *a. Sic* πένθος ποιέεσθαι *potest significare* Luctu adfici, Lugere; *sed* ii. 1. *a. rectius intelligetur* Luctum externo adparatu demonstrare; *coll.* vi. 21. *m. Rursus vero* θῶυμα ποιεύμενος τὴν ἐργασίην τοῦ σιδήρου, i. 68. *a. idem quod* θωυμάζων ibid. λήθην ποιεύμενος (*i. q.* ἐπιλανθανόμενος, ἐπιλεληθὼς) τά μιν ἐόργεε, i. 127. *m.* βουλὴν ποιεῖσθαι, *i. q.* βουλεύεσθαι, Secum deliberare, Consilium inire, vi. 101. *a.* viii. 40. *m.* ὁδὸν *vel* ὁδοιπορίην ποιέεσθαι, Conficere viam, vii. 110. *a.* 112. *a.* 121. *m.* ii. 29. *m.* πλόον ποιέεσθαι, vi. 95. *m. f.* ὡς μετὰ ταῦτα κοῖτον ἐποιέετο, vii. 17. *a. N.* πρόσχημα ποιεύμενος, Speciem sibi sumens, Prætextu utens, vii. 157. *a. m. Sic* σκῆψιν ποιεύμενος, v. 30. *m. Tum,* πᾶσαν σπουδὴν ποιεύμενος, *paulo post* ibid. ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο (*i. e.* ἀνέβαλλον) τὴν ἀποχώρησιν, viii. 21. *f.*

3. *de Actione Reciproca; de eo quod Mutuo peragitur inter duo vel plures. Sic* δι' ἀγγέλων ποιεύμενος, Per nuncios agens cum illis, vi. 4. *a. N.* διὰ χρηστηρίων ποιεύμενος, viii. 134. *f.* τὸν ἀγῶνα ποιεῖσθαι, viii. 3. *f.* 26. *extr.* ἀπόπειραν αὐτέων ποιήσασθαι, viii. 9. *f.*

4. *Interdum quidem paulo minus in promtu ratio est, cur Medium* ποιεῖσθαι *potius, quam Activum* ποιέειν, *sit adhibitum. Sic, ubi aliquis dicitur* φίλα ποιέεσθαι τῇσι πόλισι, Gratum facere civitatibus, v. 37. *extr. Sic,* προσβολὰς ποιεῖσθαι, iv. 128. *extr.* στρατηῒην ἐποιέετο Harpagus, i. 171. *a. non* suo nomine (*ut Cambyses* ii. 1. *b.*) *sed alterius nomine, nempe Cyri.* τοῦπερ μνήμην ἐποιεύμην *ait Noster* (*non* ἐποίεον) iv. 16. *ubi non, ut* λήθην ποιεῖσθαι *significat* Oblivisci, *sic* μνήμην ποιεῖσθαι Recordari *significat, sed* Facere mentionem, *quemadmodum et* λόγον ποιέεσθαι τινὸς, vii. 113. *m. quod alibi quidem frequentius* Rationem alicujus habere *significat.* ἀπόῤῥητα ποιησάμενοι ταῦτα, ix. 94. *a. coll.* ix. 45. *a. N.* ἣν θυαίην τις δημοτελῆ ποιέηται, vi. 57. *a.* (ἱρὰ ποιέειν, *Activo verbo, supra vidimus.*)

5. *Quemadmodum Latine dicimus,* Magni *aut* parvi Facere, *pro* Æstimare; *sic in Græco sermone verbum* Ποιέεσθαι *cum variis atque variis adjunctis usurpatur, et non solum* Opinionem *nostram* de re aut persona quadam conceptam, *sed et* consentaneam eidem opinioni Adfectionem animi et Agendi rationem *significat: estque iste usus hujus verbi, apud nostrum quidem Scriptorem, latissime patens. De multis pauca adponam exempla.* μέγα (*scil.* πρῆγμα) ποιεύμενος ταῦτα, iii. 42. *m.* μέγα ποιεῦμαι ἀξιεύμενος, ix. 111. *m. f.* μέγα πεποιημένοι (*i. q.* ποιησάμενοι) περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα, viii. 3. *a.* ὡς ἤκουσε ταῦτα— μεγάλα ποιησάμενος, i. 119. *a.* ταῦτα ἀκούσαντας λέγεται πρῆγμα (*nempe* μέγα πρῆγμα) ποιήσασθαι, vii. 150. *f.* τοῦτο

ἤκουσαν μὲν πρῆγμα μέντοι οὐδὲν ἐποιήσαντο, vi. 63. *m. f.* οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι, ii. 86. *a.* τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν, v. 63. *m.* δεινὸν χρῆμα (*et nude*, δεινὸν) ποιεῖσθαι, *vide in* Δεινὸς, *num.* 4. *et conf. Activum* Ποιέειν *num.* 4. *Alia vide infra, in* Συμφορή. περὶ πολλοῦ, περὶ πλείστου ποιέεσθαι, i. 73. *m.* vi. 104. *a.* vii. 181. *m.* viii. 40. *f.* λόγον ποιεῖσθαι τινὸς, ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιεῖσθαι, *et similia, vide in voc.* Λόγος, *num.* ii. 1. διαβεβλημένος οὐκ ἐν ἐλαφρῷ ἐποιεύμην, Non leviter tuli, i. 118. *b. N.* iii. 154. *m. f. N.* οὐκ ἐν ὁμοίῳ ἐποιεῦντο, Non eodem loco habuerunt, vii. 138. *a.* τῶν δὲ—ἐν ἀδείῃ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν, Non tutum existimantibus, ix. 42. *m.* νηοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιεῦνται ἱδρύεσθαι, i. 131. *a. potest intelligi*, Non in more habent templa statuere, *sed rectius (puto) vulgo interpretantur*, Nefas existimant.

6. *Denique ille etiam usus verbi Medii* ποιήσασθαι, *quo significat* Faciendum curare, *apud Nostrum, rarius quidem, occurrit. Sic certe accipiendum hoc verbum* ii. 135. *m. ubi famosa mulier* Rhodopis *memoratur* ποιησαμένη ingentes multos ferreos obelos, quos Delphos dono misit.

Ποίη, ης, ἡ, Herba. βαθυτάτη, iv. 53. *m.* ἐπιχολωτάτη πασέων ποιέων, iv. 58. *a.* τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην κατήσθιον, viii. 115. *a. m.*

Ποίημα, τὸ, Opus. ποίημα ποιησαμένη τοῦτο, Quæ opus hoc (*nempe*, ὀβέλους βουπόρους σιδηρέους) faciendum curavit, ii. 135. *m.* ποιήματα χρύσεα, iv. 5. *m.* χάλκεα καὶ σιδήρεα, vii. 84. *a.*

Ποίησις, ιος, ἡ, 1. Confectio. περὶ τῆς ποιήσιος τοῦ μύρου, iii. 22. *m.* 2. Carminum compositio, Ars poëtica. Ἑλλήνων οἱ ἐν ποιήσει (*sive* ποιήσι *suo more scripsit auctor*) γενόμενοι, Qui in poësi (in condendis carminibus) versati, occupati fuerunt, ii. 82. *m.*

Ποιηφαγέειν, Herbis (*nempe oleribus quæ sponte edit tellus, eorumque radicibus*) vesci. ποιηφαγέοντες διέζωον, iii. 25. *f.* iii. 100.

Ποικίλος, η, ον, 1. Variegatus, Versicolor. κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους, vii. 61. *a.* 2. Perplexus, Ambiguus. *Hinc Neutrum adverbialiter positum*, ἡ πρόμαντις, χρέουσα κατάπερ ἐν Δελφοῖσι καὶ οὐδὲν ποικιλώτερον, vii. 111. *extr.*

Ποίμνη, ης, ἡ, *et* τὸ Ποίμνιον, Grex. τά τε αἰπόλια καὶ τὰς ποίμνας καὶ τὰ βουκόλια, i. 126. *a. ubi* ποίμνας *sigillatim dicit* Ovium greges. διδοῖ τὰ παιδία τρέφειν ἐς τὰ ποίμνια, Tradidit infantes pastori ad greges qui illos aleret, *i. e.* qui illos apud greges aleret, ii. 2. *a. m.* καὶ ὑμῖν γυναῖκές τε καὶ ποίμνια (*alii* ποῖμναι) τίκτοιεν, iii. 65. *f.*

Ποινὴ, ῆς, ἡ, Pœna, Ultio, Satisfactio. ποινὴν τῖσαι Ξέρξῃ τῶν κηρύκων ἀπολομένων, vii. 134. *f.* ποινὴν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς ἀνελέσθαι, Pœnam capere, (Culpæ pretium accipere) pro cæde Æsopi, ii. 134. *f.*

Πολεμαρχέειν, *vide voc. seq.*

Πολέμαρχος, ὁ, Polemarchus; *apud Athenienses.* ὁμόψηφον τὸν πολέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖσι στρατηγοῖσι, vi. 109. *a. N. ubi etiam*, ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν. *Apud Lacedæmonios:* ἐστρατήγεε Εὐαίνετος, ἐκ τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος, vii. 173. *m. N.*

Πολεμέειν τινι, Bellum facere, *et* Πόλεμος, *non modo universum* Bellum, *sed et unum* Prælium, *passim apud Nostrum, ut apud alios scriptores. Singulos locos enotare neglexi.*

Πολέμιος, ὁ, 1. *Substant.* Hostis. *Sic accipiunt etiam* i. 78. *f.* λέγοντες, ἵππον πολέμιόν τε (εἶναι) καὶ ἐπήλυδα: *ubi quidem rectius fortasse Adjective intelligas*, Bellicum (Ad bellum pertinens) animal esse equum. Equus *enim, Lydorum judicio, qui equitatu ipsi (ut docet Noster* i. 79. *extr.) maxime valebant*, bellicum *quidem, nec vero ita facile* hostem *potuit significare.*

2. *Ad Adjectivum* πολέμιος, Bellicus, *pertinet Pluralis*, τὰ πολέμια, *scil.* πρήγματα, Res bellicæ. τὰ πολέμια ἄλκιμος, iii. 4. *a. N. ubi nonnulli quidem* τὰ πολεμικὰ *præferunt, nempe ex scholio.* τῶν περιοικεόντων τὰ πολέμια ἀμείνους, v. 78. *a.* τὰ πολέμια κάρτα δόκιμος, v. 111. *a. ubi miratus sum Schæfero placuisse* πολεμήϊα, *quod in uno cod. Vind. erat repertum.*

3. *Alibi quidem Adjectivum* πολέμιος *significat etiam* Contrarius, Adversarius. δύο τὰ μέγιστα, ἐόντα τοι πολεμιώτατα, vii. 47. *extr. et* 48. *a.*

Πολεμιστήριος, Bellicus, Belli usui destinatus. ἵπποι πάρεξ τῶν πολεμιστηρίων, i. 192. *m. N. ubi* πολεμιστέων, *a Sing.* ὁ Πολεμιστὴς, *ex Aldina revocavit Wess. (vide Var. Lect.)* πολεμιστήρια ἅρματα, v. 113. *a.*

Πολεμιστὴς, ὁ, *vide voc. præc.*

[Πολεμοῦν, *vide* Ἐκπολεμοῦν.]

Πολιὰς, άδος, ἡ, Urbis tutatrix. ἡ Ἀθηναίη Πολιὰς, v. 82. *f. N. Conf.* Πολιοῦχος.

Πολίζειν, Condere urbem. *Non nisi in Præt. Pass. occurrit hoc verbum, apud Herodotum certe, ita quidem* πόλις πεπόλισται *fere nihil aliud significat, nisi* Sita urbs, Situm oppidum est. ἐπ' ᾧ ποταμῷ Σοῦσα πόλις πεπόλισται, v. 52. *extr.* πόλις ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη, iv. 108. *a.* ἐν τῷ (αἰγιαλῷ) Σάλη πεπόλισται πόλις, vii. 59. *f. Sic et* vii. 108. *m.* vii. 199. *a. Etiam de* Regionis situ *usurpatur; nisi intelligamus, consulto de* Pæonia *tamquam de* notabili urbe *locutos illos ho-*

mines esse qui Dario dixerunt, ὡς εἴη ἡ Παιωνίη ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πεπολισμένη, v. 13. *m.*

Πολιήτης, εω, ὁ, (*Ion. pro comm.* πολίτης) Civis, Popularis. πολιήτης πολιήτῃ εὖ πρήσσοντι φθονέει, vii. 237. *m.* τίς τοῖσι πολιήτῃσι δόξω εἶναι, i. 37. *f.* ix. 33. *f.* σέο ἐόντος πολιήτεω, cum tu sis noster popularis, i. 120. *f.* ἐόντι ἠπίῳ κατὰ τοὺς πολιήτας, ii. 129. *m.* σεωυτοῦ πολιήτας, iii. 36. *a.* 80. *m.* οἱ πολιῆται, ii. 160. *m.* τῶν πολιητέων, ii. 167. *m.* iii. 150. *a.* vii. 155. *m. et cet. In* πολιτέων *tamen, absque* η, *consentiunt veteres libri, quod sciam omnes* i. 96. *f. pro quo formam Nostro usitatam* πολιητέων *posuerunt Schæf. et Borh. quos et ego sequi debueram.*

Πολιορκέειν, Obsidere. *Pro* πολιορκεόμενοι, i. 26. *a. codd. nonnulli (nescio an etiam plures)* πολιερκεύμ. *præferunt. Fut. med.* πολιορκησόμενοι *Ionico more passiva notione pro* πολιορκήθησομ. *ponitur*, v. 34. *a. Pro* πολιορκεομένοισι, ix. 117. *a.* πολιορκέουσι *malueram; sed nil mutant libri.* ἐπολιόρκεε τὴν Μίλητον, i. 17. *a. non de vera* Obsidione *intelligitur, quæ* ibid. (*sub finem cap.*) ἐπέδρη *dicitur, sed de* Incursatione et vastatione agrorum.

Πολιορκίη, ἡ, Obsidio, v. 34. *f. et alibi. Conf.* Πολλὸς, *num.* 7.

Πολιοῦχος, ὁ, ἡ, Urbem tenens, Urbis præses. Ἀθηναίη Πολιοῦχος, apud Chios, i. 160. *m. ut* Ἀθ. Πολιὰς *apud Athenienses.*

Πόλις, ἡ, Urbs, Oppidum, Civitas. τῆς πόλιος, τῇ πόλι, αἱ πόλιες *et* αἱ πόλις, τῶν πολίων, ταῖσι πόλισι, τὰς πόλιας *et* τὰς πόλις.

Πόλισμα, τὸ, (*a verbo* πολίζειν) *idem fere quod* ἡ πόλις, *quasi Gallice dicas* un Etablissement, i. 57. *m.* 98. *a. m.* vi. 6. *m.* πόλισμα ὀνομαστότατον καὶ ἰσχυρότατον Βαβυλὼν, i. 178. *a. et b. ubi promiscue* πόλισμα, πόλις, *et* ἄστυ.

Πολιτηΐη, ἡ, (*comm.* πολιτεία) Jus civitatis, ix. 34. *a.*

Πολιτικὸν, τὸ, *i. q.* οἱ πολιῆται, Cives, Populares: *abstractum, quod aiunt, pro concreto*, vii. 103. *a.*

Πολίχνη, ἡ, (*comm.* πόλιχνα,) Oppidulum *interpretantur. Sed* Πολίχνη ἡ Χίων, vi. 25. *extr. videtur esse* Proprium oppidi nomen. *Vid. Not.*

Πολλάκι, Sæpe, ii. 2. *f. ubi quidem codd. nonnulli* πολλάκις *præferunt, quemadmodum et alibi passim.*

Πολλαπλήσιος, (*Ion. pro comm.* πολλαπλάσιος) Multis partibus major, *aut* copiosior. φὰς ἄλλα οἱ πολλαπλήσια ἀντιδώσειν, iii. 135. *f.* πολλαπλήσιά ἐστι τοῦ θέρεος ἤπερ τοῦ χειμῶνος, iv. 50. *f.* δοθῆναί οἱ πολλαπλήσια ἢ Καλλίᾳ, v. 45. *f. N.* στράτευμα πολλαπλήσιον τοῦ ἡμετέρου, vii. 48. *m. Fœm.* πολλαπλησίη, viii. 140, 1. *f.* 143. *a.*

Πολλαχῇ, Multis locis, Multis occasionibus, Sæpe, *ut idem fere ac* πολλάκι *vel* πολλάκις *sonet.* πολλαχῇ ἀνίσχον ἐμεωυτὸν, *interprete Valla*, Frequenter me continui, i. 42. *ubi Wess. cum aliis* ἂν ἴσχον *legens*, Multis me modis continuissem *interpretatur; vide ibi notata. Mihi haud satis liquet.* τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ *etc.* Cum sæpe alias, *aut* Cum aliis multis modis, tum *etc.* vi. 21. *m.*

Πολλαχοῦ, Frequenter, Crebro, Multis nominibus, vi. 122. *a.*

Πολλὸς, ἡ, ὸν, (*Ion. pro comm.* πολὺς) Multus, Frequens, Magnus. 1. *Perraro, nonnullibi tamen, communis forma apud Nostrum occurrit, certe in Accusat. ut* πολὺν χρόνον, iii. 57. *f.* (*pro quo est* πολλὸν χρ. iv. 1. *extr.* v. 28. *a.*) *et* κόλπον πολὺν, vi. 125. *m.* (*vide de utroque loco notata in Var. Lect.*) *et in Acc. Plur.* πολέας ἀνθρώπους, ii. 107. *a. ubi alii quidem codd.* πολλοὺς *exhibent. Nominativum plur.* πολέες *etiam ex Herodoto citavit Gregor. in dialect. Ion.* §. 16. *sed in Musis verba, quæ ab illo citantur, non memini legere. In Neutro,* πολὺ, *cum alibi, tum* ii. 106. *extr. ubi* πολὺ τῆς ἀληθείης ἀπολελειμμένοι. *Sic* πολύ τι *ms. F.* iii. 38. *a. ubi alii (quod sciam) omnes* πουλύ τι *præferunt, formam alioqui non usitatam Nostro, nisi in uno composito nomine,* πουλοπλάνητον ἔθνος, i. 56. *m. si genuina ibi ista scriptura: in reliquis quidem compositis apud eumdem Nostrum communis forma* πολὺς *constanter servatur, ut* πολυάργυρος, πολύγονος *et cet. Hæc de Forma vocabuli; superest ut de Usu ejusdem variis in dictionibus nonnihil subjiciamus.*

2. πλῆθος πολλὸν, Ingens, Vasta multitudo, i. 141. *a.* χῶρος πολλὸς, Ampla, Vasta regio, iv. 39. *m. Sic* λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλὴ, Lacus magnus et amplus, iv. 109. *m. f. Tum* ibid. ἐν τῇ ἴδῃ τῇ πλείστῃ, In densissima sylva *interpretatus sum; poteram* in frequentissima *ponere.* μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο, Magnus et amplus (*sive* late potens) factus es, vii. 14. *b.* ἔθνος πολλὸς *est* Frequens, *i. e.* Copiosus, Numerosus populus, iv. 22. *a. Sic et* πλεῖστοι, iv. 20. *a. intelliguntur* Numerosissimi.

3. παρ' ἡμέας περὶ σέο λόγος ἀπῖκται πολλὸς, i. 30. *m.* οὔνομα αὐτοῦ ἦν πολλὸν παρὰ τῷ βασιλέϊ, iii. 137. *f.* πολλὸν ἦν τοῦτο τὸ ἔπος, Frequenter repetebatur hoc verbum, ii. 2. *f.* ὡς ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων, Ut vulgo narrant Græci, i. 75. *m.*

4. ἦν πολλὸς (Frequens, *i. e.* Multum et frequenter) ὑπὸ παντὸς ἀνδρὸς αἰνεόμενος, i. 98. *a.* πολλὸς ἐνέκειτο λέγων

τοιάδε, vii. 158. a. N. *ubi* πολλὸς (*ut monuit Wess.*) Adfectum et vehementiam *exprimit. Similiter*, πολλὸς ἦν λισσόμενος, ix. 91. *a. et* πολλὸς ἦν ἐν τοῖσι λόγοισι, οἷα κάρτα δεόμενος, Multa magno cum adfectu verba fecit, viii. 59. *a. quod planioribus verbis ait*, ἔλεγον πολλὰ, οἷα κάρτα δεόμενοι, iii. 46. *a.*

5. *Neutrum* πολλὸν *absolute ponitur variis modis.* τὸ πολλὸν ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι, In multitudine existimant inesse robur, i. 136. *a. Plural.* τὰ πολλὰ πάντα, *adverbialiter*, Frequentissime et maximopere. Ἀργεῖοι καὶ Ἄργος (in Homericis carminibus) τὰ πολλὰ πάντα ὑμνέαται, v. 67. *a. ubi commode reddere possis*, Fere non nisi Argivi et Argos laudantur; *quemadmodum* ἔθνεα, τὰ πολλὰ πάντα (Pleraque ex parte, Fere non nisi) ἀπ' ὕλης ἀγρίης ζώοντα, i. 203. *m. Ægyptii*, τὰ πολλὰ πάντα, Plerisque omnibus in rebus, *contrarios aliis hominibus mores habent*, ii. 35. *a.* (*Sed* πεσόντων δὲ τῶν πάντων πολλῶν, v. 120. *extr. non significat id quod imprudens equidem in Latina versione posui*, Cecidere plerique omnes; *verum*, Ceciderunt ex omnibus (*nempe*, ex omnibus sociis) multi, *aut, ut Valck. interpretatus est*, in universum multi. *Rursus Singularis* πολλὸν, *absque articulo, passim refertur ad Tempus: ut*, ὡς δὲ πολλὸν τοῦτο ἐγίνετο, Id quum diu factitarent, iv. 126. *a. Sic* κατέχων πολλὸν τοὺς ἄλλους, Diu detinens cæteros, Multam moram injiciens cæteris, vi. 129. *a. Alibi ad Spatium refertur, et* Multum viæ, Longum iter *significat.* ἐκ τῆς Κολχίδος οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι ἐς τὴν Μηδικὴν, i. 104. *m.* τὸ ἔθνος τοῦτο νέμεται τὴν πρὸς ἠῶ χώρην τῆς Σύρτιος οὐκ ἐπὶ πολλὸν, ii. 32. *a. m. Et inde ducta metaphora:* ἀπέφυγε πολλὸν (longo intervallo) τοὺς διώκοντας, vi. 82. *extr. ubi de* persecutione coram judice, *de* intentata lite capitali *agitur. Similiter dictum est illud*, πολλὸν ἐπεκράτεον, vi. 138. *m. Eodem pertinet, quod* πολλὸν *passim ita adhibetur, ut Latinum* Multum, *quum* Multum interesse *dicimus.* ἔφασαν πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον, i. 126. *m.* οἱ Μάγοι κεχωρίδαται πολλὸν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, i. 140. *m.* 172. *m.*

6. *Denique, ut in communi sermone Græco Comparativis, ac subinde etiam Superlativis,* πολὺ *adjicitur, idem ac* πολλῷ *valens*, Multo, longe, *sic* πολλὸν *apud Nostrum.* πολλὸν ἐλάσσων, i. 77. *a.* πολλὸν ἀλκιμώτερος τῶν προγόνων, i. 103. *a.* ἄχθεα δυνατώτεραι πολλὸν φέρειν, iii. 102. *extr. ubi* πολλῷ *vix uni aut duobus codicibus ex scholio adhæsit. Sed* πολλῷ ἀγεννέστερος *tenent omnes*, i. 134. *a. quod respondet præcedenti ibidem* ὑποδεέστερος ὀλίγῳ. *Rursus vero*, Αἴγυπτον πολλὸν δουλοτέρην ποιήσας, vii. 7. *m. ex plerorumque librorum consensu; et* πολλὸν κρέσσων, viii. 136. *f.* πολλόν τι μάλιστα πάντων, Longe maxime omnium, i. 56. *a. sed* πολλῷ πλείστους, Longe plurimos, v. 92, 5. *extr.* νέας πολλῷ πλείστας, viii. 42. *extr. Subinde vero etiam, pro* πολλὸν, *communem formam* πολὺ *tenet; ut*, νηῶν πολὺ πλεόνων, vii. 160. *m.*

7. *Comparativus*, Πλέων, *gen.* πλέονος *et contr.* πλεῦνος. *Neutr.* πλέον, *contracte* πλεῦν: *semel (quod adnotaverim)* πλεῖον *tenent libri omnes* i. 192. *m. Masculini et fœminini generis exempla de multis pauca hic subjiciam. Genit. sing.* πλεῦνος, i. 97. *a.* 202. *m. et Fœmin.* πολλῷ πλεῦνος εὐτυχίης, iii. 40. *a. Masculini aliud e Nostro exemplum citat Suidas (voc.* Πλεῦνος*) hujusmodi*, ὡς δὲ τοῦ πλεῦνος ἐδέετο ἡ πολιορκίη, ἀπηλλάσσοντο: *quæ verba ubinam in Musis legantur, mihi nunc non succurrit. Accus. sing.* οὐ πλεῦνα χρόνον, ix. 111. *f. sed et* τὸν στρατὸν τὸν πλέω, vi. 28. *extr. et* τὴν πλέω στρατιὴν, vi. 81. *a. Nominat. plur.* πλεῦνες, Plures, i. 82. *m.* ii. 63. *a. Sed* οἱ πλεῦνες, Major pars, Plerique, ii. 120. *a.* αἱ πλεῦνες, i. 199. *a. Genit. plur.* νεῶν (*vel* νηῶν) πολὺ πλεύνων, vii. 160. *m.* ix. 38. *a. Dativ. plur. pro* πλέοσι *apud Nostrum (locum jam indicare non valeo) mss. Arch. et Vind.* πλεόνεσι *præferunt. Accus. plur.* πολλῷ πλεῦνας, Multo plures, i. 211. *f.* τοὺς πλεῦνας, Majorem partem, i. 106. *m. Sic* τὰς πλεῦνας τῶν γυναικῶν, i. 1. *f.* ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας, Cum pluribus communicare, iii. 72. *f. Sic*, περὶ σπονδέων ἀνοίσειν ἐς τοὺς πλεῦνας, *i. q.* ἐς τὸ πλῆθος, ἐς τὸν δῆμον, vii. 149. *m.*

8. *Neutrum Comparativi*, Πλεῦν, *ut*, καὶ πλεῦν ἔτι τούτου καὶ ἔλασσον, ii. 19. *a.* ἐγὼ αὐτῆς (τῆς συμφορῆς) τὸ πλεῦν (Majori ex parte, Maxime) μέτοχός εἰμι, iii. 52. *m.* προειδότος πλεῦν τι, ix. 41. *f. Semel* Πλεῖον, i. 192. *m. ex librariorum fortasse arbitratu. Plerumque* Πλέον *partim adjective positum, partim adverbialiter.* πολλῷ πλέον εἶχον τῶν Λακεδαιμονίων, Multo plus habuerunt quam Lacedæmonii, *i. e.* Multo eis fuerunt Superiores, ix. 70. *a. Similiter*, πλέον αἰεί κοτε ὑμέων ἐφερόμεθα, Semper vobis fuimus Superiores, viii. 29. *a.* εἴ τι ἐνορέω πλέον, Si quid amplius video, (*nempe*, Amplius quidem quam id quod in oculos incurrit,) i. 89. *a.* οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τουτέων, ix. 107. *f. et* 121. *extr. quibus quidem ambobus in locis fortasse pro more suo Herodotus* οὐδὲν ἐπὶ πλέον, *eamdem in sententiam, scripserat, ut* vii. 42. *a. ubi vide Not. et locos ibi citatos;* ii. 171. *a.* (*ubi* εἰδότι μοι ἐπὶ πλέον περὶ τούτων) v. 51. *extr. ubi junguntur* ἐπὶ πλέον (*sive una*

voce ἐπιπλέον) ἔτι, *tum* v. 125. *b. ubi* ἐπὶ πλεῦν ἢ πρότερον, *denique* ix. 41. *a. ubi* οὐδὲν ἐπὶ πλεῦν ἐγίνετο τουτέων, *consentientibus libris omnibus.* πλέον *adverbialiter positum,* Magis, *cum alibi habes, tum in ista dictione,* πλέον μέντοι ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη *etc.* viii. 100. *a. conf.* Γνώμη, *num.* 2.

9. *Superlativus* Πλεῖστος, *ut in communi sermone. Inde formula,* πλεῖστοι ὅσοι, *de qua in voc.* Ὅσος. *Superlativus loco Comparativi positus:* πλεῖστα θωυμάσια ἔχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη, ii. 35. *a. N. ubi per ellipsin post* πλεῖστα *intelligitur* καὶ πλέονα. *Denique notentur dictiones hujusmodi,* ταύτῃ καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλεῖστός εἰμι, vii. 220. *a. et aliæ eodem pertinentes, quas supra sub voc.* Γνώμη *num.* 2. *adposui.*

Πόλος, ου, ὁ, Polus, Horologium; *sive potius* Instrumentum definiendis anni partibus inserviens, ii. 109. *f. N.*

Πολυάργυρος, ὁ, ἡ, Multum argenti possidens. Λυδοὶ πολυαργυρότατοι, v. 49. *m.*

Πολυαρκὴς, Ad multa sufficiens, Multis modis utilis et fructuosus. πολυαρκέστατος ποταμὸς, Uberrimus fluvius plurima et multiplicia commoda præstans, iv. 53. *a.*

Πολύγονον ζῶον, Fœcundum, Fœtu abundans animal, iii. 108. *a.*

Πολυήρατος, ὁ, ἡ, Valde amabilis. πολυήρατον Λιβύην, iv. 159. *in Orac.*

Πολύκαρπος, ὁ, ἡ, *non solum* Multos fructus ferens; *sed et, apud Nostrum quidem,* Multos fructus capiens; Opulentus, præsertim terræ frugibus. Φρύγες πολυπροβατώτατοι καὶ πολυκαρπότατοι, v. 49. *m.*

Πολυμηκάδες αἶγες, viii. 20. *in Orac.* Multum-mecantes.

Πολυπλάνητος *ms. F.* i. 56. *m. ubi vulgo* Πουλυπλ. *quod vide infra.*

Πολυπρηγμονεῖν, Res novas moliri, iii. 15. *a. Adfinis est formula,* τί πολλὰ πρήσσεις; Cur rebus alienis te immisces? v. 33. *f.*

Πολυπρόβατος, Multos greges alens, *vide in* Πολύκαρπος.

Πολὺς, *vide* Πολλός.

Πολύτιτος, ὁ, ἡ, Valde honoratus, *et* Valde honorandus, *ut in Orac.* οὔτις σε τίει, πολύτιτον ἐόντα, v. 92, 2.

Πολυτροπίη, ἡ, Versutia, Astutia. πολυτροπίῃ περιγενέσθαι τοῦ βασιλῆος, ii. 121, 5. *m.*

Πολυφάρμακος, ὁ, ἡ, Multa veneficia habens. πολυφάρμακε Κίρκη, *Vit. Hom.* 32. *f. in Carm. quod* Caminus *inscribitur.*

Πολύφημος, ου, ὁ, ἡ, *alias passive,* Famosus, Celeber, *sed apud Nostrum in Orac. active,* Clamosus. ἐς πολύφημον ἐξενείκαντας, v. 79. *a. N. quod* ibid. *interpretantur* ἁλίην, Concionem populi.

Πολύφορτος, ὁ, ἡ, Multas habens sarcinas, Opulentus. οὐ πολύφορτος, ἀλλὰ βραχέα τοῦ βίου ἔχων, *Vit. Hom.* 1. *m.*

Πολυφροσύνη, ἡ, Versutia. ἐπιπλῆχθαι ἐπὶ τῇ πολυφ. τε καὶ τόλμῃ τἀνθρώπου, v. 121, 6.

Πολυψήφις, ὁ, ἡ, *Gen.* πολυψήφιδος, *penult. longa, ut* εὐκνήμις, ιδος *penult. producta,* (*non, ut alii,* πολυψηφὶς, ῖδος: *conf. Eustath. Iliad.* α'. *p.* 20, 25. *ed. Bas.*) Calculis, Lapillis abundans. πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον, *in Orac.* i. 55. *conf. Var. Lect. et Not.*

Πόμα, τὸ, Potus. πόμα εἶναι γάλα, iii. 23. *a.*

Πομπὴ, ἡ, Missio, Missus. θείῃ πομπῇ χρεώμενος, Divinitus missus, Instinctu, Impulsu divino usus, i. 62. *f.* (*idem quod* ἐνθεάζων, *cap.* 63. *a.*) iii. 77. *a. N.* iv. 152. *m.* περιπίπτειν σφι κέλητα θείῃ πομπῇ, viii. 94. *a.*

Πομπὸς, οῦ, ὁ, Comes qui aliquem deducit. πομποὺς ἅμα (σύν σοι) πέμψω, i. 121. *m.* 122. *m.*

Πονέεσθαι, *Passiv.* Occupari. περὶ τὤγαλμα πεπονέαται (*i. q.* πεπόνηνται,) Circa simulacrum occupati sunt, ii. 63. *a.*

Πόνος, ου, ὁ, Labor; *usurpatur de* Belli labore, *de* Gravi et periculoso conflictu. ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ (Marathonia pugna) ὁ πολέμαρχος διαφθείρεται, vi. 114. *a. N. ubi temere olim glossa* πολέμῳ *pro* πόνῳ *in contextum recepta erat. Pariter* ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ, viii. 89. *a. ubi de* Prælio navali ad Salaminem. *Sed et* vii. 190. *a. ubi de* Tempestate *agitur* quæ Persicam classem adflixit, ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ *ait,* In hac calamitate.

Ποντικὸν δένδρεον, Pontica arbor, Corylus, *avellanas ferens,* iv. 23. *m.*

Ποντοπόροι ναῦται, *Vit. Hom.* 19. *a.* Pontigradi nautæ.

Πόντος, ου, ὁ, Mare. *Sic de* Mari *Ægæo.* τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ νήσοισι, ii. 97. *a. Et nude* ἐς τὸν πόντον, iv. 99. *m. N. ubi intelligitur* Mare adluens Atticam illamque circumfluens; *sed eodem cap. paulo ante,* ἐς Πόντον *intelligitur* in Pontum Euxinum. *Rursus* iv. 177. *a. de ora quadam Libyæ loquens,* ἀκτὴν προέχουσαν ἐς τὸν Πόντον *dicit,* πόντον mediterraneum mare *intelligens. Denique* iv. 8. *a.* insulam Erytheam prope Gades ἔξω τοῦ Πόντου sitam *memorans,* πόντον *videtur* Universum mare mediterraneum *dicere; quamquam* ibid. *paulo ante* οἱ τὸν Πόντον οἰκέοντες *haud dubie sunt* Ponti Euxini accolæ.

Πορεύεσθαι, *ut vulgo, sic apud Nostrum,* Abire, Discedere, Proficisci. πορευόμενοι παρὰ βασιλῆος, vi. 95. *a.* ὀψόμενον εἰ πορεύεσθαι ἐπιχειρέοιεν, εἴ τε καὶ μὴ διανοεῦνται ἀπαλλάσσεσθαι, ix. 54. *f. et cet. Sic*

vulgo etiam accipiunt, viii. 107. *f.* νῆας διαφυλαξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλέϊ, *ubi intelligunt* Naves custodituras regi pontes (ὥστε πορευθῆναι) quibus transiret et in Asiam discederet. *Qua in interpretatione, quod ad sententiam spectat, nihil desideres; sed videndum tamen ne Passivo verbo* πορευθῆναι *alia quædam vis insit. Mihi quidem oborta suspicio erat, Activum* πορεύειν *non solum, ut vulgo interpretantur,* Mittere *aut* Adducere *significare, verum etiam (fere ut* στέλλειν) Ad iter parare; *unde præscriptis verbis, vi Passivæ vocis, hæc inesset sententia:* Naves custodituras pontes ut essent regi ad transeundum parati; *vel,* observaturas, curaturas, ut pontes regi ad transeundum essent parati.

Πορθέειν, 1. Vastare, Diripere, Populari, Evertere. πᾶν τὸ ἄστυ ἐπορθέετο, i. 84. *f.* τοὺς χώρους αὐτέων ἐπόρθεον, i. 58. *f.* τὰς πόλιας ἐπόρθησαν, iv. 148. *extr.* v. 116. *extr.* 2. Oppugnare. χώματα χῶν πρὸς τὰ τείχεα ἐπόρθεε (τὰς πόλιας), i. 162. *extr. Sic et Diodor. Sicul. cum alibi, tum* xv. 5. τὴν πόλιν ἐπόρθουν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλασσαν.

Πυρθμεύεσθαι, Navibus trajicere, ii. 97. *a.*

Πορθμεὺς, έος, ὁ, Portitor, Nauta qui homines trans fluvium aut trans mare pervehit, i. 24. *a. m.*

Πορθμήϊον, τὸ, (*i. q.* πορθμεῖον) Ponto; Navis portoria, transvehendis hominibus aut mercibus inserviens. ἄλλον ἄλλῃ ἀγινέοντας σιτία ὁλκάσι τε καὶ πορθμηΐοισι, vii. 25. *m. N. ubi* πορθμηΐσιν *præfert ms. Arch.* (*tamquam a Sing.* ἡ Πορθμηΐς) *quod non aspernabatur Wess. Inde* Πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια, Loci nomen *ad Paludem Mæotidem*, iv. 12. *a. N. et* 45. *a. Apud Stephanum Byzantinum* Πόρθμια.

Πορθμὸς, ὁ, Fretum. κατέχον μέχρι Μουνυχίης πάντα τὸν πορθμὸν τῇσι νηυσὶ, viii. 76. *m.*

Πόρος, ου, ὁ, 1. Trajectus, *et per metonym.* Pons qui præbet transitum. *Sic* λύσαντες τὸν πόρον, iv. 136. *f. idem valet ac* τὴν γέφυραν *paulo ante* ibid. *Sic et* iv. 140. *f. Et* λύσοντας τὸν πόρον, viii. 111, 3. *idem sonat ac* λύσοντας τὰς γεφύρας, viii. 108. *a. m. Denique* viii. 115. *a. ait* ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς διαβάσιος, Pervenit ab locum ubi (*sive,* ad pontem per quem) trajecerat fretum. 2. Via ac ratio *perveniendi ad id quo tendimus.* ὡς οὐκ ἐδύνατο πόρον οὐδένα τούτου ἀνευρεῖν, ii. 2. *a.* ἐπεὶ οὐδεὶς πόρος ἐφαίνετο τῆς ἁλώσιος, iii. 156. *m. f.*

[Πόῤῥω, *vide* Πρόσω.]

Πορσύνειν, Præbere, Parare, Curare, Administrare. περὶ πλείστου ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν, ix. 7. *a. conf.* Πρεσβύτερος.

Πορφυρεὺς, έος, ὁ, Purpurarius. συμμίσγουσι ἀνδρὶ πορφυρέϊ, iv. 151. *m.*

Ποσειδέων, έωνος, ὁ, *qui vulgo* Ποσειδῶν, Neptunus, i. 50. *f. et cet. Vide Indic. Rer. et Pers.* Ποσειδάων, *in Vit. Hom.* 17. *f.*

Ποσιδήϊον, τὸ, Neptuni templum. κόλπον τὸν ἐπὶ τοῦ Ποσιδηΐου, Ad Neptuni templum. *Alibi,* τοῦ Ποσειδέωνος ὁ νηὸς, viii. 129. *f.*

Πόσις, ιος, ἡ, Compotatio. εἰλαδὸν συγγίνεσθαι ἐς πόσιν, i. 172. *m.*

Ποσσίκροτος, ὁ, ἡ, Pedibus pulsatus *saltando*, i. 66. *m. in Orac.*

Πότιμος, ὁ, ἡ, Potabilis. τὰ πότιμα ὕδατα, viii. 22. *a.*

Πότνιαι, αἱ, Eumenides. τὸ τῶν Ποτνιέων ἱρὸν, ix. 97. *a.* πότνια Νίκη, Alma Victoria, viii. 77. *f. in Bacidis oraculo.*

Ποτνιάνακτος, ὁ, ἡ, Dominatu venerandus. Σμύρνην ποτνιάνακτον, *Vit. Hom.* 14. *m.*

Ποτὸν, τὸ, Potio, Potus. σῖτα καὶ ποτὰ, v. 34. *a.*

Πουλύ τι, *pro* πολύ τι, iii. 38. *a. et* Πουλυπλάνητον ἔθνος, i. 56. *a. vide supra in* Πολλὸς, *num.* 1. *Etiam pro* Πολιούχου, i. 160. *m. olim* Πουλιούχου *edebatur. vide Var. Lect.*

Ποὺς, ποδὸς, ὁ, Pes. ἐδίωκον ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον, ix. 59. *f.* Ἀθηναῖοι ὡς ποδῶν εἶχον τάχιστα ἐβοήθεον, vi. 116. *a.* ξύλινον πόδα, ix. 37. *f.* Pes mensura, quatuor continet palmas: τῶν ποδῶν τετραπαλαίστων ἐόντων, ii. 149. *f.*

κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων, E vestigio me sequens cum exercitu, ix. 89. *m.*

ἐν ποσὶ, Ante pedes, In proximo. πάντα τινὰ τὸν ἐν ποσὶ γινόμενον, Obvium quemque, iii. 79. *a.* αἱ χεῖρες τῶν κολοσσῶν (Manus ligneorum colossorum, *quæ vetustate deciderant*) ἐν ποσὶ αὐτέων ἐοῦσαι, Ante pedes, (Ad pedes) illorum jacent, ii. 131. *extr.* ἐκ ποδῶν, Procul. βουλόμενον ἐκ ποδῶν εἶναι, vi. 35. *f.* (*ubi alii quidem* ἐκποδὼν *una voce.*) ὡς ποδῶν εἶχον, vi. 116. *a. m.* ix. 59. *b.* τῇ κατὰ πόδας ἡμέρῃ, Proxime insequente die, *ex Herodoti libro* iii. *citat H. Steph. in Thes. Gr. Ling. T.* iii. 503. *h. et post illum alii: quorum verborum in Musis sedem subtilius indicare nunc quidem non possum.*

Πρέπει, Decet. *Construitur cum Infinitivo, sive expresso sive (ut sæpe apud Nostrum) subintellecto. Sic,* τίσασθαι οὕτω ὡς κείνους πρέπει, *nempe* ὡς πρέπει τίσασθαι ἐκείνους, iv. 139. *f.* ἀπήλλαξαν οὕτω ὡς κείνους ἔπρεπε, viii. 68, 1. *extr. ubi, sicut et in superiori exemplo, verbum* πρέπει *non Accusativum regit, sed subintellectum Infinitivum* ἀπαλλάξαι, *cui junctus est Accusativus,* κείνους: Ita accepti sunt uti æquum erat ut illi acciperentur.

Similiter, in illa phrasi, Τοιγάρ σφι Μαρδόνιος δίκας δώσει τοιαύτας οἵας ἐκείνοισι πρέπει, viii. 114. *extr. idem verbum* πρέπει *non regit Dativum* ἐκείνοισι, *sed regitur hic dativus a subintellecto verbo* διδόναι, Talem illis pœnam dabit, qualem æquum est dare talibus hominibus. *Conf.* Ἐμπρέπειν.

Πρεσβεύειν τινὸς, *i. q.* πρεσβύτερον εἶναί τινος, Natu majorem esse, vii. 2. *m. N.*

Πρεσβυγενείη, ἡ, Primogenitura, *quasi dicas* Prioritas nativitatis. κατὰ πρεσβυγενείην τετίμηται μᾶλλον, vi. 51. *extr.*

Πρεσβύτερος, Antiquior, Honore dignior. τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν, v. 63. *a. m.* (*Conf.* Πορσύνειν.) *De* Antiquitate generis *habes* ii. 2. *extr.* πρεσβυτέρους *i. q.* προτέρους ibid. *a.*

Πρῆγμα, τὸ, (*Ion. pro comm.* πρᾶγμα, 1. Res, Negotium. σοὶ δὲ καὶ τούτοισι πρήγμασι τί ἐστι; Tibi et hisce rebus quid commune est? Ad te quid pertinent hæ res? v. 33. *f. N.* σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι εἶναι μηδὲν πρῆγμα, Sibi nihil esse negotii cum Atheniensibus, v. 84. *extr. Etiam de* Persona *vocabulo* πρῆγμα *utitur Noster.* ἦν μέγιστον πρῆγμα Δημοκήδης παρὰ βασιλέϊ, iii. 132. *extr.*

2. *Nudum voc.* πρῆγμα *valet etiam idem ac* μέγα πρῆγμα, Res magni momenti. ταῦτα ἀκούσαντας λέγεται πρῆγμα ποιήσασθαι, vii. 150. *f.* ταῦτα ἤκουον μὲν, πρῆγμα μέντοι οὐδὲν ἐποιήσαντο, vi. 63. *m. f.*

3. πρῆγμα, Res facienda, Res utilis *aut* necessaria. εὕρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι *seq. Inf.* Reperit e re sua, Necesse sibi esse, i. 79. *a. N.* οὐδὲν ἂν εἴη πρῆγμα γνώμας ἐμέ σοι ἀποφαίνεσθαι, Nil opus fuerit ut ego *etc.* i. 207. *a.* ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, iv. 11. *m. N.* εὕρισκέ οἱ οὐ πρῆγμα εἶναι στρατεύεσθαι, vii. 12. *a. N.* πρῆγμα ἂν μοῦνον ἦν *seq. Inf.* Una res facienda hæc foret; Nulla alia re opus foret, nisi ut *etc.* vii. 130. *m.* (*Conf.* Δέεσθαι, *num.* 3.)

4. πρῆγμα, Res molesta, Molestia. ἵνα φερόμενον τὸ δελτίον μηδὲν πρῆγμα παρέχοι οἱ πρὸς τῶν ὁδοφυλάκων, v. 239. *m. f.* πρήγματα ἔχειν, *cum Participio*, vii. 147. *m.*

5. τὰ πρήγματα, Opes, Potentia, Imperium. καταῤῥωδέοντες τὰ Περσικὰ πρήγματα, iii. 137. *a.* μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι, vii. 50, 2. *m.*

Πρηγματεύεσθαι, Occupari, Negotium suscipere. οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες (*scil.* περὶ τὸν νεκρὸν), ii. 87. *extr.*

Πρῆξις, ιος, ἡ, *non solum* Actio, *sed et* Casus, Sors, Calamitas; *a formula* εὖ *vel* κακῶς πράττειν *derivato hoc usu.* ἀπέκλαιε πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πρῆξιν, ii. 65. *extr. conf. cap.* 64. *a.*

Πρῆσις, ιος, ἡ, Venditio. ὠνῇ τε καὶ πρήσεϊ (*sive* πρήσι) χρέωνται, i. 153. *m.* σπείρουσι τὸν σῖτον ἐπὶ πρήσεϊ (*sive* πρήσι), iv. 17. *b.* *Conf.* Πιπρήσκειν.

Πρήσσειν (*Atticum* πράττειν) 1. Agere, Facere. τί πολλὰ πρήσσεις; v. 33. *f.* (*Conf.* Πολυπρηγμονέειν.) δηλῶσαι τὰ πρησσόμενα, ii. 162. *f.* ὅσπερ τὴν Κυπρίων ἀπόστασιν ἔπρηξε, v. 114. *b.* ὁ ναυτικὸς τὰ ἔμπαλιν πρήσσων τοῦ πεζοῦ, vii. 58. *a.* τὠυτὸ ἂν ὑμῖν ἐπρήσσομεν, iv. 119. *m. ubi Dativus* ὑμῖν *non* (*ut dormitans equidem in Latina versione acceperam*) *a verbo* ἐπρήσσομεν, *sed a pronomine* τὠυτὸ, *pendet.* (*Cf. supra in* Αὐτός.)

2. εὖ *vel* κακῶς πρήσσειν, Rem (Res suas) bene *aut* male gerere, Prospero *aut* malo uti successu. καί μιν εὖ πρήσσοντα λίποιεν, i. 42. *a.* v. 24. *f.* πρήσσειν ᾗ δύναιτο ἄριστα, v. 30. *f.* κακῶς πρήσσοντες, v. 34. *f.* 35. *a.* Μαρδόνιον φλαύρως πρήσσοντα τῷ στόλῳ, vi. 94. *m.* *Subinde, ubi* Pessimus *fuit* successus, *nude* οὕτω ἔπρηξαν *dicere amat Noster,* Hac fortuna (*nempe,* Hac calamitate) usi sunt, iii. 25. *extr. N.* vi. 44. viii. 129. *extr. N.* φάμενοι οὐδὲν ἄμεινον πρήσσειν οἰκεῦντες Λιβύην, Dicentes non melius secum agi quod Libyam habitent, iv. 157. *a.* *Notanda vero* ἀνακολουθία *constructionis,* iv. 156. *a. N.* συγκτίζουσι (*nempe* αὐτοῖς)—ἄμεινον πρήξειν, *ubi ex justa structuræ ratione aut* συγκτίζοντας ἄμεινον πρήξειν *oportebat; aut* συγκτίζουσι ἄμεινον ἔσεσθαι.

3. πρήσσειν *et* πρήσσεσθαι, Exigere *tributum, pecuniam, pœnam.* φόρον ἔπρησσον παρ' ἑκάστων, i. 106. *a. N.* καὶ αὐτοὺς ἑκατὸν τάλαντα ἔπρηξαν, iii. 58. *extr.* πρήσσεσθαι ἀργύριον, ii. 126. *a. et m.* τοὺς Αἰγινήτας πρήσσεσθαι, Ab Æginetis poscere *tributum quotannis persolvendum,* v. 84. *b.* *Conf.* Συμπρήσσεσθαι.

[Πρηστεύειν, *vide* Διαπρηστ. *et* Διαδρηστ.]

Πρηστὴρ, ῆρος, ὁ, Fulgur, Fulmen. βρονταί τε καὶ πρηστῆρες ἐπεισπίπτουσι, vii. 42. *f.*

Πρητήριον, τὸ, Forum rerum venalium. ἵνα σφι ἀγορή τε ἐγίνετο καὶ πρητήριον, vii. 23. *extr.*

Πρηΰνειν, (*Ion. pro* πραΰνειν) Mitigare. πρηϋνομένου τοῦ χειμῶνος, Mitescente hyeme, ii. 25. *m.*

Πρηΰς, (*Ion. pro* πραΰς) Lenis, Mitis, Placatus. *Comparat.* οὐδὲν ἐγίνετο πρηΰτερος, ii. 181. *a.*

Πρίασθαι, Emere. i. 60. *extr. Conf.* Ὠνέεσθαι.

Πρὶν, Prius, Antea. τέρεα μέζονα τοῦ πρὶν γενομένου τέρεος, viii. 37. *m.* πρὶν ἂν, *et* πρὶν ἢ *aut una voce* πρινὴ, Prius

quam. 1. *Sequente Subjunctivo:* οὐκ ἀνίει πρὶν ἂν διαφύγῃ, iii. 109. *m. ubi alii quidem* ἂν *non agnoscunt.* οὔτε τοῦ χρυσοῦ ἅπτεσθαι πρὶν ἄν σφι ἀπισωθῇ *etc.* iv. 196. *f.* οὐκ ἔφη χρήσειν πρὶν ἢ τὸν νηὸν ἀνορθώσωσι, (*alii quidem* ἀνορθώσουσι *male*) i. 19. *f.* φὰς οὐκ ἐπαναστήσειν τὴν στρατιὴν πρὶν ἢ ἐξέλῃ σφέας, vi. 33. *m. Similiter olim edebatur* μὴ πρότερον ἀπαναστῆναι πρὶν ἢ ἐξέλωσι Θήβας, ix. 87. *a. ubi* πρὶν *ignorant mss. libri omnes. Rursus vero,* οὐ πρότερον παύσομαι πρὶν ἂν ἕλω τὰς Ἀθήνας, vii. 8, 2. *m. ubi* πρὶν *agnoscunt libri omnes, sed nonnulli ex abundantia* πρὶν ἂν ἢ *præferunt.* οὐκ ἔστι ὅκως ἔξεισι πρὶν ἢ θύσεσθαι μέλλῃ, vii. 197. *m. ubi* μέλλοι *præfert ms. Arch. contra constantem Scriptoris morem.*

2. *Alibi sequitur Infinitivus.* οὐ πρότερον θάπτεται ὁ νέκυς πρὶν ἂν—ἑλκυσθῆναι, i. 140. *a.* πρὶν ἢ Ψαμμίτιχον βασιλεῦσαι, ii. 2. *a.* πρὶν ἢ ἀποστεῖλαι τὴν στρατιὴν, iv. 167. *a.* πρὶν ἢ Ἰωνίην ἀποστῆναι, v. 65. *f.* πυθόμενος τὸν πάντα λόγον πρὶν ἢ—ἐμβαλεῖν, ix. 13. *a. Sed, quod libri nonnulli,* ix. 93. *f. præferunt,* πρὶν ἢ δίκας δώσειν, *id quidem mendosum est: nam, si Infinitivum ibi ponere voluisset auctor, non Futurum* δώσειν, *sed Aoristum* δοῦναι *erat positurus; quare recte ibi alii,* πρὶν ἢ δίκας δῶσι. *Etiam nudum* πρὶν *absque* ἢ *vel* ἂν, Priusquam. πρὶν ὦν παρεῖναι ἐκεῖνον, viii. 144. *extr.*

3. *Etiam præposito artic.* Τὸ πρὶν *vel* Τοπρὶν, Olim, *cui opponitur* νῦν, i. 120. *extr.*

Πρὸ, *Præpositio regens Genitivum,* 1. Ante, *ut vulgo; cum de Loco tum de Tempore.* πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ *etc.* viii. 53. *a.* πρὸ τῆς Πλαταιέων πόλιος, ix. 52. *a.* πρὸ τούτου (*scil.* τοῦ χρόνου), *et brevius* πρὸ τοῦ, *aut una voce* προτοῦ. τοῦτον ἔτι τὸν χρόνον, καὶ πρὸ τοῦ, *vel* προτοῦ, *al.* καὶ τὸν πρὸ τούτου, v. 83. *a. Sic* i. 106. *a. cum Var. Lect.* i. 122. *a.* iii. 62. *f.* v. 75. *m. et cet. Sic* μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ *vel* ἢ προτοῦ, v. 55. *extr. Similiter* πρὸ πολλοῦ, Multo ante. *Sed perperam olim* πρὸ πολλοῦ *pro* πρὸς πολλοὺς *edd. vett.* iv. 11. *m.*

2. πρὸ *i. q.* ὑπὲρ, Pro. εἴ τις βούλοιτο πρὸ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν, vii. 134. *m.* πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ix. 72. *f.* πρὸ χώρης δορυαλώτου μάχεσθαι, viii. 74. *f.* (*pro quo* viii. 70. *b. ait,* ὑπὲρ γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυμαχέειν.) *Sic* πρὸ τῶν Ἑλλήνων, πρὸ τῶν βαρβάρων μάχεσθαι, ix. 48. *m. f. Conf.* Προναυμαχέειν.

3. Πρὸ, Præ; *verbi causa, quum dicitur aliquis* Hoc eligere præ illo, *i. q.* loco illius, *aut,* Hoc potius quam illud. οἷσι ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον, i. 62. *a.* πρὸ τούτων τῶν κακῶν ἡμῖν κρέσσον καὶ ὅ τι ὦν ἄλλο παθέειν ἐστὶ, vi. 12. *f.* πᾶν δὴ βουλόμενοί σφι εἶναι πρὸ τῆς παρεούσης λύπης, vii. 152. *extr.*

Προάγειν, Perducere, Impellere, Excitare *aliquem.* εἰ ὑποπτεύουσι μὴ δόλῳ αὐτοὺς προάγοιεν, ix. 90. *f.* ἐς γέλωτα προυαγαγέσθαι τινὰ, Permovere ad risum, Risum alicui elicere, ii. 121, 4. *m. N. ubi alii* προσαγαγεῖν, *alii* προσαγαγέσθαι.

Pro τὸ ἔργον προσῆγε, ix. 92. *a. suspicatus sum* προῆγε *fortasse legendum, et Neutraliter accipiendum verbum,* Progrediebatur, Succedebat opus. *Similiter usurpatur verbum Medium notione activa:* κινδύνους ἀναῤῥιπτέοντες ἐς τοῦτο προηγάγοντο τὰ πρήγματα, In hoc fastigium res suas evexerunt, vii. 50, 2.

Προαγορεύειν, 1. Pro concione dicere, Proponere. ἰσονομίην ὑμῖν προαγορεύω, iii. 142. *m.* προαγορεύε (*nempe* ἐν τῷ συλλόγῳ) τά τοι δοκέει εἶναι ἄριστα, vii. 10, 4. *a.* προηγόρευε (ἐν τῷ συλλόγῳ) εὖ ἔχοντα Θεμιστοκλέης, viii. 83. *a.* 2. Edicere, Proclamare, *præsertim* præconis voce. ταῦτα προαγόρευε (*sive, ut vulgo et hic et alibi legebatur,* προηγόρευε) Θρασύβουλος, i. 22. *a. ubi paulo ante, eadem notione,* προεῖπε *ait, quemadmodum etiam Latine* Prædixit *dicimus pro* Edixit. (*Conf. Not. ad* iii. 61. *extr.*) οἱ κήρυκες προηγόρευον ταῦτα, iii. 62. *a.* ὑπὸ κήρυκος προηγόρευε τοῖσι Ἴωσι λέγων, ix. 98. *m.*

Προαιδέεσθαι (τὶ) τινὶ, Ob acceptum beneficium reverentiam aliquam et grati animi significationem debere alicui. αἵ τινές σφι (πόλιες) προηδέατό κού τι, (*Ion. pro* προῄδηντο) i. 61. *f.* τίς ἐστι Ἑλλήνων εὐεργέτης, ᾧ ἐγὼ προαιδεῦμαι, iii. 140. *a. m.* (*Sed* συνηδέατε, ix. 58. *m. est a* συνειδέναι.) *Conf.* Προοφείλεσθαι.

Προακούειν, Ante audire. προακήκοε ὅτι *etc.* viii. 79. *m.*

Προαναισιμοῦν, Ante consumere. ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι, Intra tempus quod ante meam ætatem Absumtum est, Effluxit, ii. 11. *f.*

Προαπηγέεσθαι, Prius (Ante) exponere. προαπηγησόμενος τὴν συμφορὴν, iii. 138. *a.*

Προάστειον *et* Προαστήϊον, τὸ, Suburbium. τὸ προάστειον, i. 78. *a.* ἐν τῷ προαστείῳ, viii. 129. *f.* *Sed* ἐν τῷ προαστηΐῳ, iii. 142. *a. ubi nonnisi ex uno ms. Paris. a. communem formam* προαστείῳ *enotatam reperi, noster cod. F. vero cum aliis Ionicam tenet formam: adeoque pro eo quod in nostra Var. Lect. temere positum est* " προαστείῳ *F.*" *corrigendum* " προαστείῳ *Pa.*"

Προβαίνειν, Progredi. προέβαινε γὰρ τὸ ἔθνος ἄρχον, Progrediebatur enim hic populus imperando; *id est,* Latius enim atque latius successu temporis promovebat suum imperium, i. 134. *extr.* (*quo de loco*

vide Not., et Lexic. hoc Herodot. voce Ἐπιτροπεύειν.) προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, ii. 5. *m. f.*

Προβάλλειν, Projicere, Abjicere. προβάλλουσι σφέας αὐτοὺς, Abjicientibus animum, *ex commodissima Wesselingii interpretatione*, vii. 141. *a. N. sed videtur proprie significare*, Humum sese projicientibus, *nempe ut fere faciunt qui* desperant et animum prorsus despondent.

Medium, Προβαλέσθαι, In medium producere, Proferre, Commemorare. ἔθνος οὐδὲν ἔχομεν προβαλέσθαι σοφίης πέρι, iv. 46. *a. N.*

Πρόβατον, τὸ, *sigillatim quidem* Ovis, *sed et generatim* Pecus quodlibet quod Pastum exire (προβαίνειν ἐς τὴν νομὴν) solet, i. 207. *f. N.* τὰς βοῦς τὰς θηλέας σέβονται προβάτων πάντων μάλιστα, ii. 41. *a.* θύουσι καὶ τἆλλα πρόβατα καὶ ἵππους μάλιστα, iv. 61. *extr. N.* vi. 56. *f.* 57. *a.* vii. 171. *b. Itaque* Oves, Capræ, *nescio an et* Vituli, *sunt* τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων, i. 133. *a. et* viii. 137. *a.*

Πρόβλημα, τὸ, Tutamen corporis, Id quo tegimus tutamurque corpus contra hostium tela. προβλήματα ἀντ' ἀσπίδων ἐποιεῦντο γεράνων δορὰς, vii. 70. *extr.* ἐς τὸν πόλεμον, στρουθῶν καταγαίων δορὰς φορέουσι προβλήματα, iv. 175. *m.*

Προβοηθέειν, Prius ad tutandos suos et ad occurrendum hosti conferre se *aliquo.* ἡμέας καιρός ἐστι προβωθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην, *sic olim edebatur*, viii. 144. *extr. commode, ubi* πρὸ *refertur ad præcedens* πρὶν ὦν παρεῖναι ἐκεῖνον. προσβωθ. *ex aliis libris recepit Wess.*

Προβόλαιος, ὁ, (*sive* τὸ Προβόλαιον,) *i. q.* ὁ πρόβολος, vii. 148. *m. N. in Orac.*

Πρόβολος, ὁ, Venabulum, Hasta, Verutum. προβόλους δύο λυκοεργέας ἕκαστος εἶχε, vii. 76. *N.* προβόλους, ἀκόντια *interpretatus est nescio quis Grammaticus, cujus verba olim apud Athenæum lib.* xi. *p.* 486. *c. d. iniquo loco intrusa erant, Conf. Not. ad* vii. 148. *m.*

Πρόβοσκος, ου, ὁ, Subbubulcus. ἤϊε ἐς πόλιν ὁ βουκόλος, τῶν τινα προβόσκων φύλακον αὐτοῦ (τοῦ ἐκκειμένου παιδίου) καταλιπὼν, i. 113. *m. N. ubi* πρόβοσκον *Æm. Portus, præeunte Valla*, Pecoris pascendi vicarium *interpretatur, quem Latine, sicut Proquæstorem et Proconsulem dicimus*, Propastorem *dicere possis. Eamdem vim præpositionis* πρὸ *spectans Toupius* (*Epist. crit. p.* 66. *edit. Lips.*) *ait*: "Πρόβοσκος *est* Subbubulcus, *sive* locum tenens bubulci." *Equidem vocabulum* Subbubulcus *tenens, ita accepi ut* ὁ πρόβοσκος *non ab eo nomen invenerit quod* locum teneat bubulci, *sed ab eo quod* προάγει τὰ βοσκήματα ἐς τὴν νομήν. *Nempe* ὁ βουκόλος Præfectus *erat* armentorum; *cujus sub imperio plures* Pastores (πρόβοσκοι) *alii alio* pastum educebant curabantque armenta.

Πρόβουλος, ου, ὁ, Consiliarius; Qui ante alios et pro illis deliberat, eisque consulit. ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἔσαν ἁλισμένοι πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος, Legati de salute Græciæ deliberantes, vii. 172. *a.* ἔπεμπον προβούλους σφέων αὐτῶν ἐς Πανιώνιον, vi. 7. *a. ubi quidem* σφέων αὐτῶν *non tam* Pro ipsis, *quam* De suo numero *videtur significare.*

Προγίνεσθαι, Ante nasci. οἱ προγεγονότες πρὶν ἢ τὸν πατέρα σφέων βασιλεῦσαι, vii. 3. *m. f.*

Πρόγονοι, Majores, Progenitores. ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους στρατεύεσθαι, vii. 150. *m. f. pro quo est* ἐπὶ τοὺς πατέρας, viii. 22. *a.*

Προδεικνύειν, 1. Præmonstrare, Exemplum præeundo monstrare quid et quo pacto sit faciendum. προδέξαντες σχῆμα οἷόν τι ἔμελλε εὐπρεπέστατον φανέεσθαι ἔχουσα, i. 60. *m. f. N.* Ἡρακλέα, τὸν ζωστῆρα προδέξαντα, Quum aptandi cinguli rationem præmonstrasset, iv. 10. *a.* (*ubi perperam olim* προσδείξαντα *aut* προσδέξαντα) *conf.* iv. 9. *f. ubi ait*, τὸν ὁρᾷς τῷ ζωστῆρι τῷδε κατὰ τάδε (hoc modo, hac ratione) ζωννύμενον. 2. Ante significare; Id quod futurum est significare. Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων, vii. 37. *f.*

Προδειμαίνειν, Ante timere. πᾶν χρῆμα προδειμαίνοντα, μηδὲν παθεῖν, vii. 50, 1. *a.*

Προδέκτωρ, ορος, ὁ, (*Ion. pro* προδείκτωρ) Futura significans, Futuri index. ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ σφέων, *nempe* τῶν Περσέων), vii. 37. *extr.*

[Προδηλήσηται *perperam olim legebatur pro* Προσδηλησ. viii. 68. *f.*]

Πρόδηλος, η, ον, Manifestus. *Neutr. plur. pro Sing.* πρόδηλα γὰρ ὅτι οὗτοι οἱ ἄνθρωποι etc. ix. 17. *m. f.*

Προδιδόναι, 1. Prodere, Tradere *aliquem hosti.* τοὺς λοιποὺς τοῖσι Σαμίοισι προέδωκε, vi. 23. *f.* προδιδοὺς τὴν Ποτίδαιαν, viii. 128. *m.* προδοθέντες ὑπὸ Σιτάλκεω ἥλωσαν, vii. 137. *m. f.*

2. *In Bello, ac præsertim in Prælio,* προδιδόναι *dicuntur hi* Qui deserunt socios et *ad hostes transeunt.* ὁρέοντες τοὺς πολλοὺς τῶν συμμάχων προδιδόντας, vi. 15. *b.* προδεδόμεθα ὑπὸ τῶν συμμάχων, ix. 60. *a.* ἢν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι πρὸς τοὺς κατιόντας, iii. 45. *extr.* μαχομένων τῶν ἄλλων, Στησήνωρ προδιδοῖ ἔχων δύναμιν ἀνδρῶν περὶ ἑωυτὸν οὐ σμικρὴν, v. 113. *a.*

3. *Per metaphoram,* προδιδόναι *dicitur etiam* Res, quæ, ubi ea opus habemus, Deficit, *et* Destituit fallitque spem nostram. *Sic* προδοῦναι *dicuntur* τὰ ῥέεθρα ποταμῶν, vii. 187. *m. N. ubi e sequentibus subintelligi potest* προδοῦναι τοσαύτας μυ-

ριάδας, Aqua fluminum defecit, (ἐπέλιπε, *ut ait*, vii. 127. *extr.*) nec sufficiens fuit tot myriadibus hominum. *Similiter*, τοῦ φράγματος προδεδωκότος, *nempe* αὐτοὺς, Quum septum vel vallum eos destituisset, viii. 52. *m.*

Προδοσίη, ἡ, Proditio. προδοσίην ἐσκευάζοντο, vi. 100. *m.*

Προδότης, ὁ, Proditor. προδόται τῆς Ἑλλάδος, viii. 30. *extr.*

Πρόδρομος, ου, ὁ, ἡ, Præcursor, Prævius. προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες, i. 60. *f.* προδρόμους ἀποστείλαντες τῶν ἱππέων τοὺς ἀρίστους, iv. 121. *a.* τῶν Σκυθέων οἱ πρόδρομοι, iv. 122. *a.* λέγοντες ὡς αὐτοὶ μὲν ἥκοιεν πρόδρομοι τῶν ἄλλων, vii. 203. *a.*

ἦλθε ἀγγελίη πρόδρομος, ἄλλην στρατιὴν ἥκειν, ix. 14. *a. N. nisi ibi, ut equidem suspicatus sum, legendum:* ἦλθε ἀγγελίη, πρόδρομον ἄλλην στρατιὴν ἥκειν.

Προεδρίη, ἡ, Primarius in consessu locus, *quasi dicas* Præsidentia. ἀτελείη καὶ προεδρίη, i. 54. *b.* ix. 73. *m.* ἐν τοῖσι ἀγῶσι προεδρίας ἐξαιρέτους, In omnibus ludis publicis sedes primarias et præcipuas *habent reges Spartanorum*, vi. 57. *a. m.* βασιλῆα Δαρεῖον ἐν προεδρίῃ κατήμενον, In eminente sede præsidentem, iv. 88. *a.* *Conf.* Προεξέδρη.

Προείδειν, Providere. ἀγάμεθα τὴν προνοίην, ὅτι προείδετε ἡμέων οἰκοφθορημένων, viii. 144. *m. f.*

Προειδέναι, Ante cognitum habere, Præscire. ὡς προειδότος πλεῦν τι καὶ τούτου, Nam et hic, quid futurum esset, melius prospexerat, ix. 41. *f.*

Προειπεῖν, Edicere, Edicto publico imperare. προεῖπε Μιλησίοισι *seq. Infinit.* i. 21. *extr.* ἀλλά σφι προειπεῖν ἐκ τῆς γῆς ἐξιέναι, vi. 137. *f.* (*Conf.* Προαγορεύειν) ξεινίην ὁ Πέρσης τοῖσι Ἀκανθίοισι προεῖπε, Edixit (*vel* Indixit) eis, se hospitio illorum esse usurum, vii. 116. *ubi vide quæ adnotavimus, et confer cap.* 119.

Προελαύνειν, Promovere. *In Passivo*, Progredi. ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο, ix. 44. *a. N.*

Προεμβάλλειν, Ante invadere. Boves opisthonomi non possunt antrorsum eundo pasci. προεμβαλλόντων ἐς τὴν γῆν τῶν κερέων, Quia prius (*nempe*, prius quam progredi antrorsum possint) cornua eorum Impinguntur in terram, iv. 183. *m.*

Προεξαΐσσειν, Ante reliquam aciem proruere, Subito procurrere. προεξαΐσσοντες κατ' ἕνα, καὶ δέκα, ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Σπαρτιήτας, ix. 62. *extr.*

Προεξανίστασθαι, Ante justum tempus (*nempe*, Ante datum signum) e carceribus excurrere. ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανιστάμενοι ῥαπίζονται, viii. 59. *b.* Ante alios surgere et prodire. προεξαναστάντες πρότερον οἱ Τεγεῆται ἐχώρεον ἐς τοὺς βαρβάρους, ix. 62. *a.*

Προεξέδρη λίθου λευκοῦ, Sublimis sedes marmorea, vii. 44. *a.* *Conf.* Προεδρίη, iv. 88. *a.*

Προερέειν, Edicere. κήρυκα προερέοντα τῷ στρατῷ ὡς *etc.* iii. 61. *f. N.*

Προέρχεσθαι, Progredi. τὰ Περσέων πρήγματα ἐς τόδε προελθόντα, res in hoc fastigium Evectæ, vii. 50. *m.* *Paulo ante ibid.* προκεχώρηκε *ait eadem notione.*

Προεσάγειν, Ante introducere. *Med.* προεσάγεσθαι, *Res suas* Prius (*vel* Antea) rure in urbem et in domos inferre. προεσάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν, i. 190. *f. ubi vide quæ proxime præcedunt;* οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν, οὔτε προεσάξαντο, viii. 20. *a.*

Προετοιμάζεσθαι, *Medium notione activa*, Præparare, Ante parare, *sive* Præparandum curare. προετοιμάσατο τάδε, viii. 24. *a.* προετοιμάζετο ἐκ τριῶν ἐτέων τὰ ἐς τὸν Ἄθων, vii. 22. *a.*

Προέχειν, 1. *idem ac* πρότερον ἔχειν, Prius (Jam ante) habere, accepisse, tenere, cognitum habere *aliquid.* προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας, ix. 4. *m. N.*

2. προέχειν, Eminere, Antecellere; *cum Genit. ejus supra quem quis eminet, et Dativo rei in qua antecellit.* προέχω αὐτέων τοσοῦτον, ii. 136. *f.* εὕρισκε προέχοντας τοὺς μὲν τοῦ Δωρικοῦ γένεος, τοὺς δὲ τοῦ Ἰωνικοῦ, i. 56. *m.* *Similiter* Masistii equus προέχων τῶν ἄλλων, ix. 22. *a. intelligi potuerat* Eminens præter cæteros; *sed perspecte Wesselingius docuit intelligendum esse* Præ aliis longius provectum. *Rursus vero*, πάντων—πολλῷ τοῦτο προέχειν λέγω, Omnibus hoc longe antecellit, iii. 82. *a.* *Et* ὁ μὲν δυοῖσι προέχει τοῦ εὐτυχέος μούνοισι, οὗτος δὲ τοῦ πλουσίου πολλοῖσι, i. 32. *m.* *Similiter*, Ἄργος προεῖχε ἅπασι τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι χώρῃ, *nempe* πολίων *aut* οἰκεόντων, Argos rebus omnibus eminebat inter eos qui tum Græciam incolebant, i. 1. *a.*

3. οὔ τι προέχει τουτέων ἐπιμεμνῆσθαι, Nihil admodum proficit, *aut* promovet, mentionem harum rerum fecisse, ix. 27. *m. N.*

4. προέχεσθαι, Ante se tenere, Sibi Prætendere. τὸν Δία προέχεσθαι τὴν κεφαλὴν τοῦ κριοῦ, ii. 42. *m.* *Conf.* Προΐσχεσθαι.

Προθυμέεσθαι, Paratum esse, Cupere. προθυμεομένῳ μάχης ἄρχειν, ix. 37. *a.* *ubi alii quidem, satis speciose*, προθυομένῳ, Prius sacra facienti, *a verbo* Προθύειν. (*Vide Var. Lect. et conf.* i. 104. *f.*) προθυμευμένου ἀποδέξασθαι ἔργον ἑωυτοῦ ἄξιον, ix. 72. *extr.* τότε Μαρδονίῳ προεθυμέετο, Promtam operam navavit, ix. 38. *a.*

Προθυμίη, ἡ, Consilium, Voluntas, Paratus animus, Studium. ἐπ' οὓς ὁ Κῦρος ἔσχε προθυμίην στρατεύσασθαι, i. 204. *m.*

κατὰ τὴν τούτου προθυμίην τέθνηκας, Hujus ex consilio (Per hunc si stetisset) mortuus eras, i. 124. *a. m. ἐκ τῆς Κλεομένεος προθυμίης*, De Cleomenis consilio, vi. 65. *m. πᾶσαν προθυμίην παρεχόμενοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα*, vii. 6. *a. τῶν πέρι καί τινα ἐνάγει προθυμίη μαχόμενον ἀποθνήσκειν*, v. 49. *f.*

Πρόθυμος, 1. Promtus. *ἡμῖν προθύμους ἔσεσθαι συμμάχους*, ix. 92. *m.* 2. Volens, In animo habens, Consilium agitans. *τὰ θεῖα—οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι*, ii. 3. *f. οὐδαμῶς πρόθυμοι ἔσαν ἄλλον τύραννον δέκεσθαι*, vi. 5. *a. ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας οὐδαμῶς πρόθυμος ἦν κατ' ἀρχὰς στρατεύεσθαι*, vii. 5. *a. οὐδαμῶς ἔτι πρόθυμος ἦν μένειν ἐν τῇ Ἀττικῇ*, ix. 13. *a.*

Προθύμως, Studiose, Gnaviter, Sedulo. *τύπτονται τὰ μέτωπα προθύμως*, vi. 58. *f.*

Πρόθυρα, τὰ, *non tam* Atrium, *quam* Vestibulum, *id est* (*ut A. Gellius docet*, xvi. 5.) Locus ante januam domus vacuus, per quem a via aditus accessusque ad ædes est. (*Plura vide apud eumdem Gellium.*) *τοῦ παιδὸς ἑστεῶτος ἐν τοῖσι προθύροισι*, iii. 35. *a. κατήμενος ἐν τοῖσι προθύροισι τοῖσι ἑωυτοῦ*, vi. 35. *a. ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τῶν βασιλῆος οἰκίων*, iii. 140. *a. καταφεύγει πρὸς πρόθυρα Δήμητρος, ἐπιλαμβανόμενος δὲ τῶν ἐπισπαστήρων*, vi. 91. *f.*

Προϊέναι (*ab* εἶμι, Eo,) Procedere, Progredi. *προϊόντος τοῦ χρόνου*, iii. 96. *a. προϊούσης τῆς πόσιος*, vi. 129. *a.*

Προϊέναι, (*ab* ἵημι,) Projicere, Missum facere et aliis Permittere aut tradere. *τὸν δὲ, χρήματα μέν σφι προϊέντα, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον*, i. 24. *a. οἱ μὲν προϊέναι (αὐτὸν τοῖς Πέρσαις) ἑτοῖμοι ἔσαν*, iii. 137. *a.*

Προΐζεσθαι, Præsidere, Ante alios sedem sublimem capere. Xerxes *ἀπικόμενος προΐζετο*, dein cæteri *ἵζοντο* ut cuique honorem tribuere voluit rex, viii. 67. *m.*

[Προΐξεσθαι, *vide* Καταπροΐξ.]

Προϊστάναι, 1. Ante sistere *vel* statuere. *Unde, in Medio, ἐπεὰν σκίπωνα προστήσωνται*, Postquam baculum ante se statuerunt, *sive* Postquam baculum suum prius in terram defixerunt, iv. 172. *m.* 2. Præficere, *unde προστῆναι, et προεστάναι vel προεστηκέναι, cum Genitivo*, Præesse, Curare, Protegere. *προεστέατε τῆς Ἑλλάδος*, Præestis Græciæ, Principes estis Græciæ, v. 49. *a. οὐκ ὀρθῶς σεωυτοῦ προέστηκας*, Non recte tibi ipse Præes, te ipsum Gubernas, ii. 173. *m. καὶ ἐν τούτῳ οἱ δορυφόροι Μασίστεω προέστησαν*, Protexerunt Masisten, ix. 107. *m. f.*

προστῆναί μιν, Subiisse animum ejus, i. 86. *a. m. et προστὰς τῷ Ἀστυάγεϊ*, Adstans Astyagi, i. 129. *a. et similia, non sunt a verbo προΐστημι, sed a προσίστημι*, *Lex. Herod.* *et rectius προσστῆναι et προσστὰς scribentur, quemadmodum etiam pro vulgato προεστήκεε τῷ Κλεομένεϊ*, v. 51. *a. recte προσεστήκεε dedere scripti nonnulli libri. Vide infra voc.* Προσιστάναι.

Προΐσχεσθαι, Præ se ferre, Proferre, Proponere. *προϊσχομένων ταῦτα*, Illis hæc proponentibus, Hæc postulata exponentibus, i. 3. *f. ὁ δὲ ἀκούσας αὐτέων τὰ προΐσχοντο*, i. 141. *a.* (*ubi alii olim προέσχοντο.*) *ἐπολιόρκεε αὐτοὺς, προϊσχόμενος ἔπεα, ὡς εἴη οἱ etc.* i. 164. *a. ubi ad ἔπεα subintellige pronomen τάδε, quod adjicitur*, iii. 137. *a.* (*Conf.* Ἔπος.) *προϊσχόμενοι δὲ ἐπαγγείλασθε τάδε*, Hæc illis proponentes, nunciate (*sive*, pollicemini) simul *etc.* vi. 10. *f. cum Var. Lect. προϊσχομένου Θεμιστοκλέος λόγον τόνδε, ὡς ἥκοιεν etc.* viii. 111. *a. m. πολλοὶ μὲν ἐδίδοσαν τὰ προΐσχετο αὐτέων ὁ Πέρσης*, vi. 49. *a. πρόφασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι*, viii. 3. *f. N. οὐδεμίην ἄλλην πρόφασιν προϊσχομένους*, vi. 117. *m.*

Activum προΐσχε (*nempe τὴν ἀσπίδα*) *πρὸς τὸ δάπεδον præferunt, nec ita male plures libri*, iv. 200. *f. pro vulgato προσίσχε.*

Πρόκα, Statim, Protinus, Subito. *Sic Hesych. et Suidas*, Πρόκα. *εὐθὺς, παραχρῆμα, ἐξαίφνης. At nusquam nude πρόκα scribit Herodotus; constanter* Πρόκα τε, *adjecta τε particula, ita quidem ut videri possit una vox πρόκατε fuisse.* (*Conf. Var. Lect.* i. 111, 26.) *καὶ πρόκα τε δὴ κατ' ὁδὸν πυνθάνομαι etc.* i. 111. *f. καὶ πρόκα τε φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης*, vi. 134. *m. καὶ πρόκα τε φωνῆς ἀκούειν*, viii. 65. *a. καὶ πρόκα τε τὸν πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν*, viii. 135. *m.*

Προκαλέεσθαι, Provocare. *ἐς λόγους προεκαλέετο τοὺς βαρβάρους*, iv. 201. *m. ubi vulgo προσεκαλέετο legebatur.*

Προκαταλύεσθαι τὴν ἔχθρην, Prius redire in gratiam cum inimicis, vii. 6. *m. Conf.* Καταλύειν, Καταλύεσθαι.

Προκατῆσθαι, 1. Ante alios sedes suas habere. *ἡμέας προκατημένους τοσοῦτο πρὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος*, Nos qui adeo longe ante reliquam Græciam sedes nostras habemus, vii. 172. *f.* 2. Præsidere, Præesse, Tutari. *τῶν ἑωυτοῦ προκατῆσθαι*, Res suas tutari, viii. 36. *m. Ἰώνων προκατῆσθαι φρουρέοντας (αὐτοὺς,)* Iones copiis suis et custodiis tutari, ix. 106. *m.*

Προκατίζειν, Sublime et propalam sedere. *βασιλήϊος θρόνος ἐς τὸν προκατίζων ἐδίκαζε*, i. 14. *m. οὔτε κατίζειν ἔτι ἤθελε ἔνθα περ πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε*, i. 97. *a.*

Similiter in Passivo vel Medio. Δαρεῖον προκατιζόμενον ἐς τὸ προάστειον, v. 12. *m. Conf. voc.* Ἐς, *num.* 1.

Προκατόπτεσθαι, Prospiciendo explo-

rare. νῆας ταχείας ἀπέστειλαν προκατοψομένας, viii. 23. *a.*

Προκέεσθαι, 1. Propositum (In medio positum) esse. γνῶμαι τρεῖς προεκέατο, (*Ion. pro* προέκειντο,) iii. 83. *a.* τοιουτέων προκειμένων γνωμέων, vii. 16, 1. *f.* ἀγῶνος μεγίστου προκειμένου, ix. 60. *a.* τὰ προκείμενα ἀγαθὰ, ix. 82. *m.* παιδίον προκείμενον, Puerulus in medio positus, i. 111. *m.* 2. τὰ προκείμενα σημήϊα, ii. 38. *m. sunt* Præscriptæ notæ, *ex quibus judicatur,* munda *ne, an* immunda, *sit* victima; *et ibi ad* τῶν προκειμ. σημ. *intelligenda vocula* ἕνεκα, Quod adtinet ad illas notas. αἱ προκείμεναι ἡμέραι, Præscriptus, Statutus dierum numerus, ii. 87. *m.* 3. Αἴγυπτον προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς, Ægyptum, *ait,* præter regionem utrimque adjacentem Prominere in mare, ii. 12. *a.*

τὸ προκείμενον *mendose olim edebatur pro* τὸ προσκείμενον, ix. 61. *a. Et perperam* προκεῖσθαι *dant libri nonnulli pro* προσκεῖσθαι *vel* προσκέεσθαι, vi. 57. *m.*

Προκλαίειν, Prius (Antea) deplorare. προκλαύσαντες πρῶτον (τὸν νεκρόν).

Πρόκλησις, ιος, ἡ, Provocatio. μουνομαχίη ἐκ προκλήσιος, v. 1. *m.* Εὐρυβάτην ἐκ προκλήσιος ἐφόνευσε, ix. 75. *m.*

Προκομίζεσθαι, In ulteriora (remotiora) loca transferri, provehi. ταῦτα μὲν δὴ προεκομίζοντο, iv. 121. *extr. ubi vide præcedentia, et conf.* Κομίζεσθαι.

Προκόπτειν, *active,* Promovere. *Hinc, apud Nostrum quidem, in* **Passivo**, Προκόπτεσθαι, Promoveri, Progredi, Proficere, Succedere. ἐς τὸ πρόσω οὐδὲν προεκόπτετο τῶν πρηγμάτων, iii. 56. *a.* ἀνωτέρω οὐδὲν τῶν πρηγμάτων προκοπτομένων, i. 190. *extr.*

Πρόκροσσος, *rarius vocabulum, non nisi semel apud Homerum et bis apud Nostrum occurrens, quo quid potissimum significetur haud satis in plano est. Equidem* προκρόσσους γρυπῶν κεφαλὰς, iv. 152. *f. interpretatus sum* In quincuncem disposita grypum capita. *Similiter* Naves quæ πρόκροσσαι ὁρμέοντο ἐς τὸν πόντον ἐπὶ ὀκτὼ νέας, vii. 188. *a. intellexi* In quincuncem dispositas octo ordinibus gradatim minoribus prout in mare magis prominebant. *Vide ad utrumque locum Notata et confer Scholia ad Iliad.* ξ. 35.

Προλέγειν, Prædicere. τῶν μαντηΐων γνῶμαι προλέγουσαι Κροίσῳ, i. 53. *f.* τάχα ὧν τὰ χρηστήρια ταῦτά οἱ προλέγοι, viii. 136. *extr.*

Προλεσχηνεύεσθαί τινι, Prius sermones miscere cum aliquo, vi. 4. *a. Simplex verbum* λεσχηνεύειν, Confabulari, *in Activo usurpavit Appian. Civ.* ii. 91.

Προμαντηΐη, ἡ, (*comm.* προμαντεία,) Jus ante alios consulendi oraculum et responsum petendi, i. 54. *b.*

Πρόμαντις, ιος, ὁ, Vates, Propheta, oraculum edens et nomine dei responsum dans consulentibus. τὸν πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾷν, viii. 135. *m. ubi mox,* τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ προφήτεω, *quod de eodem* homine *acceperunt hi qui* τὸν πρόμαντιν *legunt; sed alii* τὴν πρόμαντιν *præferunt. Utrum verum sit, haud satis liquet. Vide Var. Lect. et Not. et conf. infra voc.* Προφήτης, *et* Προφητεύειν.

ἡ Πρόμαντις, Prophetissa, *eadem quæ* Pythia, vi. 66. *Et sic iterum,* vii. 141. *m. coll. cap.* 140. *a. et* 142. *f. Similiter* vii. 111. *b.* πρόμαντις (ἐστὶ) ἡ χρέουσα, κατάπερ ἐν Δέλφοισι: *at ibidem alii sunt* οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ, *et alia* ἡ πρόμαντις. *Memorantur etiam* Δωδωναίων αἱ προμάντιες, ii. 55. *a. quæ paulo post* αἱ ἱρήϊαι, ibid. *f.*

Προμαχεὼν, ῶνος, ὁ, Propugnaculum, Lorica muri, *sive potius, Quælibet ex* Turribus quibus distinguitur murus urbis. (*Suidas:* Προμαχεῶνος· τῆς ἐπάλξεως. *Hesychius:* Προμαχεών· πύργος.) προμαχεῶνα ἕνα μοῦνον τοῦ τείχεος ἐρεῖψαι, i. 164. *a. In urbe Ecbatanorum* ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου κύκλος τοῖσι προμαχεῶσι μούνοισι erat ὑψηλότερος *etc.* i. 98. *m. et f.* Babylonii a Persis obsidione cincti, ἀναβαίνοντες ἐπὶ τοὺς προμαχεῶνας τοῦ τείχεος, tripudiabant irridebantque Darium, iii. 151. *a.*

Προμετωπίδιον, τὸ, *apud alios scriptores,* Frontale, Equorum in fronte ornamentum; *apud Nostrum,* vii. 70. *m.* προμετωπίδια *sunt* Pelles capitibus equorum detractæ et hominum capitibus ad terrorem et speciem indutæ.

Προμηθέεσθαι *cum Accus.* Rationem, Respectum habere *alicujus,* Revereri *aliquem.* προμηθεόμενος τὸν ἀδελφὸν, ix. 108. *a. Conf. Voc. seq. Item cum Genit. eadem notione.* τιμᾶν τε καὶ προμηθέεσθαι ἑωυτοῦ ἐκέλευε (αὐτοὺς), ii. 172. *extr.*

Προμηθίη, ἡ, 1. Observantia. Κῦρος Κροῖσον κάρτα ἐν πολλῇ προμηθίῃ εἶχε, ἀπεθώυμαζέ τε, i. 88. *a.* 2. Providentia, Prudentia. ἀγαθόν τι, πρόνοον εἶναι· σοφὸν δὲ ἡ προμηθίη, iii. 36. *a. ubi olim* προμηθείη *edd. Sed ibi fortasse* προμηθίη *intelligenda* Moderatio, *quo pertinet quod apud Hesychium* προμηθεὺς *per* σώφρων *explicatur.*

Προναυμαχεῖν Μιλήτου, Pro Mileto pugna navali decernere, vi. 7. *f.* αὐτοῦ μένων, προναυμαχήσεις Πελοποννήσου, Hic manens, pariter pro Pelop. pugnabis, viii. 60, 2. *f.*

Προνηΐη (*sive* Προναίη) Ἀθηναίη, Minerva Pronæa, *quasi dicas* Vestibularis, *apud Delphenses,* ἱρὸν τῆς Προνηΐης (*al.* Προναίης, *alii perperam* Προνοίης) Ἀθηναίης, viii. 37. *f. et* 39. *a. Et, omisso*

Minervæ *nomine*, ἐς Προνητης τῆς ἐν Δελφοῖσι, i. 92. *a. cum Var. Lect.* 7. *et Not.*

Προνήϊον, τὸ, Vestibulum templi. ἐπὶ τοῦ προνηΐου τῆς γωνίης, i. 51. *a. m.*

Προνοέειν, Providere. τὰ ἀμείνω προνοουσέων *præferunt libri nonnulli*, vii. 172. *a. ubi vulgo* φρονουσέων.

Πρόνοια, *sic enim Ionice, prorsus ut in communi sermone, videtur formatus fuisse Nominativus hujus vocabuli, non* Προνοίη, *ut vulgo*, iii. 108. *a. scribitur; nam a breve in η non mutant Iones: nisi fortasse verum est id quod loco cit. codex noster F. habet* προνοΐη, *quasi a verbo* προνοιέω, *idem ac* προνοέω *valente. Nam, quod in nostra Var. Lect. ad* iii. 108. 4. προνοΐη *tamquam codicis F. scriptura citatur, id temere factum est, et* προνοΐη *ibi scriptum oportuit. Cæterum alibi* προνοΐης *perperam pro* προνηΐης *scriptum paulo ante vidimus; conf. Var. Lect.* viii. 37. *m.*

Igitur Πρόνοια, *sive* Προνοΐη, ἡ, *Genit.* προνοίης, Providentia, Consilium. *Sic* τοῦ θείου ἡ πρόνοια, iii. 108. *a.* (*ubi vulgo* προνοίη.) Divina providentia. *Ubi de Hominibus agitur*, ἐκ προνοίης ποιέειν τι *significat* Consulto, Deliberato consilio, De industria aliquid facere, *cui opponitur* κατὰ τύχην, viii. 87. *m. f. Sic*, πρὸς ταῦτα ἐκ προνοίης ἐποίεε τάδε, i. 159. *m.* δοκέοντες Ἀπρίην ἐκ προνοίης αὐτοὺς ἀποπέμψαι, ἵνα δή σφεων φθορὴ γίνηται, ii. 161. *f.* ἀνωΐστου γενομένου ἐκ προνοίης τῆς Κλεομένεος ἐς τὴν Πυθίην, vi. 66. *a.* ἐβασίλευσε ὁ παῖς μὴ ἐκ προνοίης τινὸς, i. 120. *a. m.* ἐξ οὐδεμιῆς προνοίης αὐτὸν ποιήσαντα, ii. 151. *f.*

Πρόνοος, Providus. ἀγαθόν τι, πρόνοον εἶναι, iii. 36. *a.*

Πρόξεινος *et* Πρόξενος, Hospes publicus. *Glossæ ex libro* vi. Πρόξενοι· οἱ προστάται πόλεων καὶ φροντισταὶ καὶ ξένους ὑποδεχόμενοι. *Conf. Suid. et Eustath.* Spartanorum reges possunt προξείνους ἀποδεικνύναι τοὺς ἂν ἐθέλωσι τῶν ἀστῶν, vi. 57. *a. m. N.* Alexandrum Macedonem ἐόντα πρόξεινον καὶ φίλον Atheniensium, viii. 143. *extr. Idem* Alexander πρόξενος καὶ εὐεργέτης *eorumdem*, viii. 136. *m. ubi communem vocabuli formam tenent libri omnes.*

Προόπτεσθαι, Prospicere, Curam gerere. *Hinc* ἡμῖν τῆς σῆς ἀρχῆς προοπτέον, i. 120. *f.*

Πρόοπτος, ὁ, ἡ, Manifestus, Evidens. ἡμέας μέλλουσι προόπτῳ θανάτῳ δώσειν, ix. 17. *f.*

Προορᾶν, Providere, Prospicere.. τὸ εὐνοεῖν τε καὶ προορᾶν ἄγαμαί σευ, ix 17. *f.* ἐκείνων προορέων ὅκως βίον ἄφθονον ἔχωσι, ii. 121, 1. *m.* τοῦ σίτου προορέωντες (*sive*, προορέοντες), iii. 159. *m.*

Προοφείλεσθαι, *dicitur* Id quod a nobis alicui debetur (quod nos debemus alteri; quod alter de nobis commeruit) ob ea quæ ab illo prius in nos profecta erant. *Sic* εὐεργεσία προοφειλομένη *apud Thucyd.* i. 32. *est* Beneficium quod quis debet alteri pro meritis in se antea ab illo collatis. *Similiter apud Nostrum*, v. 82. *a.* ἡ ἔχθρη ἡ προοφειλομένη ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων *vulgo haud ita male quidem intelligitur* Vetustum Æginetarum in Athenienses odium; *subtilius vero si spectes, est* Odium Atheniensibus debitum ab Æginetis (Odium quo Æginetæ haud immerito prosequebantur Athenienses) ob injurias ab illis sibi prius illatas. *Similem quamdam rationem habet usus verbi* Προαιδεῖσθαι, *quem suo loco supra vidimus.*

Pro τὸν προοφειλόμενον φόρον, *ex aliis codd.* προσοφειλομ. *recepi*, vi. 59.

Προπάτωρ, Progenitor, Avus, ii. 161. *a.* ix. 122. *a.* οἱ προπάτορες, Patres, Majores, ii. 169. *f.*

Πρόπειρα, ης, ἡ, Primum periculum, Periculum ante susceptum. ἐν Ἀθηναίοισι τὴν πρόπειραν ποιευμένους, ix. 48. *m.*

Προπέμπειν, 1. Præmittere. κήρυκας προπέμψαντες, i. 60. *m.* 2. In anteriora, In ulteriora mittere, iv. 33. *m.* 121. *b.* 3. Deducere, Comitari, Honoris caussa prosequi, i. 111. *f.* viii. 124. *f.* 126. *a.*

Προπηλακισμὸς, ὁ, Contumelia illata, vi. 73. *a.*

Προπλώειν, Prius (Ante alios) enavigare, v. 98. *a.*

Προποιέειν, Ante (Prius) facere. προεπεποίητο αὐτῷ προεξέδρη, vii. 44. *a.* ἐμεῦ προποιήσαντος χρηστὰ ἐς σὲ, i. 41. *m.*

Πρόπολος, ου, ὁ, Minister, *præsertim* templi, ii. 64. *a.*

Πρόπυλα, τὰ, *idem quod sequens*, τὰ προπύλαια, ii. 91. *a.*

Προπύλαια, τὰ, Propylæum, Vestibulum templi, ii. 101. *a.* 121. *a.* 136. *a.* 153. *a.* 155. *m. f.*

Προπυνθάνεσθαι, Ante resciscere, Ante cognoscere. προπυνθανόμενοι ταῦτα, v. 63. *m.* 102. *a.* προπεπυσμένος πάντα λόγον, i. 21.

Πρόῤῥιζος, ου, ὁ, ἡ, Cum ipsa radice. (πολλοὺς) ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέτρεψε, Radicitus, Funditus evertit, i. 32. *extr.* κακῶς ἐτελεύτησε πρόῤῥιζος, Pessimum funditus exitum habuit, iii. 40. *f.*

Πρὸς, *Præpositio constructa*

I. *cum Genitivo, significat*

1. *idem fere ac* ὑπὸ, A, Ab; οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν, A nemine memoratur, i. 47. *m.* vii. 60. *a.* ἀτιμάζεσθαι πρὸς Πεισιστράτου, (*i. q.* ὑπὸ Πεισ.) i. 61. *m.* ταῦτα πρὸς Κυαξάρεω παθόντες, i. 73. *m. f.* λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων, Nulla nostrum ratio habetur a Persis, Nulla in existimatione sumus apud eos, i. 121. *f.*

τετιμῆσθαι πρὸς Αἰγυπτίων, ii. 75. *f. ἵνα κακόν τι πρὸς θεῶν ἢ πρὸς ἀνθρώπων λάβοι*, ii. 139. *m. πρὸς τῶν βασιλέων καταλαμβάνει μιν, et mox, περιυβρισμένος πρὸς αὐτῶν*, ii. 152. *a. μὴ ἀπαιρεθέω τὴν ἀρχὴν πρὸς τοῦ ἀδελφεοῦ*, iii. 65. *a. αἰσχρὰ πρὸς τῶν Μάγων πεπονθότος*, iii. 65. *m.* 74. *a.* *'Ηριδανὸν καλέεσθαι πρὸς βαρβάρων*, iii. 115. *a. Similiter*, iv. 45. *a. et mf.* v. 20. *f.* vi. 106. *m.* vii. 135. *m.* 151. *f.* 239. *f.*

Eodem pertinent phrases quædam, in quibus πρὸς cum Genit. idem ac παρὰ cum dativo valere ait Portus. εἴπας τόδε τὸ ἔπος ἐλείπετο ἀθάνατον μνήμην πρὸς Ἑλλησποντίων, Apud Hellespontios immortalem sui memoriam reliquit, iv. 144. *a. nempe*, Reliquit memoriam sui, et verbi illius a se dicti, in omne futurum ævum ab Hellespontiis celebrandam; mentionem faciendam ab Hellespontiis. *Sic γνώμην ἐπίφθονον πρὸς τῶν πλεόνων*, vii. 139. *a. reddere quidem Latine licet*, Sententiam invidiosam apud plerosque: *sed, subtilius si spectes, intelliges, ἐπίφθονον πρὸς πλεόνων idem valere ac ἐπιφθονεομένην (vel ἐπιφθονηθησομένην) πρὸς πλεόνων*, Cui invidebitur a plerisque.

2. *πρὸς τινὸς εἶναι significat* Pro aliquo Facere; Favere alicui, Commodis illius inservire. Κροῖσος *ἐλπίσας πρὸς ἑωυτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι*, i. 75. *a. τὸ ἐν στενῷ ναυμαχέειν, πρὸς ἡμέων ἐστὶ*, viii. 60, 2. *a. Similiter, ἵνα ποιήσῃ Ἴωνας μεταβαλέειν καὶ γενέσθαι πρὸς ἑωυτῶν*, Pro ipsis (*nempe*, pro Græcis,) facere, Ab ipsorum partibus stare, viii. 22.

3. *πρὸς cum Genit. usurpatur subinde ubi de* Situ loci *cujusdam agitur, et Latine* Versus, Ad, *redditur: Et ista quidem notione cum Accus. construitur, ut, ἔθνος οἰκημένον πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς*, i. 201. *a. τὰ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνίσχοντα*, iv. 40. *τὸ πρὸς τὴν ἠῶ*, ii. 99. *f. κέεται πρὸς βορῆν τε καὶ νότον*, ii. 149. *a. et similiter frequentius alibi. Sed sicuti Latine, ubi de Situ agitur, perinde et eadem notione, v. gr.* Versus *aut* Ad orientem, *et* Ab oriente *dicimus; similiter in Græco sermone Præpositio πρὸς* cum Genitivo, *quæ proprie* A, Ab, *significat, adhiberi potest. Nempe correlata hæc et mutua sunt:* Quam in partem *ego respiciens conspicio aliquid*, Ab ea parte *res illa mihi in oculos incidit. Quare non est quod miremur frequentes apud eumdem Nostrum hujusmodi dictiones: οἰκέουσι πρὸς νότου ἀνέμου*, iii. 101. *f. πρὸς βορέου ἀνέμου*, iii. 102. *a. πρὸς μεσαμβρίης Ἀραβίη ἐστὶ*, iii. 107. *a. illud mirum et incongruum quodammodo videri potest, quod passim in eadem phrasi juncta reperiatur utraque structura; veluti, τὸν μὲν πρὸς βορέω ἑστεῶτα, τὸν δὲ πρὸς νότον*, ii. 121. *a. τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον, et mox, πρὸς ἑσπέρης*, iv. 17. *extr. οἱ Πέρσαι ἐδίωκον πρὸς ἠῶ τε καὶ τοῦ Ταναΐδος*, iv. 122. *f. N. Tum illud mireris, quod, quum commodissime dicatur, ἀκτὴ τῆς Σικελίης πρὸς Τυρσηνίην τετραμμένη*, vi. 22. *f. et τὰ πρὸς βορῆν τετραμμένα προπύλαια*, ii. 101. *f. reperiatur etiam χωρίον τῆς ἀκροπόλιος πρὸς τοῦ Τμώλου (in genit.) τετραμμένον*, i. 84. *m. f.*

Cæterum variant in his sæpe libri, alii Genitivum, Accusativum alii præferentes. Vide Var. Lect. iv. 17, 13. 38, 1. 191, 1. *et* vii. 108, 8.

4. *Usui proxime memorato præpositionis πρὸς cum Genitivo constructæ, adfinis ille est, quo Latine* Prope *reddi solet. εἰσὶ οὗτοι οἱ χῶροι πρὸς θαλάσσης*, Prope mare, Versus mare, Ubi a mari venis, ii. 154. *a.* Πελλήνη *πρὸς Σικυῶνος*, Prope Sicyonem, Versus Sicyonem; *proprie*, Ubi a Sicyone venis, i. 145. *m.* Παίονες *τὴν πρὸς θαλάσσης φυλάσσοντες*, v. 15. *m. et ἐξεστρατοπεδεύοντο πρὸς θαλάσσης*, ibid. *Similiter, πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου μᾶλλον ἵδρυται τὰ Ἄβδηρα ἢ τοῦ Στρυμόνος*, viii. 120. *b. ἡ αὐτῆς (τῆς Ἀρτεμισίης) νηῦς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα*, viii. 87. *a. m.*

5. *Sicut Latine dicimus* Sese *aut* regionem defendere Ab hoste, *pro* Adversus hostem, *similiter etiam Græca præpositio πρὸς cum Genitivo constructa potest nonnumquam* Adversus, Contra, *valere. Sic, φυλακαὶ κατέστασαν* (Custodiæ impositæ erant variis Ægypti oppidis) *πρὸς Αἰθιόπων, πρὸς Ἀραβίων, πρὸς Λιβύης*, Adversus Æthiopas, adv. Arabes, adv. Libyam; *nempe*, præsidia quæ Ægyptum custodirent et defenderent ab invasione quæ ab Æthiopibus, ab Arabibus *etc.* tentari possent, ii. 30.

6. *πρὸς cum Genit. significat etiam* Id quod ingenio aut moribus alicujus congruit, Quod ab aliquo fieri solet aut exspectari potest. *ταῦτα ἔργα οὐ πρὸς ἅπαντος ἀνδρὸς νενόμικα γίνεσθαι, ἀλλὰ πρὸς ψυχῆς τε ἀγαθῆς καὶ ῥώμης ἀνδρηΐης*, vii. 153. *f. οὔτε Περσικὰ ἦν οὔτε Λύδια τὰ ποιεύμενα, οὔτε πρὸς τῶν ἐκ τῆς Ἀσίης οὐδαμῶν*, v. 12. *m. f.*

II. Πρὸς *cum Dativo.* 1. Ad, *ea notione qua, ut hoc utar*, Nidi avium *quarumdam* adstructi *πρὸς ἀποκρήμνοισι οὔρεσι*, iii. 111. *m.* 2. Ad, Præter. *πρὸς τούτοισι*, Ad hæc, Præterea, Insuper; *pervulgato usu. Vide Adnot. ad* vii. 197, 11. *Similiter πρὸς τούτῳ*, i. 41. *f. N. ubi olim τοῦτο edd.*

Sed, pro πρὸς τούτοισι aut πρὸς τούτῳ frequentissime per Ellipsin nuda vocula Πρὸς *ponitur. Sic, πρὸς γὰρ*, iii. 91. *m. f.* (*quo de loco vide quæ supra ad voc.* Μυριὰς *notavimus*) *πρὸς δὲ*, i. 71. *m.* ii. 119.

a. iii. 135. *m.* v. 20. *f.* 22. *a. et alibi.* καὶ πρὸς, v. 20. *m.* vii. 154. *m.* 184. *a. etc.* καὶ δὴ πρὸς, v. 67. *f.*

Pro vulgato πρὸς ἑσπέρην, vii. 108. *m. plures codd.* πρὸς ἑσπέρῃ *præferunt; sed illi haud dubie* πρὸς ἑσπέρης *debuerunt. Vide supra, num.* i. 3.

III. Πρὸς *cum Accusativo,* Ad, Versus, Contra. *Sed nil morantes pervulgatum et multiplicem usum hujus Præpositionis, quem Herodoti stylus cum omnibus Græcis communem habet, notemus usus nonnullos Nostro familiares, qui vel rariores sunt vel difficultatis quidpiam videri possint habere. Igitur*

1. πρὸς *cum Acc. interdum idem fere ac* διὰ *cum Accus. valet, nempe* Propter, Hanc ob caussam, *certe* Hac ex occasione, Hoc respectu, Ratione habita hujus rei, *Quæ* quum ita sint. *Sic* πρὸς ταῦτα, v. 9. *m. f.* 88. *a.* vii. 163. *a.* πρὸς τοῦτο τὸ κήρυγμα, iii. 52. *a.* πρὸς ταύτην τὴν φήμην, iii. 153. *f.* πρὸς τὴν καταλαβοῦσαν συμφορὴν, iv. 161. *a.* πρὸς τὰ πυνθάνομαι κατεργάσασθαι Τηλίνην ἔργον τοσοῦτον, *etc.* Quum audiam Telinem rem tantam perfecisse, mirum mihi etiam hoc accidit, quod *etc.* vii. 153. *f.*

2. πρὸς *cum Accus. ex Græcorum more* "Comparationi servire" *perspecte Wesselingius monuit ad* iii. 34. *m. f. ubi* κοῖός τις δοκέοι ἀνὴρ εἶναι πρὸς τὸν πατέρα Κῦρον *videri poterat planissime significare,* Qualis ipse videretur vir esse, cum patre Cyro collatus. *Sed adjectum ibidem verbum* τελέσαι *molestias creavit Interpretibus, quod alii ita acceperunt, quasi* (ὥστε) τελέσαι πρὸς τὸν πατέρα *significet* Ut ad patris exemplar perveniat, *sive* cum æquiparet; *alii* πρὸς τὸ τελέσαι τὸν πατέρα, *junxerunt, interpretatique sunt* Ad consummandum, *aut,* ad adæquandum patrem. (*vide Not. ad l. c.*) *Mihi videtur Herodotus, ista dicentem faciens Cambysen, haud dubie Homericos illos versiculos in animo habuisse* (*Odyss.* β'. 271. *seq.*) *ubi Telemachum his verbis Minerva compellat:* Εἰ δή τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακτο μένος ἠῢ, Οἷος ἐκεῖνος ἔην τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε. *Itaque apud Nostrum Infinitivus ille* τελέσαι (*abrupte sic positus, intelligendo* τελέσαι ἔργα) *ad* κοῖος ἀνὴρ *fuerit referendus,* Qualis vir ad res gerendas videretur esse, *atque hæc verba* ad res gerendas *adjici in nostra versione Latina debuerunt; verba vero* πρὸς τὸν πατέρα Κῦρον *per se steterint, et ex Græci sermonis usu idem valuerint ac* πρὸς τὸν πατέρα συμβαλλόμενος, Cum patre collatus.

3. *Sed et peculiari quadam ratione præpositio* πρὸς *cum Accus. in Comparatione adhibetur ab Herodoto, scilicet ubi* Unum comparatur cum Pluribus et eis quodammodo opponitur, significaturque Unum illud Reliqua omnia simul sumta æquiparare aut etiam superare. *Sic* Ἀθηναῖοι πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους (συμμάχους) παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, viii. 44. *a. ubi bene Valla,* Supra quam cæteri. (*Poterat etiam ad verbum reddere,* Contra cæteros omnes.) *Gronov.* Pares omnibus aliis. *Larcher.* Les Athéniens pouvoient être mis en parallèle avec tous les autres alliés; ils fournirent eux-seuls 180 vaisseaux. *Similiter,* Ἰνδοὶ—φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα ψήγματος, iii. 94. *f.* *Valla,* Super cæteros omnes. *Gronov.* Ad omnes cæteros. *Larcher.* Ils payèrent autant d'impots que tous les autres ensemble. *In nostris Latinis, loco verborum* pro ratione aliorum omnium, *reposita hæc velim,* Contra quam (*aut,* Supra quam) reliqui omnes. *De Ægypto loquens Noster,* ii. 35. *a. ait* πλεῖστα θωυμάσια ἔχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη, καὶ ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν χώρην, *ubi, in posteriori membro orationis, ad vocab.* Ἔργα *repetendum e priori membro adjectivum* πλεῖστα *videtur. Valla:* Et præter omnem (*Gronov.* Et supra omnem) regionem exhibet opera relatu majora. *Larcher.* Il n'y a point de contrée où l'on voie tant d'ouvrages admirables et au dessus de toute expression.

4. πρὸς τὰ μέγιστα, viii. 20. *f. idem valet ac alibi* ἐς τὰ μάλιστα, Quam maxime.

Προσάγειν τινὶ ὅρκον, Juramentum deferre alicui, Jurejurando aliquem adstringere, vi. 74. *a. m.* ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ τὸ ἔργον προσῆγε, *sic vulgo,* ix. 92. *a. sed vide* Προάγειν.

Medium προσηγάγετο αὐτοὺς, Sibi conciliavit illos, Ad studium sui et ad officium et obsequium perduxit, iv. 172. *a. et f. N.*

Προσαγωγὴ, ῆς, ἡ, Accessio ad Deorum aras, Supplicatio publica et solennis, ii. 58. *a. N.*

Προσαιρέεσθαι ἑωυτῷ τινα, Sibi aliquem cooptare, Collegam adsciscere, ix. 10. *f.*

Προσαιτέειν τινὰ, Mendicare, Stipem petere ab aliquo. ἔχοντα οὐδὲν, εἰ μὴ ὅσα πτωχὸς, καὶ προσαιτέοντα τὴν στρατιὴν, iii. 14. *m.*

Προσαναγράφειν, *vide* Προσεγγράφειν.

Προσανδραποδίζειν, *Inde olim* καὶ προσηνδραποδίσθαι ὑμέας *edd.* viii. 28. *f. ubi rectius alii separant,* καὶ πρὸς ἠνδραποδ.

Προσάντης, εος, ὁ, ἡ, Arduus, Molestus, Durus, Adversus. ἐπεί τε ὑμῖν ὁ λόγος οὕτω προσάντης κατίσταται, vii. 160. *m.*

Προσαπολλύειν, Simul interficere. προσαπολλύουσι δέ σφεων (τῶν παίδων) καὶ τὰς μητέρας, vi. 138. *f.* *Passiv.* Simul cum

aliis perire. ἵνα μὴ προσαπόλωνται, vi. 100. *f.*

Προσβαίνειν, Adscendere, i. 84. *a. et f. nempe idem quod* ἀναβαίνειν, ibid. *f.*

Προσβάλλειν, 1. Adferre. ἵνα μηδεμίην ἄσην τῷ πατρὶ προσβάλῃ, dolorem adferret animo patris, i. 136. *extr.* τοῖσι Λακεδαιμονίοισι ὀλυμπιάδα προσέβαλε, Lacedæmoniis victoriam olympicam adtulit, vi. 70. *f. Conf.* Ὀλυμπιάς.

2. *In re Militari.* Adgredi, Impetum facere, Oppugnare. κατὰ τέλεα προσβάλλοντες (*nempe* τοῖς πολεμίοις) ἀπήλαυνον (αὐτοὺς) ὀπίσω, vii. 211. *extr.* τὴν ἵππον ἐδέξαντο προσβάλλουσαν, ix. 25. *a.* προσβάλλειν πρὸς τὸ τεῖχος, iii. 155. *f.* 158. *m.* ix. 86. *extr.*

3. προσεβάλετο τούτου τοῦ πάθεος *legebatur vulgo*, viii. 90. *f. ubi equidem non dubitavi Reiskii emendationem* προσελάβετο *recipere. Vide* Προσλαμβάνειν, *et Not. ad l. c.*

Πρόσβασις, ιος, ἡ, Accessus, Adscensus. πρὸς ἀποκρήμνοισι οὔρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδεμίην εἶναι, iii. 111. *m. Conf.* Προσβαίνειν.

Προσβοᾶν, Adclamare, Inclamare; *in Medio accedit notio*, et ad sese vocare. ὁρέων παριόντας—προσεβώσατο, καί σφι προσελθοῦσι *etc.* vi. 35. *m.*

Προσβοηθέειν, *vide* Προσβωθέειν.

Προσβολὴ, ῆς, ἡ, Impressio *facta in hostem*; Oppugnatio. προσβολὴν Δαρείου ποιευμένους πέριξ τὸ τεῖχος, iii. 158. *a.* προσβολὰς καρτερὰς ποιεύμενοι, iv. 200. *m.* τὰς προσβολὰς ἀπεκρούοντο, ibid. *f.* προσβολῆς γενομένης πρὸς τὸ τεῖχος, vi. 101. *m. Conf.* Προσβάλλειν.

Προσβωθέειν, *i. q.* προσβοηθέειν, Auxilio venire *amicis et* Occurrere hosti. προσβωθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην, viii. 144. *extr. ubi* προσβοηθῆσαι *alii.*

Προσγελᾶν τινα, Suaviter adridere aliquem, v. 92, 3. *m.*

Προσγίνεσθαι τινὶ, Accedere, Jungere sese alicui, Adesse alicui. ὅτι σφι οὗτοί γε σύμμαχοι οὐ προσεγίνοντο, iv. 120. *a.* v. 103. *extr. et* 104. *a.* προσγενομένου τοῦ δήμου αὐτῷ κατὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ θανάτου, Favente illi populo, vi. 136. *f.*

Προσδέειν, Adligare. ἥμισυ ἀσκοῦ οἱ (τῷ κηλωνηΐῳ) προσδέεται, vi. 119. *m.*

Προσδέεσθαι, Rogare, Petere *ab aliquo. Seq. Accus. et Infin.* vi. 41. *f.* 100. *f. Cum Genit. personæ et Infinit.* viii. 40. *a. et f. Cum Genit. personæ et Accus. rei.* τά περ αὐτοῦ προσεδέοντο, vi. 35. *extr. Sic* οὐδὲν τῶν ἐκεῖνος ἡμέων προσεδέετο, viii. 144. *f. ubi* τῶν *valet* τούτων ἅ.

[Προσδεικνύειν. *Perperam olim* προσδέξαντα, *pro* προδέξαντα, iv. 10. *a.*]

Προσδέκεσθαι (*i. q. comm.* προσδέχεσθαι,) 1. Exspectare, Existimare aliquid futurum esse. *Cum Accusat. et Infinitivo, aut Participio.* τοῦτον προσδέκεσθαί τοι ἐπαναστησόμενον, i. 89. *m. cum Var. Lect.* οὐδὲν πάντως προσεδέκοντο ἐπὶ σφέας τὸν στόλον τοῦτον ὁρμήσεσθαι, v. 34. *a.* οὐ προσδεκόμενος κακὸν οὐδὲν πείσεσθαι, vii. 156. *m. f.* viii. 130. *m. f.* ix. 48. *a. et* ix. 6. *a. ubi pro* προσεδέκοντο *unus codex* προσεδόκουν *exhibet. Cum nudo Accus. rei.* οὔτε προσδεκομένους τοιοῦτο οὐδὲν, iii. 146. *f.* 2. Accipere, Probare. τὸ ἐκ Δελφῶν (Libellum quo continebatur responsum Delphici oraculi) προσεύχετό τε καὶ προσεδέξατο, adoravit *Crœsus* et Accepit, Probavit, i. 48. *m.*

[Προσδεξιὰ, *nempe* τόξα, *perperam scribunt codd. nonnulli*, vii. 69. *a. pro* πρὸς δεξιά. *Vide Not.*]

Προσδηλέεσθαι, Simul (Insuper) calamitatem adferre. δειμαίνω μὴ ὁ ναυτικὸς στρατὸς τὸν πεζὸν προσδηλήσηται, viii. 68, 3. *a. ubi olim* προδηλησ.

Προσδιαλέγεσθαι, Reciprocare sermones, Respondere. διαλεγομένῳ δὲ οὐ προσδιελέγετο, iii. 50. *f.*

Προσδιαπασσαλεύειν, Clavis adfigere. ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν, vii. 33. *f. ubi alii nude* διεπασσαλ. *Vide Var. Lect. et Not. Conf.* Προσπασσαλ.

Προσδοκᾶν *vel* Προσδοκέειν, *i. q.* προσδέκεσθαι, *quod vide.* προσδοκέοντας ἀπολέεσθαι, vii. 156. *m.*

Προσδόκιμος, Qui exspectatur. ἔγνωσαν στρατὸν προσδόκιμον εἶναι Κροίσῳ ἐπὶ τὴν χώρην, i. 78. *f.* μαθὼν τὸν κατάσκοπον ἐόντα προσδόκιμον, iii. 123. *m.* vi. 6. *a.* προσδόκιμος ἐς τὴν Κύπρον, v. 108. *m.* προσδόκιμοι πᾶσάν εἰσι ἡμέρην, vii. 203. *a.* κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων προσδόκιμός ἐστι, ix. 89. *m.* ἐν τοῖσι τότε παρεοῦσί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι, viii. 20. *f.*

Προσεγγράφειν, Simul (Insuper, Præterea) inscribere, pingere, insculpere *in columna*, ii. 102. *f. ubi alii* προσανέγραφε *aut* προσανέγραψεν, *minus commode.*

Προσείκελος, η, ον, Similis. οὔτε τῇ Ἀραβίῃ τὴν Αἴγυπτον προσεικέλην, ii. 12. *m.* θηρία πτερωτὰ, τῇσι νυκτηρίσι μάλιστα προσείκελα, iii. 110. *b.* iv. 61. *m. f.* γλυκύτητα τοῦ φοίνικος καρπῷ προσείκελος, iv. 177.

Προσεῖναι, *i. q.* παρεῖναι, Adesse. *Sic quidem commode codices nonnulli*, ἐπεὰν προσῇ ἡ ὥρη, iv. 30. *b. ubi alii vulgo* προσίῃ, *a* προσιέναι.

Προσεμπικραίνειν, Magis exasperare. *Fut. infinit. Medii notione Passiva:* (οἱ Πέρσαι) προσεμπικρανέεσθαι ἔμελλον τοῖσι Σαμίοισι, iii. 146. *m. N. Conf.* Ἐμπικραίνειν.

Προσεμφερὴς, Similis. *Superlat.* φυσητῆρας, αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους, iv. 2. *a. Conf.* Ἐμφερής.

[*Προσεξανδραποδίσασθαι olim edebatur*, i. 156. *f. ubi recte nunc καὶ πρὸς, ἐξανδραποδ.*]

Προσεξαιρέεσθαι, Insuper (Præterea) eximere et sibi servare. *γυναῖκα μίην* (*sive μίαν*) *ἕκαστος προσεξαιρέετο*, iii. 150. *m.*

Προσεπιλαμβάνεσθαι, *i. q. συνεπιλαμβάνεσθαι*, Manum simul admovere, Adjuvare, Operam suam conferre. *προσεπιλαβέσθαι σφίσι τοῦ πολέμου*, v. 44. *m. f. pro quo est συνεπελάβετο*, v. 45. *f. Conf.* Προσλαμβ.

Προσεργάζεσθαι, Simul efficere. *κοινὰ τῇ Ἑλλάδι ἀγαθὰ προσεργαζόμενος*, Procurandis communibus Græciæ commodis operam conferens suam, vi. 61. *a.*

Προσερέειν, Adloqui. *ἤϊε ἐς τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ, ὡς προσερέων*, v. 72. *m. ubi alii* Consulturus deam *intelligunt; alii rectius*, Adoraturus.

Προσέρχεσθαι, Accedere; *sicut προσιέναι, usurpatur ubi agitur de* Vectigali *quod in ærarium* Intrat, *quod* Accedit fisco publico. *χρήματα τὰ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε*, vii. 144. *a.*

Προσεταιρίζεσθαί τινα, Aliquem sibi conciliare, Sibi adjungere socium, iii. 70. *m. et f.* v. 66. *b.*

Προσεύχεσθαι, Adorare, i. 48. *m. Vide supra in* Ἀποδέκεσθαι, *num.* 2.

Προσέχειν *et* Προσίσχειν, Admovere. *προσίσχε αὐτὴν* (*τὴν ἐπίχαλκον ἀσπίδα*) *πρὸς τὸ δάπεδον τῆς πόλιος*, iv. 200. *f. Inde, notione Reciproca, subintelligendo ἑωυτὸν*, sese adplicare *ad aliquid*, Operam dare *rei cuipiam. προσεῖχε γυμνασίοισι*, ix. 33. *a. Denique subintelligendo τὴν νηῦν aut τὰς νέας*, Adpellere. *προσίσχον* (*plerique quidem codd. προσίσχοντο præferunt*) *πρὸς τὰς νήσους, et mox, προσέσχον καὶ ἐς Κάρυστον*, vi. 99. *a. N. ὡς προσέσχον ἐς τὴν Ἀσίην πλέοντες*, vi. 119. *a. προσίσχει ἐς Κύζικον*, iv. 76. *a. προσίσχειν τῇ γῇ*, iv. 157. *b. Partic. Præs. προσίσχοντες*, iii. 136. *a. Partic. Aor.* 2. *προσσχὼν, προσσχόντες: sic enim rectius, geminata litera sibilante, scribitur, quam προσχὼν ut vulgo edebatur. Vide Var. Lect. ad* i. 2. *a. Adde* ii. 182. *f.* iii. 48. *m.* 58. *a.* iv. 42. *m. f.* 145. *m.* 147. *f.* v. 63. *m.* vi. 33. *f. Plenam locutionem, προσσχόντες τὰς νῆας vel νέας, habes* ix. 99. *a.*

Medium, Προσέχεσθαι *et* Προσίσχεσθαι, *cum Dativo*, Adhærescere. *ὅτι πρόσσχοιτο τοῦ πηλοῦ τῷ κοντῷ*, ii. 136. *f. cum Var. Lect.*

Προσεχὴς, έος, ὁ, ἡ, *quasi* Adhærescens, Contiguus, Finitimus, Proximus. *οἱ προσεχέες* (*nempe τῇ Αἰγύπτῳ*) *Λίβυες*, iii. 13. *m.* 91. *m. τοὺς προσεχέας*, iii. 89. *a.* (*eosdem quos πλησιοχώρους dicit* ibid.) *τῶν προσεχέων*, iii. 92. *m.* ix. 102. *m. τοῖσι προσεχέσι τούτοισι τεταγμένοισι*, Eis qui his proxime locati in acie erant, ix. 102. *a. Sic προσεχέας δέ σφι εἵλοντο ἑστάναι οἱ Σπαρτιῆται τοὺς Τεγεήτας*, ix. 28. *m. N.*

Προσήκειν, Adtinere, Pertinere. *οὐδὲν πρὸς Πέρσας τοῦτο προσήκει τὸ πάθος*, (*id est, οὐ Πέρσαι αἴτιοί εἰσι τούτου τοῦ πάθεος*,) viii. 100. *f. Partic.* Προσήκων τινὶ, Propinquitate generis ad aliquem pertinens, Cognatione conjunctus. *τὸ ἀνέκαθε τοῖσι Κυψελίδῃσι ἦν προσήκων*, vi. 128. *extr.*

Προσημαίνειν, 1. *idem fere ac simplex σημαίνειν*, Signum, Imperium dare, Elata voce jubere. *Sic de Præcone: ὅκως ὁ κῆρυξ προσημαίνοι τι Λακεδαιμονίοισι*, vi. 77. *extr. Item de Pythia: οἱ τὴν Πυθίην ἀναπείσαντες προσημαίνειν Λακεδαιμονίοισι ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας*, vi. 123. *f.*

2. Ante significare *futura. φιλέει προσημαίνειν εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἔσεσθαι*, vi. 27. *a. ubi verbum προσημαίνειν potest Impersonaliter et passiva notione accipi, quemadmodum ἐσήμηνε*, viii. 11. *a. commode reddi potest* Signum datum est. *Possis vero etiam intelligere φιλέει ὁ θεὸς προσημαίνειν, quemadmodum paulo post* (vi. 27. *f.*) *diserte ait Scriptor, ταῦτά σφι σημήϊα ὁ θεὸς προέδεξε; et Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων*, vii. 37. *f.*

Προσηνὲς, *apud Nostrum*, ii. 94. *extr. non tam* Gratum *aut* Suave *significat, quam* Idoneum, Commodum. Oleum kiki, *inquit*, quo utuntur Ægyptii, *οὐδὲν ἧσσον τοῦ ἐλαίου τῷ λύχνῳ ἐστὶ προσηνὲς, ὀδμὴν δὲ βαρέαν παρέχεται.*

Πρόσθε, (*i. q. comm. πρόσθεν*) Antea, i. 11. *a. cum Var. Lect.* ii. 145. *a. m.* viii. 126. *a. Item de Loco: οἱ ὄπισθε τεταγμένοι, ἐς τὸ πρόσθε* (in Anteriora) *παριέναι πειρώμενοι*, viii. 89. *f.*

Πρόσθιος, η, ον, Anterior. *ἀμφιδέας ἐνθέντες περὶ τοὺς προσθίους πόδας*, ii. 69. *m.* (*conf.* Ὀπίσθιος.)

Προσθήκη, ης, ἡ, Additamentum, Accessio, Digressio orationis, iv. 30. *a.*

Προσιέναι, (*ab* Εἶμι, Eo) 1. Accedere, Adpropinquare. (*Vide supra in* Προσεῖναι) *προσήϊσαν πρὸς τοὺς βαρβάρους*, Iverunt in hostes, ix. 100. *a.* 2. Redire in ærarium, Intrare, Inferri in fiscum publicum. *ἐτάξατο φόρους οἱ προσιέναι κατὰ ἔθνεα*, iii. 89. *a. προσήϊε ἑπτακόσια τάλαντα*, iii. 91. *m.* 92. *a.* 96. *a.*

Προσίεσθαι, 1. Admittere, Adsciscere, Adoptare. *ξεινικὰ νόμαια προσίενται*, i. 135. *a. οὐ προσίεντο τὴν προδοσίην*, Non admiserunt proditionem, vi. 10. *m.* 2. Admittere, Probare, Credere. *τοῦτο μὲν οὐ προσίεμαι*, i. 75. *extr. οὐ προσίεμαι τὴν διαβολὴν*, vi. 123. *a.*

Singulariter dictum videri poterat il-

lud, τῶν μὲν οὐδὲν προσίετό μιν, i. 48. *a. pro* αὐτὸς προσίετο (*id est*, προσεδέξατο, *ut paulo post ait.*) *Nempe verba ista proprie hoc sonant:* Nullum horum adiit illum, *id est*, animum illius tetigit. *Vide Not.*

Προσιστάναι, Sistere ad *vel* juxta *aliquem, hinc* προσεστηκέναι *et* προσστῆναι, *idem fere quod* παραστῆναι, Adstare *alicui.* προσεστήκεε τῷ Κλεομένεϊ ἡ θυγάτηρ, vi. 51. *a. ubi conf. notata in Var. Lect. Sic* προσστάντες, Adstantes, i. 199. *f. et* τῷ Ἀστυάγεϊ προσστὰς ὁ Ἅρπαγος, i. 129. *a. quibus ambobus in locis minus recte* προστάντες *et* προστὰς (*quasi a* προϊστάναι) *scribebatur, quemadmodum etiam* προσχὼν *pro* προσσχὼν *vulgo scriptum supra vidimus in voc.* Προσέχειν.

Singularis est constructio ejusdem verbi cum Accusativo casu; ὡς δὲ ἄρα μιν προσστῆναι τοῦτο, Hoc ubi subiisset ejus animum, i. 86. *m. ubi ad* Animum *translatum hoc verbum idem ac* ἐσελθεῖν, *et quemadmodum* ἐσελθεῖν *eadem notione non modo cum Dat. sed et cum Accus. construi potest, (vide supra, in* Ἐσέρχεσθαι) *sic et* προσστῆναι *h. l. cum Accus. construere placuit Herodoto. Conf. Var. Lect. et Not.*

Προσίσχειν, *vide supra in* Προσέχειν.

[Προσκαλέειν, Advocare. ἐς λόγους προσεκαλέετο τοὺς Βαρκαίους *legebatur olim* iv. 201. *m. ubi meliores libri* προεκαλέετο *dederunt.*

Προσκατῆσθαι πόλι, Obsidere urbem. προσκατήμενος ἐπολιόρκεε, ἐς τὸ ἐξεῖλε, ii. 157. Ἀμαθουσίους ἐπολιόρκεε προσκατήμενος, v. 104. *extr. N.* προσκατῆσθαι τινὶ, Adsidere alicui, *id est*, Adsidue convenire aliquem, et eum flagitare eique instare. Πεισιστρατιδέων προσκατημένων (*nempe* τῷ Πέρσῃ), καὶ διαβαλλόντων Ἀθηναίους, vi. 94. *a.*

Προσκέεσθαι, (*comm.* προσκεῖσθαι) *quasi Latine dicas* Incumbere. *Significat autem*

1. Instare *alicui: sive* sollicitando et incitando, ut τῷ Κύρῳ Ἅρπαγος προσέκειτο, δῶρα πέμπων, i. 123. *a. sive* (*ut in re Militari*) hostiliter adgrediendo, *ut* ἤλαυνον τοὺς ἵππους—καὶ προσεκέατό σφι, (*Ion. pro* προσέκειντο,) ix. 57. *extr.* τὸ προσκείμενον, (*i. e.* οἱ προσκείμενοι *aut* τὸ προσκείμενον μέρος τοῦ στρατοῦ) ix. 6. *a. N.* ἡ ἵππος αἰεὶ προσέκειτο, ix. 40. *m.* 60. *a.*

2. Deditum, Addictum esse, *ut Amicus amico, quo* utitur familiariter, *cum quo* multa consuetudine conjunctus est. ἦν οἱ φίλος, τῷ προσεκέετο τῶν ἀστῶν μάλιστα, vi. 61. *a. Sed et*, Deditum esse, Indulgere *vino.* οἴνῳ Πέρσαι κάρτα προσκέαται, i. 133. *m.* τῇ φιλοινίῃ πλεόνως προσκέεσθαι, iii. 34. *m.*

3. προσκεῖσθαι *habet significationem Passivam, quæ respondet variis significatibus Activi verbi* προστιθέναι. τῷ τὸ ἐλάχιστον ὑπισταμένῳ προσεκέετο ἡ παρθένος, Ei, qui minimo contentum se fore declarasset, Adtribuebatur, Jungebatur, In matrimonium dabatur virgo, i. 196. *m.* (*conf.* Προστιθέναι, *num.* 1.) τοῦτό μοι πρόσκειται, Hoc (*hoc munus, hoc officium, hic honor, hoc jus*) mihi tributum est, Injunctum est, Ad me pertinet; *et similia.* τοῖσι προσέκειτο, Quibus hoc mandatum erat, i. 119. *f.* καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐποίεον τοῖσι προσεκέετο αὕτη ἡ ἄχαρις τιμὴ, vii. 36. *a.* σῶστρα θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσκέεται, i. 118. *extr.* τούτοισι (Spartanorum regibus) προσκέεται προξείνους ἀποδεικνύναι τοὺς ἂν ἐθέλωσι, vi. 57. *f.* ἀνθρώπων οὐδενὶ προσκέεται ἡ τέχνη (ἡ μαντικὴ), τῶν δὲ θεῶν μετεξετέροισι, i. 83. *a.*

Προσκέπτεσθαι, Ante considerare et perpendere. προσκεψάμενος ἐπὶ σεωυτοῦ, vii. 10, 4. ἅπαντα προσκεψάμενοι καὶ ἐπιλογισθέντες, vii. 177. *a.*

Προσκηδὴς τινὶ, Adfinitate conjunctus, viii. 136. *a.*

Προσκτᾶσθαι, Adquirere, Possessioni vel ditioni suæ adjicere. τὴν Καππαδοκίην προσκτήσασθαι πρὸς τὴν ἑωυτοῦ μοῖραν βουλόμενος, i. 73. *a.* Adjungere sibi socium *sive in bello, sive in pace.* Καρίης τὴν πολλὴν προσεκτήσαντο σφίσι σύμμαχον εἶναι, v. 103. *f.* viii. 136. *m.* Miltiades προσκτᾶται τὸν Καλλίμαχον, In suam sententiam perduxit, Nactus est suffragatorem accedentem eis qui jam ante cum ipso senserant, vi. 110. *a.*

Προσκυνέειν, Adorare, Sese prosternere. καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων προσεκύνεον τὸν Δαρεῖον ὡς βασιλῆα, iii. 86. *extr. N.* προσκυνέειν βασιλῆα προσπίπτοντας, vii. 136. *a. N.* viii. 118. *f.*

Προσλαβέσθαι, *i. q.* προσεπιλαβέσθαι, *quod vide supra.* προσελάβετο τούτου τοῦ πάθεος, viii. 90. *f. ubi olim* προσεβάλετο. *Vide Var. Lect. et Not.*

Προσλογίζεσθαι, Adnumerare, Superiori numero adjicere. τὴν ἐξ Ἐφέσου ὁδὸν δεῖ προσλογίσασθαι ταύτῃ, v. 54. *m.* τὸ δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀγόμενον στράτευμα ἔτι προσλογιστέα (*sic suo more Noster, pro* προσλογιστέον) τούτῳ τῷ ἐξηριθμημένῳ, vii. 186. *a.*

Προσμιγνύειν *et* Προσμίσγειν, Adire, Adpropinquare, *variis modis*, 1. Ad manus venire *cum hoste*, Conserere manus, Adgredi. τοῖσι ἐσβαλοῦσι—ἡ ἵππος πρώτη προσέμιξε, v. 64. *m.* ἀθρόοι προσέμιξαν τοῖσι βαρβάροισι, vi. 112. *m.* οἱ Σκύθαι ἄποροι προσμίσγειν (*temere olim* προσμίγειν *edd.*) iv. 46. *extr. reddi poterat* Aditu difficiles: *sed rectius interpretaberis* Difficiles quibuscum ad manus venias.

2. Adpellere. προσέμιξαν τῇ Νάξῳ, vi.

96. *a.* τῇ Πελοποννήσῳ, vii. 168. *m.* τῇ Ἀσίῃ, viii. 130. *a.*

Προσναυπηγέεσθαι ἑτέρας νέας, Ad superiores (Insuper) alias naves fabricari, vii. 144. *f.*

Πρόσοδος, ου, ἡ, 1. Aditus. *Τάμυρις ἀπείπατο (τῷ Κύρῳ) τὴν πρόσοδον*, i. 205. *m.* 2. Adgressio, Impressio facta in hostem, Conflictus, quum ad manus venitur. *ἐν ταύτῃσι τῇσι προσόδοισι τῆς μάχης*, vii. 212. *a.* *τὴν πρόσοδον ἐποιέετο*, vii. 223. *a.* *τὴν πρόσοδον ἐποιεῦντο*, ix. 101. *f.* 3. *φόρων πρόσοδος*, Reditus tributorum. *φόρων πρόσοδον τὴν ἐπέτεον κατὰ τάδε διεῖλε*, iii. 89. *m.* *ἡ πρόσοδός σφι ἐγίνετο ἀπὸ τῶν μετάλλων*, vi. 46. *m.*

Προσόμουρος, i. q. ὅμουρος, et πρόσουρος, Finitimus. *Νασαμῶσι προσόμουροί εἰσι Ψύλλοι*, iv. 173. *a.*

Προσορέγεσθαί τινι idem fere videtur significare ac προσκέεσθαι num. 1. *nempe*, Adplicare se ad aliquem, Instare, Sollicitare. *ἔτι πλέον προσορέγοντό οἱ vel προσωρέγοντό οἱ*, vii. 6. *a. m. cum Var. Lect. et Not.*

Προσορμίζεσθαι, Adpellere, *aut certe*, Prope oram Stationem capere. *οὐκ ἔα τὰς νέας πρὸς τὴν νῆσον προσορμίζεσθαι*, vi. 97. *a.*

Προσουδίζειν, Humo adlidere. *λαβόντα τὸ παιδίον προσουδίσαι*, v. 92, 3. *m.*

Πρόσουρος, ὁ, ἡ, i. q. ὅμουρος et προσόμουρος, Finitimus, Confinis. *τῇ Ἀραβίῃ, προσούρῳ ἐούσῃ nempe τῇ Αἰγύπτῳ*, Arabiæ *Ægypto* finitimæ, ii. 12. *m.* *οἰκέοντες Αἰγύπτου τὰ πρόσουρα Λιβύῃ*, ii. 18. *a. m.* *Αἰθίοπες οἱ πρόσουροι Αἰγύπτῳ*, iii. 97. *a.* 102. *a.* v. 49. *m.*

Προσοφείλειν, idem fere ac simplex ὀφείλειν, Debere. *τὸν προσοφειλόμενον φόρον μετίει*, Debitum (debitum adhuc necdum solutum) tributum remittit *novus rex*, vi. 59. *ubi alii minus recte προοφειλου.*

ἡ ἔχθρη ἡ προσοφειλομένη (sic enim etiam h. l. cum mss. quibusdam legendum videtur pro vulgato προοφειλομ.) ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων, v. 82. *a. idem fere sonat ac ἡ παλαιὴ ἔχθρη, cap.* 81. *m. nempe* Vetustum odium adhuc debitum, *id est*, cujus effundendi adhuc defuit opportuna occasio.

Προσπασσαλεύειν, Clavis ligneis adfigere. *σανίδα προσπασσαλεύσαντες (nempe αὐτῷ), sive potius, σανίδι (aut πρὸς σανίδα) προσπασσαλεύσαντες (nempe αὐτὸν) ἀνεκρέμασαν*, ix. 120. *extr. cum Var. Lect. et Not. Conf.* Προσδιαπασσαλ.

Προσπέμπειν (πρός τινα), Mittere ad aliquem, *nempe* Mittere qui alteri conditionem proponat aut eam sollicitet, ix. 108. *a. N.*

Προσπίπτειν, Accidere, Incidere. *αἱ συμφοραὶ προσπίπτουσαι, καὶ αἱ νοῦσοι*, vii. 46. *f.*

Προσπλάσσειν, Adstruere. *νεοσσιὰς προσπεπλασμένας ἐκ πηλοῦ πρὸς ἀποκρήμνοισι οὔρεσι*, iii. 111. *m.*

Προσπλέειν, Aduavigare, Navigare in hostem, vii. 194. *f. ubi perperam olim προσπταίοντας edd. pro προσπλέοντας.*

Προσπλώειν, i. q. προσπλέειν. ἐξ ἀντίης προσπλώειν, viii. 6. *m.*

Προσπλωτὸς ποταμὸς Nostro dicitur Fluvius in quem e mari navibus aditus et adscensus patet. *ποταμοὶ προσπλωτοὶ ἀπὸ θαλάσσης*, iv. 47. *f.* *ἐς ὃ ὁ Βορυσθένης ἐστὶ προσπλωτὸς*, Quousque adverso fluvio e mari navigari potest, iv. 71. *a.* (*conf.* Προσβαίνειν).

Προσποιέεσθαι, Sibi comparare, Sibi adsciscere. *προσποιησάμενος ξύλινον πόδα*, ix. 37. *f. N.* *τοὺς δὲ, φίλους προσεποιήσατο*, i. 6. *m.* *προσποιέεται Κόβωνα*, Cobonem sibi conciliavit, Ad suas partes pertraxit, vi. 66. *m. N.*

Πρόσπολος, ὁ, Famulus, Minister, ii. 64. *f.*

Προσπταίειν, 1. Offendere, Impingere. *αὐτὸν τὸ γόνυ προσπταῖσαι λέγουσι*, vi. 134. *extr.* *προσπταισάντων τῶν πρώτων, scil. πρὸς τὸν Ἄθων*, vii. 22. *a. coll.* vi. 44. *m.* 2. Cladem accipere. *προσπταίσας μεγάλως*, i. 16. *b.* ii. 161. *m.* vi. 95. *f.* vii. 210. *f.* 170. *m.* *τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν*, iii. 40. *m.* *πρὸς Τεγεήτας μούνους προσέπταιον*, A solis Tegeatis (In solo cum Tegeatis bello) cladem acceperunt, i. 65. *a.* *Similiter, τῷ πεζῷ προσπταίσας πρὸς τοὺς Βρύγους, καὶ τῷ ναυτικῷ μεγάλως περὶ Ἄθων*, vi. 45. *b.* *προσπταίσας τῇ ναυμαχίῃ*, Post cladem pugna navali acceptam, ix. 107. *extr.*

Προσρέειν, Confluere, Magna frequentia adcurrere. *ἐκ τῶν δήμων ἄλλοι προσέῤῥεον*, i. 62. *a.*

2. *Sed alibi συγχοῦν rectius* Solo æquare, Destruere, Diruere, ut nil nisi Ruinæ et confusa lapidum strages supersint. *Sic, εἴ κου τι ὀρθὸν ἦν τῶν τειχέων ἢ τῶν οἰκημάτων, πάντα καταβαλὼν καὶ συγχώσας*, ix. 13. *m. τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκήματα ἐμπεπρησμένα τε καὶ συγκεχωσμένα*, viii. 144. *a. συγχώσαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν*, viii. 71. *m. haud incommode redditur* Obstruxerunt viam; *at non utique, ut Larcherus interpretatus est*, terra adgesta, *in saxoso præsertim monte, sed saxorum, puta, ingenti congerie, quæ muniti valli rationem haberet, quo interclusa fuerit via et prohibiti adscendentes; nisi potius intelligas* Subrutam et dirutam esse viæ munitionem, *ita ut et fossis et ruinis intercepta via esset.*

Συγχωρέειν, Concedere. *Συρηκουσίοισι συγχωρήσομεν τῆς ἡγεμονίης*, vii. 161. *f. Item cum Accus. rei: συγχωρησάντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Σπαρτιητέων*, ix. 35. *a.*

Συκέη, ἡ, (*comm. συκῆ*) Ficus arbor. *μέγαθος κατὰ συκέην*, iv. 23. *f. οὔτε συκέην, οὔτε ἄμπελον*, i. 193. *m. Genit. plur. συκέων, per syncopen pro συκεέων*, i. 193. *f. ubi vide Var. Lect.*

Συλᾷν, Diripere, Spoliare. *ἱρὰ συλήσαντες ἐνέπρησαν*, vi. 101. *f.* viii. 33. *f. Passivum: ἐπυνθάνετο ὁκόθεν σεσυλημένον εἴη τὸ ἄγαλμα*, vi. 118. *a.*

Συλλαμβάνειν, 1. Comprehendere. *ἑνὶ ἔπεϊ πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν*, Ut uno verbo omnia Comprehendam (Complectar) dicamque, iii. 82. *f. Similiter, σὺ πᾶν αὐτὸ (immo, αὐτὸς) συλλαβὼν εἴρηκας*, vii. 16, 3. *a. quæ verba ego quidem interpretatus sum*, Tu recte rem omnem Intellexisti Dixistique; *sed rectius videntur alii in hanc sententiam accepisse*, Tu rem omnem brevibus verbis Complexus es. *Cum eodem usu hujus verbi convenit ille, ubi commode redditur* Colligere. *συλλαβὼν οὗτος τῆς στρατιῆς τοὺς περιγενομένους*, v. 46. *m.*

2. *συλλαμβάνειν*, Animo comprehendere, Percipere, Intelligere: *οὐ συλλαβὼν τὸ ῥηθὲν*, i. 91. *m. f. et mox, οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε*, ibid. *ἀτρεκέως μὲν οὐ πάντα συλλαβὼν τὸν λόγον*, ii. 49. *a. συνέλαβε τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν*, ii. 56. *b. συλλαβὼν τὸ θεοπρόπιον*, iii. 64. *extr. τὴν τῶν ἀνδρῶν φωνὴν αἱ γυναῖκες συνέλαβον*, iv. 114.

3. *συλλαμβάνειν τινὶ*, Simul cum aliquo capessere rem, et manum operi admovere, Adjuvare aliquem. *τοῖσι Λυδοῖσι συμπρήκτωρ τε ἐγίνετο καὶ συνελάμβανε προθύμως*, vi. 125. *a. συνέλαβε γὰρ ἄλλα οἱ σύμμαχα γενόμενα ἐς τὸ πείθεσθαι Ξέρξεα*, vii. 6. *a. ubi συνέλαβε vulgo*, Contigit ut, *interpretantur: at ibi verbum eodem significatu atque* vi. 125. *positum est: commode vero inter οἱ et σύμμαχα levi inciso distinguetur oratio, ut intelligatur hujusmodi constructio verborum, καὶ γὰρ καὶ ἄλλα συνέλαβόν οἱ, σύμμαχα (αὐτῷ) γενόμενα ἐς τὸ πείθεσθαι Ξέρξεα. Similiter verbo Medio: συνελάβοντο τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον*, iii. 49. *a. Conf.* Συνεπιλαμβάνεσθαι.

Συλλέγειν, 1. Colligere. *τὰ ὀστέα συλλέξας*, i. 68. *f. συλλέγουσαι σφίσι φερνὰς*, i. 93. *m. f.* 2. Congregare, Convocare. *διὸ ὑμέας ἐγὼ συνέλεξα*, vii. 8, 1. *f. Passiv.* Convenire. *συλλέγεσθαι ἐς Σάρδις*, i. 81. *ὡς δὲ συνελέχθησαν*, vii. 8, 1. *a.* ix. 50. *a. μὴ πλεῦνες συλλεχθῆτε*, ix. 45. *m.*

Συλλογὴ, ἡ, Coitio. *τὸν ἡγεμόνα γενέσθαι τῆς συλλογῆς, ὥστε ταῦτα συνυφανθῆναι*, v. 105. *a.*

Συλλογίζεσθαι, Animo complecti, Computare et summam colligere. *εἰ γάρ τις τὰ ἐξ Ἑλλήνων τείχεά τε καὶ ἔργων ἀπόδεξιν συλλογίσαιτο*, ii. 148. *a.*

Σύλλογος, ου, ὁ, Conventus, Concilium, Concio. *σύλλογον ἐπίκλητον ἐποιέετο Περσέων τῶν ἀρίστων*, vii. 8. *a. et nude σύλλογον ποιήσασθαι*, viii. 24. *m. f.* 83. *a. σύλλογος ἐγίνετο καὶ πολλὰ ἐλέγετο*, viii. 74. *m. διαλύειν σύλλογον*, Conventum aut concilium dimittere, vii. 10, 4. *sed διαλύεσθαι ἐκ τοῦ συλλόγου*, Discedere e concilio, iii. 73. *f.*

Συλλοχίτης, ὁ, Ejusdem manipuli vel cohortis socius. *τῶν οἱ συλλοχιτέων διεφθαρμένων*, i. 82. *extr.*

Συλλυπεῖσθαι, Condolere. *συλλυπούμενοι τῷ πάθεϊ (αὐτοῦ)*, ix. 94. *a. συλλυπηθησόμενοι (αὐτῷ)*, vi. 39. *f.*

Συμβαίνειν, 1. Contingere, Accidere, *ex pervulgato verbi usu; veluti, καὶ αὐτῷ ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι συνέβη*, vi. 103. *a. συνέβη Γέλωνα νικᾷν*, vii. 166. *a. ὀρθῶς σφι ἡ φήμη συνέβαινε ἐλθοῦσα*, ix. 101. *a.*

2. Convenire, Consentire, *variis modis. Sic de* Consentientibus inter se narrationibus. *ἐθέλων εἰδέναι εἰ (οἱ ἐκείνων λόγοι) συμβήσονται τοῖσι λόγοισι τοῖσι ἐν Μέμφι*, ii. 3. *m. f. Sic et de aliis* Rebus inter se Convenientibus, Congruentibus. *ὁ χρόνος τῆς ἐκθέσιος τῇ ἡλικίῃ τοῦ παιδὸς ἐδόκεε συμβαίνειν*, i. 116. *a. Porro, de* Hominibus, qui in aliquam conditionem Consentiunt, Inter quos Convenit ut aliquid fiat. *ἐς λόγους συνελθόντες, συνέβησαν ὥστε— μαχέσασθαι*, i. 82. *a. συνέβησαν ἐς τὠυτὸ οἵ τε—καὶ οἱ λοιποὶ—, τόνδε βασιλεύειν*, i. 13. *a. Denique συμβαίνειν dicitur etiam* Res in quam aliqui Consentiunt; Res de

qua inter illos Convenit. *δοκέοντας πάντα συμβεβάναι*, (*i. q. συμβεβηκέναι, sicut ἑστάναι i. q. ἑστηκέναι*) Existimantes omnia convenisse, Composita esse omnia, iii. 146. *f. coll. cap.* 144.

Συμβάλλειν, et Συμβαλλέειν, Ionico more inserta ε vocali; unde frequens occurrit Particip. συμβαλλεόμενος, nec tamen consentientibus libris: qua de formatione verbi vide Var. Lect. ad i. 68, 16. *et ad* iii. 14, 23. *cum Not. ad istum locum, denique Var. Lect. ad* iii. 76, 8. *ubi similiter ὑπερβαλλέεσθαι præfert cod. F. Alibi antiquissimam verbi formam Συμβαλέειν (quæ in pervulgato Præterito perfecto βέβληκα superest, per syncopen ex βεβάληκα formato) tenuisse Noster videri potest: certe συμβαλέειν*, ii. 10. *a. m.* iii. 160. *a. et* iv. 42. *a. non tam Aoristus, quam Præsens tempus esse videtur, præsertim si conferas* iv. 50.

Usus hujus verbi apud Nostrum varius atque varius reperitur: significat enim

I. *Activum συμβάλλειν*,

1. Conferre, Comparare *unum cum altero. ὥστε (fors. ὥς γε) εἶναι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοισι συμβαλέειν*, ii. 10. *a. τούτῳ οὐδεὶς ἠξίωσε ἑωυτὸν συμβαλέειν*, iii. 160. *a. εὔρεος πέρι ἡ Εὐρώπη οὐδὲ συμβαλέειν ἀξίη φαίνεται εἶναι*, iv. 42. *a. ἐπεὶ ὕδωρ γε ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν*, iv. 50. *a. τούτῳ οὐκ οἷά τέ ἐστι συμβαλέειν ἄλλον ποταμὸν*, iv. 53. *a.*

Inde Passivum. οὐδὲ εἷς ἄξιός ἐστι Πολυκράτεϊ μεγαλοπρεπείην συμβληθῆναι, iii. 125. *f. τὸ Βαβυλώνιον πρὸς τὸ Εὐβοεικὸν συμβαλλεόμενον τάλαντον*, iii. 95. *a.*

2. *συμβάλλειν τινὰ τινὶ*, Committere aliquem in aliquem *vel* cum aliquo, ut ambo invicem pugnent. *συμβαλέειν σκύμνον λέοντος σκύλακι κυνὸς*, iii. 32. *a. ἄνδρα ἀνδρὶ καὶ ἵππον ἵππῳ συνέβαλον, καὶ κύνα κυνὶ*, v. 1. *m. f.*

3. *συμβάλλειν τινὶ, absque Accusativo*, Congredi cum *hoste*, Confligere, Ad manus venire. *ὁ συμβαλὼν στρατὸς*, i. 77. *a. λογάδες ἑκατέρων συνέβαλλον*, i. 82. *a. ὡς συμβαλὼν ἐνίκησε τοὺς Ἀσσυρίους*, i. 103. *m. f. quibus in locis subintelligitur Dativus personæ, qui alibi expressus adest, ut συμβαλόντες τοῖσι Σκύθησι*, i. 104. *f. συμβαλὼν τοῖσι Πέρσῃσι*, i. 128. *f. Et sic frequenter in Musis, partim cum adjecto dativo, partim subintellecto. Plura Portus collegit.*

II. *Medium Συμβάλλεσθαι, vel Συμβαλλέεσθαι, et in Aor. Συμβαλέσθαι significat*

1. Conjicere, Conjecturam facere; *scil.* Collatis inter se rationibus colligere et judicare. *συνεβάλλετο τὸν Ὀρέστεα τοῦτον εἶναι. τῇδε συμβαλεόμενος*, i. 68. *m. ubi conf. Var. Lect. Similiter, πρῶτος ὑπόπτευσε, τῇδε συμβαλλεόμενος*, iii. 68. *a. συνεβάλλετο εἶναι τὸν Νεῖλον*, ii. 33. *a. et ὡς ἐγὼ συμβάλλομαι, paulo post* ibid. *οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ' ὅτευ etc.* iv. 45. *a. συνεβάλοντο τὸ χρηστήριον τοῦτο εἶναι*, v. 1. *f. ἐκ τῆς ὄψιος συνεβάλετο ταῦτα*, vi. 107. *a. ὡς ἐμὲ συμβαλλεόμενον εὑρίσκειν*, vii. 24. *a. et ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὑρίσκω*, vii. 184. *a.* 187. *f.* viii. 30. *a. συμβαλλεόμενοί σφι τὸν Βορῆν γαμβρὸν εἶναι*, vii. 189. *a.*

2. Conferre, In unum conferre, Adjicere. *πολλῶν ἄλλων ποταμῶν συμβαλλομένων τὸ σφέτερον ὕδωρ, γίνεται ὁ Ἴστρος ποταμῶν μέγιστος*, iv. 50. *a. et mox. οὔτε ποταμὸς, οὔτε κρήνη οὐδεμίη ἐσδιδοῦσα, ἐς πλῆθός οἱ (nempe τῷ Νείλῳ) συμβάλλεται*, ibid. *ubi subintelligi potest συμβάλλεταί τι*, Ad magnitudinem ejus nihil Confert; Ad magnitudinem, quam per se habet, nihil Adjicit. *ἐς τὰ δῶρα ὁλκάδα οἱ ἔφη συμβαλέεσθαι, (alii, nec ita male fortasse, συμβαλλέεσθαι)* iii. 135. *m. ubi ἐς τὰ δῶρα cum aliis interpretatus sum* Ad transferenda dona; *sed rectius intelligetur*, Ad illa dona (*sive* Donis illis) sese Adjecturum (*sive in præsenti tempore*, Adjicere) ait, onerariam navem, *etc. Similiter, γνώμας συμβάλλεσθαι*, viii. 61. *a. significat* Conferre suffragia, Adjicere sua suffragia suffragiis aliorum, Cum aliis dicere suam sententiam et ferre suffragia.

3. *συμβάλλεσθαι*, Computare, Supputare *et* Summam colligere. *ἐπὶ δακτύλων συμβαλλεόμενος τοὺς μῆνας*, vi. 63. *m. N. et* 65. *f. τοσοῦτοι γὰρ συμβαλλομένῳ μῆνες εὑρίσκονται*, ii. 31. *Similiter in Passivo: ἡ ὁδὸς ἡ ἡμερησίη ἀνὰ διηκόσια στάδια συμβέβληταί μοι*, iv. 101. *b. quæ verba perincommode Portus interpretatus est*, Viam conjecturis assequor, Viam hanc esse conjicio: *commodissime Valla*, Supputantur a me in singulos dies itineris ducena stadia.

Σύμβασις, ιος, ἡ, Conventio, Conventum, Consensio *et* Conditiones in quas consensimus. *συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν*, i. 74. *f.*

Συμβιβάζειν, Conventionem et Pacem *inter aliquos* Conciliare. *οἱ συμβιβάσαντες αὐτοὺς*, i. 74. *m. f.*

Συμβόλαιον, τὸ, Argumentum, Documentum, ex quo aliquid colligitur et cognoscitur. *πιστὸν γὰρ οἱ ἦν τὸ συμβόλαιον*, v. 92, 7. *m.*

Συμβολὴ, ἡ, 1. Commissuram *interpretantur* iv. 10. *a. ubi habes ζωστῆρα, ἔχοντα ἐπ' ἄκρης τῆς συμβολῆς φιάλην χρυσέην. Mihi haud liquet. Larcherus, ζωστῆρα, cum Valla* balteum *intelligens, reliqua verba sic interpretatur* "à l'endroit où le baudrier s'attachoit, pendoit une coupe d'or."

2. συμβολὴ, Congressus ad pugnandum, Conflictus, Prælium. ἐσσωθέντες τῇ συμβολῇ, i. 66. *f.* συμβολῆς γενομένης, i. 74. *a.* vii. 210. *extr.* ix. 42. *extr.* ἐνίκησαν τῇ συμβ. iv. 159. *f.* συμβολὴν ἐποιέετο, vi. 110. *extr.* ὕστεροι ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς, vi. 120. *etc.* ἀποσπεύδειν τὴν συμβολὴν, Dissuadere prælium, vi. 109. *extr. ubi quidem alii plerique* τὴν συμβουλὴν *præferunt. Vide Var. Lect. et Not.*

Συμβουλεύειν τινὶ, Consulere, Suadere alicui. συνεβούλευε Ἱπποκράτεϊ, i. 59. *a. ubi vide Var. Lect.* συμβουλεύω τοι, vii. 51. *m. f.* συμβουλεύεις, *scil.* ἡμῖν, vii. 135. *f.* συμβουλεύσειε (*scil.* αὐτῷ) τὰ ἄριστα, vii. 237. *f.* συνεβούλευον αὐτῷ μένειν, viii. 103. *a.*

Συμβουλεύεσθαι τινὶ, Deliberare cum aliquo, Consulere aliquem. συμβ. τῇ γυναικὶ, ii. 107. *m.* εἰ μὲν δὴ συμβουλεύεαί μοι, vii. 235. *a. et omisso dativo personæ,* συμβουλευομένου τοῦ ἀστοῦ, *nempe* ἀνδρὶ πολιήτῃ, Quando civis civem consulit, vii. 237. *m. et mox iterum* συμβουλευομένου τε, *nempe* ξείνου ξείνῳ, Quando hospes (peregrinus) hospitem consulit, ibid. *f. ubi utrobique, suo more, Scriptor noster Genitivum participii absolutum posuit, licet verba utrobique sequentia,* ὑποθέοιτο *et* συμβουλεύσειε, *proprie Dativum casum postulassent.*

Συμβουλὴ, ῆς, ἡ, Consultatio. ἔγνωσαν, συμβουλῆς πέρι ἐς θεὸν ἀνῷσαι, Decreverunt consultandi caussa ad deum rem referre, i. 157. *m. f. ubi in scripturam* συμβουλῆς *libri omnes consentiunt.*

Alibi vulgatum olim τὴν συμβουλὴν, *præeuntibus codicibus nonnullis in* τὴν συμβουλὴν *mutandum censui.* (*Vide* Συμβολή.) *Alibi, in librorum dissensu, scripturam* Συμβουλίη *probavi.*

Συμβουλίη, ης, ἡ, Consilium quod datur alicui. ἵνα σε ἀντὶ χρηστῆς συμβουλίης χρηστοῖσι ἔργοισι ἀμείψωμαι, iv. 97. *extr.* σὺ δέ μευ συμβουλίην ἔνδεξαι, vii. 51. *a.* οὐκ ἐξ ἴσου γίνεται ἡ συμβουλίη, vii. 135. *m. f.* πάσης συμβουλίης ἀλογήσας, iii. 125. *a. quibus in locis omnibus libri omnes consentiunt. Sic item omnes,* ἐνῆγε (αὐτὸν) τῇ συμβουλίῃ, iii. 1. *a. m. sed paulo ante, (eodem cap.) ubi* ἐκ συμβουλίης *dabant codd. nonnulli, vulgatam olim scripturam* ἐκ βουλῆς *revocavi.* (*Vide ibi Var. Lect. et Not.*) εἴπας ἐς σὲ μάταια ἔπεα χρηστῆς εἵνεκα συμβουλίης, (*minus recte* συμβουλῆς *olim edd.*) vii. 15. *a.* ἔδοξέ οἱ καὶ Ἀρτεμισίην ἐς συμβουλίην (ad dandum consilium) μεταπέμψασθαι, viii. 101. *a. tum,* ἥσθη τῇ συμβουλίῃ Ξέρξης, viii. 103. *a. ubi rursus olim* ἐς συμβουλὴν, *et* τῇ συμβουλῇ.

Συμμαχέεσθαι, *i. q.* συμμάχεσθαι. *Metaphorice,* τὸ οἶκὸς ἐμοὶ συμμαχέεται, Ratio militat mecum, Pro me pugnat, vii. 239. *a.*

Συμμαχίη, ἡ, *metonym. pro* οἱ σύμμαχοι, Socii. ἐς τὰς ἄλλας συμμαχίας ἔπεμπε καὶ ἐς Λακεδαίμονα, i. 82. *a.*

Συμμαχικὸν, τὸ, *scil.* στράτευμα, Sociorum exercitus; *aut omnino idem ac* οἱ σύμμαχοι. τοὺς ἑωυτοῦ πολιήτας ἀποσχίζων ἀπὸ τοῦ λοιποῦ συμμαχικοῦ, vi. 9. *m.*

Σύμμαχος, *non solum* ὁ, Socius, Auxiliaris; *sed et* ἡ, *ut,* συντυχίη ἐπεγένετο, σύμμαχος (αὐτοῖς), Casus incidit, illis Favens, Adjuvans illos, v. 65. *a.*

Συμμένειν, Manere, Permanere, Durare, i. 74. *f. Vide* Σύμβασις.

Συμμετρέεσθαι, Dimetiri, Commetiri. συμμετρησάμενοι τὴν ὥρην τῆς ἡμέρης, iv. 158. *b.*

Σύμμιγα, *Adverb.* Mixtim, Promiscue. ἐπεὰν συλλεχθέωσι σύμμιγα τᾶισι γυναιξὶ, Promiscue una cum mulieribus, vi. 58. *m.*

Συμμίσγειν, 1. Miscere. συμμίξαντες τὰ στρατόπεδα, Jungentes et miscentes castra, iv. 114. *a. Inde Passivum:* οὐ συμμίσγεσθαι τοὺς παῖδας τοῖσι—παισὶ, iv. 138. *m. ubi olim* συμμίγνυσθαι *edd. contra Herodoti usum.* ὀμβρίου ὕδατος συμμισγομένου πολλοῦ αὐτοῖσι, ii. 25. *m.* εἶναι θνητὸν οὐδένα, τῷ οὐ κακὸν συνεμίχθη, (*scil.* τοῖσι ἀγαθοῖσι, bonis aut commodis, quibus cæteroquin fruitur aut fruitus est,) vii. 203. *f. Et Activum notione Passiva:* οὐ συνέμισγον οὗτοι βασιλέϊ, Hi cum rege non miscebantur, vii. 40. *a. ubi temere transpositis literis codd. nonnulli* συνέσμιγον *præferunt, sicut et* i. 127. *f.* vi. 14. *a. et* ἐπισμιγόμενοι, i. 185. *f.*

2. συμμίσγειν (*scil.* ἑωυτὸν) τινὶ, Congredi cum aliquo ad colloquendum, in Colloquium venire, Sermones miscere, Sermones conferre. συμμίσγων ἑνὶ ἑκάστῳ, i. 123. *a. m.* ἐθέλων τῇ μητρὶ συμμῖξαι, ii. 64. *a. N.* ἔνθα συμμίσγουσι ἀνδρὶ πορφυρέϊ, iv. 151. *m.* συμμίξας τοῖσι Σαμίοισι ἀνέπειθε (αὐτοὺς), vi. 23. *a.* ἄγγελοι συμμίξαντες Γέλωνι, vii. 153. *a.* θέλων αὐτῷ συμμῖξαι, viii. 79. *m.* ἐθέλων συμμῖξαι σφι καὶ πυθέσθαι τὰς γνώμας, viii. 67. *a. Singularis est verbi constructio,* ἔφη ἐθέλειν οἱ κοινόν τι πρῆγμα συμμῖξαι, De re quadam communi velle se cum illo agere, viii. 58. *a.*

3. συμμίσγειν, Hostiliter congredi ad pugnandum. συμμίσγοιμεν ἂν ἐς μάχην ὑμῖν, iv. 127. *a. m.* συμμισγόντων δὲ τῇ ναυμαχίῃ, i. 166. *m.* οἱ Μῆδοι στρατευσάμενοι συνέμισγον τοῖσι Πέρσῃσι, i. 127. *f.* ὡς δὲ ἀγχοῦ ἐγίνοντο καὶ συνέμισγον ἀλλήλοισι, vi. 14. *a.*

4. *Semel de* Venereo congressu *intelligi poterat,* τῇ πρῶτον συνεμίχθη, iv. 114. *a. Sed et ibi rectius latiore significatu accipietur,* Cum qua primum erat congressus.

Simplex verbum Μίγνυσθαι, sigillatim de Coitu maris cum fœmina usurpatum Nostro, supra vidimus.

Σύμπας, αντος, Universus. τοῦ σύμπαντος στρατοῦ libri omnes vii. 82. a. Sic et olim σύμπαντος τοῦ στρατεύματος, vii. 187. a. ubi nunc συνάπαντος ex aliis codd. Conf. Συνάπας.

Neutrum: τὸ δὲ σύμπαν (ἔφησαν) εἶναι, seq. Infinit. Summam rei aiebant in eo verti ut etc. vii. 143. f.

Συμπείθειν τοὺς Αἰακίδας, pro vulgato συμπέμπειν, v. 80. extr. probavit Gronovius in Notis, intelligens Persuadere Æacidis ut sibi auxilium ferant, et simillimum esse monens id quod apud Justinum xx. 2. legitur: "Spartani, longinqua militia gravati, auxilium a Castore et Polluce petere eos jubent." Sed vide monita a Wesselingio in Notis ad Herodoti locum.

Συμπέμπειν, Mittere cum aliquo. συνέπεμπε τοῖσι παισὶ φύλακον, viii. 104. a. Conf. Συμπείθειν.

Συμπεραίνειν, Una perficere, Una finire. Legebatur olim hoc verbum ii. 11. m. ubi Duo sinus maris memorat Herodotus σχεδὸν ἀλλήλοισι συμπεραίνοντας τοὺς μυχοὺς, quæ verba Valla interpretatus erat, Qui prope inter se suos recessus terminent. At ibi commodius ex aliis codd. receptum est συντετραίνοντας.

Συμπίπτειν, 1. Accidere, et præsertim, vi præpositionis σὺν, Simul accidere, quasi Latine dicas Coincidere. τοῖσι κατ' αὐτὸν τοῦτον τὸν χρόνον συνεπεπτώκεε ἔρις ἐοῦσα, i. 82. a. συνέπιπτε γὰρ καὶ τὸν ἐστιγμένον ἀπῖχθαι, v. 35. a. Ἀρισταγόρῃ δὲ συνέπιπτε τοῦ αὐτοῦ χρόνου πάντα ταῦτα συνελθόντα, v. 36. a. συνέπιπτε ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας, viii. 15. m. συνέπιπτε τοιοῦτο ὥστε τοὺς μὲν μὴ τολμᾷν, τοὺς δὲ etc. viii. 132. f. συνέπιπτε ὥστε ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κατάστασιν, Accidit ut utrique simul in senatum introducerentur, viii. 141. m. τῆς ἡμέρης συμπιπτούσης, ix. 100. m. Haud satis exploratum est, quid sit quod ait Herodotus ii. 49. m. f. οὐ δὴ συμπεσέειν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα, καὶ τὰ ἐν τοῖσι Ἕλλησι, quo de loco vide Adnot.

2. συμπίπτειν dicitur etiam Res quæ alii rei Congruit, Convenit, Consentit. ὥστε συμπεσέειν τὸ πάθος (τῶν Μιλησίων) τῷ χρηστηρίῳ τῷ ἐς Μίλητον γενομένῳ, vi. 18. a. συμπεσεῖν τούτοισι καὶ τόνδε τὸν λόγον λέγουσι, vii. 151. a. καὶ τόδε ἕτερον συνέπεσε γενόμενον, ix. 101. a.

3. Valet etiam συμπίπτειν idem ac ἐμπίπτειν vel ἐσπίπτειν, Incidere. ἀσιτίῃσι συμπεπτωκότα, iii. 52. a. ἐς νείκεα συμπεσόντες, ix. 55. a.

4. συνέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος olim vulgabatur ix. 102. m. ubi rectius συνεσέπιπτον alii libri dederunt. Vide Not. Sed i. 215. a. m. opponuntur διαστάντες et συμπεσόντες, Eminus pugnantes, et Ad manus venientes.

Συμπλέειν τινὶ, Navigare cum aliquo. οὐ γὰρ ἔφη οἱ συμπλεύσεσθαι, iv. 149. a.

Συμπλέκεσθαί τινι, Comprehensum aliquem firmiter tenere et ei quasi implicatum esse. συμπλακέντος δὲ Γωβρύεω τῷ Μάγῳ, iii. 78. f. συμπλακείσης τῆς νηὸς, Quum navis (cui rostrum navis hostilis erat impactum) implicita hæreret alteri navi, viii. 84. a.

Συμπληθύειν, Ad augendum (fluvium) suam partem conferre. αὐτιγενέες ποταμοὶ Σκυθικοὶ συμπληθύουσι, iv. 48. extr. ἡ χιὼν, ἐσδιδοῦσα ἐς τὸν Ἴστρον, συμπληθύει αὐτὸν, iv. 50. m.

Συμπληροῦν, Una cum alio complere. Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυτικῆς ἐόντες, συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας, Simul cum Atheniensibus naves compleverunt propugnatoribus, viii. 1. a.

Σύμπλοος, ὁ, Navigationis socius. σὲ καὶ τοὺς σοὺς συμπλόους, ii. 115. f. πάντων ὁρεόντων τῶν συμπλόων, iii. 41. m. δέξασθαι αὐτὸν σύμπλουν, Vit. Hom. 17. m.

Συμπράσσεσθαι, vide Συμπρησσ.

Συμπρήκτωρ, ορος, ὁ, Adjutor. Λυδοῖσι συμπρήκτωρ ἐγίνετο, vi. 125. a.

Συμπρήσσεσθαι τινὶ, i. q. τιμωρεῖσθαι τινὶ, Ulcisci cum aliquo injuriam illi inlatam, Adjuvare aliquem in ulciscenda injuria ei inlata. ὅσοι Ἑλλήνων συνεπρήξαντο (olim συνεπραξ. edd.) Μενέλεῳ τὰς Ἑλένης ἁρπαγὰς, v. 94. extr. N. Conf. Συνεκπρήσσεσθαι.

Συμπροπέμπειν, Una cum aliis comitari et deducere aliquem. συμπροέπεμψε Ξέρξεα φεύγοντα, ix. 1. b.

Συμφέρειν, 1. Conferre in unum, In commune conferre. εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα κακὰ ἐς μέσον συνενέγκαιεν, vii. 152. m. Caspii, cum tribus aliis populis ἐς τὠυτὸ συμφέροντες, In unam summam conferentes tributum, διηκόσια τάλαντα ἀπαγίνεον, iii. 92. m.

2. Conducere, Prodesse. τὸ καὶ συνήνεικε ποιησάσῃ, viii. 87. m. οὐ μέντοι ἐς τέλος οἱ συνήνεικε τὸ ἔχθος, ix. 37. f.

3. συμφέρειν et συμφέρεσθαι, (sicut συμβαίνειν et συμπίπτειν) Accidere, Evenire. τοιόνδε τι συνήνεικε γενέσθαι, vi. 23. a. viii. 88. a. συνήνεικε δ' αὐτόθι θῶμα γενέσθαι τοιόνδε, vi. 117. a. συνήνεικε αὐτὸν—ἀποθανεῖν, vii. 4. a. 117. a. συνήνεικε ἐσσωθῆναι, vii. 10, 2. Pro συνήνεικε iii. 129. a. habet συνένεικε noster cod. F. neglecto augmento: sicut συνδιένεικαν plerique libri præferunt v. 99. a. Passivi hæc sunt exempla: συνενείχθη τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα, i. 19. a. συνενεχθῆναι

δέ οἱ τυφλὸν γενέσθαι, ii. 111. *a.* οὐδέν σφι χρηστὸν συνεφέρετο, iv. 157. *a.* ἔμελλε τοιοῦτό σφι συνοίσεσθαι οἷόν περ ἀπέβη, viii. 86. *m.* ἡμῖν πολλὰ συμφέρεται ἐς τὸ ἄμεινον, Multa nobis cadunt (eveniunt) meliorem in partem; Multa nobis prospere cedunt, vii. 8, 1. *m.* τά τε ἄλλα συνήνεικε αὐτῇ ἐς εὐτυχίην γενόμενα, viii. 88. *m. f.*

Ut Latine dicimus, Bene, Male, mihi *evenit; sic et Græcum verbum* συμφέρεσθαι, *cum Adverbio subinde construitur.* πειθομένοισι ἄμεινον συνοίσεσθαι, Si paruerint, (ait) bene eis eventurum esse; *proprie*, melius; *nempe* melius quam si contra fecerint. καί σφι ἱδρυσαμένοισι ἄμεινον συνοίσεσθαι, v. 82. *a. m.* 114. *extr.* Θηραίοισι συνεφέρετο παλιγκότως, Theræis iterum male evenit; Recruduerunt Theræis calamitates, iv. 156. *a. Not.*

Reperitur etiam ejusdem verbi constructio hujusmodi: συνοισόμενος μεγάλῳ κακῷ, Qui in eo est ut ingens in malum Incidat; Cui ingens imminet calamitas, vi. 50. *extr.*

4. συμφέρεσθαί τινι, Convenire, Consentire cum aliquo. ἐν τόδε ἴδιον νενομίκασι καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώποισι, i. 173. *f. N.* εὗρον οὐδὲ τούτους τοῖσι Ἕλλησι συμφερομένους, ii. 44. *a.* συμφέρεται δὲ ὡυτὸς (*sive* ὠυτὸς) εἶναι τὸν οἱ Ἕλληνες ἀείδουσι, ii. 79. *a. ubi perperam Portus* συμφέρεται Conjicitur *interpretatur; Larcherus*, Consentiunt vulgo omnes, *intelligit; commode Valla*, Congruit cum eo *etc. nempe* Congruit ita ut prorsus idem sit. συμφέρονται δὲ καὶ τόδε (*nempe*, κατὰ τόδε) ἄλλο Αἰγύπτιοι Λακεδαιμονίοισι·—τόδε μέντοι ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι συμφέρονται, ii. 80. *cum Var. Lect. et Not.* οὐδὲ οὗτος (ὁ Ἀριστέης) συμφέρεται περὶ τῆσδε τῆς χώρης, Σκύθῃσι, iv. 13. *extr.* τὰ δ' ἐπίλοιπα τοῦ λόγου συμφέρονται Θηραῖοι Κυρηναίοισι, iv. 154. *a. et similiter* vi. 59. *a. et* 60. *a. De* Morum et ingeniorum atque animorum concordia *usurpatur hoc verbum, ubi de* Novis nuptis *loquens Herodotus ait*, εἰ δὲ μὴ συμφεροίατο, Sin sibi mutuo non convenerint, i. 196. *f. et ubi* Amazones, adolescentibus Scythis cohabitantes, οὐκ ἂν δυναίμεθα αὐτῇσι (*nempe*, τῇσι Σκυθικῇσι γυναιξὶ) συμφέρεσθαι, Nobis convenire cum illis non posset, Nulla inter nos et illas foret concordia, iv. 114. *f.*

Συμφοραίνειν, Lamentari, Calamitatem suam deplorare, *non videtur esse Herodoteum verbum, legitur tamen in* Vit. Hom. *cap.* 14. *a.* ὁ δὲ, ἀκούσας, ἐσυμφόρηνέ τε καὶ λέγει τὰ ἔπεα τάδε.

Συμφορέειν, Congerere. συμφορήσας (*scil.* τὸν κόσμον, τὸν ἀπέδυσε τὰς γυναῖκας) κατέκαιε, v. 92, 7. *m.* (*Conf.* Ἀποδύειν.) συνεφόρεον τὰ ὀστέα ἐς ἕνα χῶρον, ix. 83. *m.*

Συμφορὴ, ῆς, ἡ, 1. *generatim*, Fortunæ casus *in utramvis partem. Sic*, πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορὴ, i. 32. *m. N. ubi alii quidem* συμφορὴν *in sinistram partem accipientes*, Calamitatem *interpretantur, mihi vero tota disputationis connexio postulare visa est, ut hoc dixisse Solonem intelligeremus*, Omnibus modis (Omni ex parte) homo Casus est, *id est*, Fortunæ casibus obnoxius. *Similiter, ubi apud Nostrum memoratur* ἄχαρις συμφορὴ, (*ut*, συμφορῇ πεπληγμένον ἀχάρι, i. 41. *a. et* ἤν τις τοῦτον ἄχαρις συμφορὴ λυπεῦσα, vii. 190. *extr.*) *vocabulum hoc non per se* Calamitatem *significat*, (*quælibet enim calamitas* ἄχαρις *est*) *sed* Fortunæ casum. *Eodem pertinet quod ait* ἐπὶ συμφορὴν ἐνέπεσε ἀνεθέλητον, vii. 88. *a. Conf.* Ἀνεθέλητος.

2. *Sed idem vocab.* συμφορὴ *plerumque utique* In deteriorem partem *accipitur, et* Calamitatem *significat.* συμφορὴν ταύτην ὡς κουφότατα φέρων, i. 35. *f.* ὑπὸ τῆς συμφορῆς ἐκπεπληγμένος, iii. 64. *f.* συμφορῇ ἐχόμενος, i. 35. *a. ubi unus codex* χρεόμενος *præfert, quem ad modum omnes dant* συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένον, i. 42. *a. et* συμφορῇ ἐχρῆτο, iii. 41. *extr. et* συμφορῇ μεγάλῃ διαχρέωνται, iii. 117. *m. et* συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα, viii. 20. *extr. Quod ait* ἀγνοεῦντες τὰς συμφορὰς, iv. 156. *a. idem valet ac* τὰς τῶν συμφορῶν αἰτίας, Calamitatum caussas. *Frequentata Nostro maxime est formula hujusmodi:* συμφορὴν (συμφ. μεγάλην) ποιεῖσθαί τι, Magnam sibi calamitatem ducere aliquid, Calamitatis loco habere *et* Tamquam calamitatem dolere *aut* lugere. *Sic* iv. 79. *extr.* v. 5. *extr.* 35. *f.* vii. 117. *m. et extr.* viii. 10. *m.* 69. *a.* ix. 77. *a. Similiter*, (ταῦτα) συμφορὴν ἐποιεῦντο διπλῆν, v. 90. *m. Reperitur vero etiam constructio hujusmodi*, ὁρέων Ξέρξεα συμφορὴν μεγάλην ἐκ τῆς ναυμαχίης ποιεύμενον, Xerxen videns ex pugnæ navalis exitu gravi dolore adfectum, viii. 100. *a.*

Σύμφορος, ὁ, ἡ, Utilis. ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι, viii. 60, 1. *m.*

Συμφράσσειν, Communire, Arcte conjungere ut nihil spatii supersit. πίλους εἰρινέους περιτείνουσι, συμφράξαντες δὲ (αὐτοὺς) ὡς μάλιστα, iv. 73. *f.*

Συμφυλάσσειν, Una cum aliis custodire. δεῖ φυλάσσεσθαι τὴν ἐσβολήν;—ἡμεῖς μέν νυν ἑτοῖμοί εἰμεν συμφυλάσσειν, vii. 172. *m.*

Συμψᾶν, *proprie* Corradere. *Quid vero sit potissimum quod verbo hoc significatum voluerit Herodotus, haud satis in liquido est. De* Fluvio *quodam* rapido *loquens*, in quem temere ingressus erat petulans et

ferox equus, *ait*, ὁ δέ μιν (*nempe* ὁ ποταμὸς τὸν ἵππον) συμψήσας, ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων, i. 189. *m. ubi quid spectarint veteres Grammatici* (*Glossator Herodoti, cumque sequentes Suidas h. v. et Gregorius Corinth. dialect. Ionic.* §. 104.) *verbum* Συμψήσας *interpretantes* συντρίψας, *difficile dictu est; nisi forte* συντρίψας, *ut sæpius hoc verbum Polybius usurpavit, intellexerunt* Frangens vires et ferociam equi, *aut* Evertens, Deturbans, Prosternens *illum. Equidem, auctoritatem magis quam certam rationem secutus, vulgatam Vallæ interpretationem,* Contorquens, *in Latina versione tenui. Rectius fortasse Henr. Stephanus, consentientem habens Schneiderum, collato Scholio ad Aristoph. Nub.* 971. συμψήσας Absorbens *intelligit* et e conspectu hominum subducens. *Utut sit, eamdem loquendi formulam ab Herodoto mutuati sunt duo sequioris ævi scriptores; Iamblichus, apud Suidam scribens,* Βιαζομένους δὲ τοὺς κολυμβητὰς συμψήσας ὁ ποταμὸς ἔφερε κάτω, καὶ οὐκέτι ἀπενόστησαν: *et Eusebius philosophus, apud Stobæum, (Eclog. lib.* ii. *cap.* 9. *P.* ii. *T.* i. *p.* 416. *ed. Heeren,*) συμψήσοντος καὶ παρασυρέοντος τοὺς κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοῦ. *Cæterum de eodem verbo consuli merentur quæ docte congessit Biel in Thesauro Philologico Vet. Test. T.* iii. *p.* 364.

Σὺν, Cum. *Attica forma* ξὺν *pro* σὺν, *sive in ipsa Præpositione, sive in Compositis, perraro apud Nostrum utitur codex unus et alter: sed frequentius noster cod. F. inde a libro sexto.*

De vi voculæ σὺν *in Compositis verbis* Lugendi aut Gaudendi *vide Adnot. ad* vi. 39. *f.*

Συνάγγελος, ὁ, Nuncii socius, vii. 230.

Συνάγειν, Congregare, Contrahere, *et similia.* συναγαγόντες ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων, vii. 60. *a. N.* συνάγουσι (οἱ δύο ποταμοὶ) τὰ τέρματα, Contrahunt suos limites, Exiguo intervallo distantes fluunt, iv. 52. *f.* οὐ πρώρην συνάγοντες (τῶν πλοίων), Non (in augustum, in arctum) contrahentes navigiorum proras, i. 194. *a. Sic* ἐς ὀξὺ, ἐς στενὸν, συνῆχθαι *apud Diodorum et Athenæum; cf. Not. ad Herodot.* vii. 64, 7 *seq.* προβαίνοντος τοῦ ἔργου, συνῆγον αἰεὶ τὴν διώρυχα, Ut progrediebatur opus, sic angustiorem faciebant fossam, vii. 23. *f.*

Συναινέειν τινὶ, Laudare, Probare factum aut consilium alicujus. ἴστε ὑμῖν Κορινθίους γε οὐ συναινέοντας, v. 92. *extr.*

Συναιρέειν πόλιν, Una cum alio capere urbem. τὸν Δωριέα συνελεῖν (σὺν τοῖς Κροτωνιήταις) τὴν Σύβαριν, v. 44. *m.* 45. *a.*

Συναλίζειν, Congregare. ἐς μίην πόλιν συναλίσαντα πάσας ὑποπρῆσαι, ii. 111. *m. f.* συναλίσας τοὺς καὶ πρότερον συνέλεξε, vii. 13. *a.* συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τὰς γυναῖκας, i. 176. *a.* (*ubi olim* συνείλησαν *edd.*) σύνηλίζοντο καὶ ἐβοήθεον τοῖσι Λυδοῖσι, v. 102. *a.* πυθόμενοι συναλίσθαι τοὺς Παίονας, v. 15. *a. ubi et simplex* ἁλισθέντες *paulo ante.*

Συναμφότεροι, Utrique simul et conjunctim: οἱ Αἰθίοπες, καὶ οἱ πλησιόχωροι τούτοισι,—οὗτοι συναμφότεροι ἀγίνεον δῶρα, iii. 97. *a. m.* Pariter utrique, Hi æque atque illi. Στυρέες καὶ Κύθνιοι, ἐόντες συναμφότεροι οὗτοι Δρύοπες, viii. 46. *f.* Simul (*sive* Pariter et Perinde) de utroque genere: βασιλέας ἐστήσαντο, οἱ μὲν Λυκίους, οἱ δὲ Καύκωνας, οἱ δὲ καὶ συναμφοτέρους, i. 147. *a.*

Συνάπας, Simul omnis, Simul totus, Universus. (*conf.* Σύμπας.) ὁ χῶρος οὗτος ὁ συνάπας, ii. 112. *m.* τοῦ συνάπαντος στρατεύματος ἀριθμὸς, vii. 187. *a.* Αἰγύπτῳ τῇ συναπάσῃ, ii. 39. *f.* συναπάσης τῆς Ἑλλάδος, ix. 45. *a.*

Plural. οὗτοι στάδιοι γίνονται συνάπαντες τριακόσιοι, i. 178. *m.* συναπάντων ἄρχουσι Μῆδοι, i. 134. *f. Sic,* κύκλων ἐόντων τῶν συναπάντων ἑπτὰ, i. 98. *m. f. ubi perperam olim* συναπτόντων *edd.* τοῖσι συνάπασι ἄλλοισι, v. 49. *m.* καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ καὶ συνάπασι, vi. 128. *a. m. N. ubi prave olim* σὺν ἅπασι *edd.*

Συναπελαφρύνειν *vide* Συνεπελαφρ.

Συναπίστασθαι τινὶ, Deficere simul cum aliquo. ἀνέπειθε πάντας συναπίστασθαι, v. 104. *f.* ὡς ἂν ἑκόντες αὐτῷ συναπισταίατο, *Ion. pro* συναφίσταιντο, v. 37. *m. ubi prave olim* συναπιστέατο *edd. de quo corrigendo Portus etiam monuerat.*

Συναποθνήσκειν τινὶ, Simul cum aliquo perire, v. 47. *a.*

Συνάπτειν, 1. Conjungere, Connectere, Conserere; *et notione Intransitiva sive Passiva,* Conjunctum, Contiguum esse. τὸ πεδίον τοῦτο συνάπτει τῷ Αἰγυπτίῳ πεδίῳ, ii. 75. *f.* 2. *In Re militari,* συνάπτειν μάχην, vi. 108. *m. f.* συνάπτειν (τοῖς πολεμίοις), Congredi, Manum conserere cum hoste. *Sic,* μελλόντων δὲ αὐτέων συνάψειν, *scil.* ἀλλήλοις, Quum in eo essent ut ad manus venirent, iv. 80. *m. Sed et transitive cum Accusativo:* Ducere exercitum in pugnam: *sic,* μελλόντων δὲ συνάψειν τὰ στρατόπεδα ἐς μάχην, v. 75. *a.* οὗτος ὁ τὸν πόλεμον ἦν συνάψας, Hic bellum Conflaverat, Concitaverat, i. 18. *m. Similiter in Passivo.* ὅτε μοι πρὸς Καρχηδονίους νεῖκος συνῆπτο, Quo tempore mihi oborta contentio (conflatum bellum) erat cum Carthaginiensibus, vii. 158. *a.*

Perperam olim συναπτόντων *legebatur* i. 98. *m. f. pro* συναπάντων.

Συναράσσειν, Contundere, Confringere. μάχη ξύλοισι γίνεται, κεφαλάς τε συναράσ-

σονται πολλοὶ, ii. 63. *f.* συναραχθέντων δὲ τῶν πλοίων (τῷ χειμῶνι), vii. 170. *m.*

Συναύξεσθαι, Simul augescere, Simul crescere et viribus augeri. αὐξανομένῳ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες, iii. 134. *m.*

Συνάχθεσθαι τινὶ, Dolere cum aliquo. πιεζουμένοισι ὑμῖν συναχθόμεθα, viii. 142. *m.*

Συνδιακινδυνεύειν, Periculum (certaminis) adire cum aliquo. οὐκ ἐθέλοντας συνδιακινδυνεύειν (αὐτῷ), vii. 220. *a.*

Συνδιαφέρειν τινὶ πόλεμον, Belli labores et pericula simul cum aliquo sustinere, perferre; In gerendo bello sociam præstare operam. ἅμα ἡμῖν αἰεὶ μαχόμενοι, προθύμως συνδιαφέρουσι τὸν πόλεμον, v. 79. *f.* οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι τὸν πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμον συνδιήνεικαν, i. 18. *extr. et* v. 99. *a. ubi* συνδιένεικαν *neglecto augmento, sicuti* συνένεικε *præfert cod.* F. iii. 139. *a.*

Συνδιαχειρίζειν, Simul administrare, Simul peragere. τὰ λοιπὰ συνδιεχείριζον, ix. 103. *a.*

Σύνδουλος, *non solum* ὁ, *sed et* ἡ, Conservus, Servitutis socius *aut* socia; Eidem hero serviens. δούλη ἦν Ἰάδμονος, σύνδουλος δὲ Αἰσώπου, ii. 134. *f. Similiter* συνοίκεε τῇ ἑωυτοῦ συνδούλῳ *recepi ex cod. Vat.* i. 110. *a. ubi alii vulgo* συνδούλῃ.

Σύνδυο, Bini. οἱ δὲ, σύνδυο κύλικας ἔχοντες, πίνουσι, iv. 66. *extr. N.*

Συνέδριον, τὸ, Consessus, Concilium. διαλυθέντες ἐκ τοῦ συνεδρίου, viii. 56. *b.* ἐξέρχεται ἐκ τοῦ συνεδρίου, viii. 75. *a.*

Σύνεδρος, ὁ, Adsessor in concilio. Περσέων οἱ (τῷ Καμβύσῃ) συνέδρων ἐόντων, iii. 34. *m.*

Συνειδέναι τινὶ, *quasi* Conscium esse cum aliquo, Compertas habere res ab altero gestas. συνοίδαμεν ὑμῖν—ἐοῦσι πολλὸν προθυμοτάτοισι, ix. 60. *extr.* εἰ τέοισί τι χρηστὸν συνείδεε πεποιημένον, viii. 113. *f. ubi* συνείδεε *non differt a* συνήδεε, *quod habent alii, nisi quod Ionico more neglectum sit augmentum.* τοῖσί τι συνηδέατε, Quorum res quasdam bene gestas compertas habebatis, ix. 58. *m. N. ubi perperam olim* συνηδέαται *præferebant libri omnes. Alia ratio est verbi* προηδέατο, i. 61. *quod vide in* Προαιδέεσθαι.

Συνειλέειν, 1. Convolvere, Colligere in fasciculum. συνειλέουσι τὰς ῥάβδους ὀπίσω, iv. 67. *a. ubi opponitur* διεξελίσσουσι *paulo ante.* 2. In unum locum Compellere et Concludere. τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας, iii. 45. *f. Sic percommodum per se erat quod olim* i. 176. *f. vulgabatur,* συνείλησαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν: *at ibi quidem rectius ex aliis codicibus* συνήλισαν *receptum videtur, et* συνείλησαν *interpretamenti speciem habet, ex verbo proxime præcedente* κατειληθέντες *adsciti.*

Συνεῖναι, *vide* Συνιέναι.

Συνεκπίπτειν, *dicitur* Suffragium quod aliis consentiens ex urna exit: *aut omnino,* Suffragium aliis consentiens. τῶν δὲ κατὰ τὠυτὸ αἱ γνῶμαι συνεξέπιπτον, κελευόντων *etc.* i. 206. *f.* αἱ γνῶμαι τῶν λεγόντων αἱ πλεῖσται συνεξέπιπτον — ναυμαχέειν, viii. 49. *m. Deinde et Is* cujus suffragium cum aliis consentit, *aut* Cujus nomen simul cum alio ex urna educitur, *ipse* συνεκπίπτειν *dicitur.* οἱ πολλοὶ συνεξέπιπτον, Θεμιστοκλέα ἄριστον κρίνοντες, viii. 123. *b.* ἀγωνιζόμενος στάδιον συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ, v. 22. *extr. N.*

Συνεκπρήσσεσθαι, *i. q.* Συμπρήσσεσθαι, *quod vide.* Μίνως μηνίων ὅτι οὐ συνεξεπρήξαντο αὐτῷ τὸν ἐν Καμίκῳ θάνατον γενόμενον, vii. 169. *m. N.*

Συνελευθεροῦν τινὰ τινὸς, Ad liberandum aliquem a servitute alicujus sociam conferre operam. συνελευθέρου αὐτοὺς τοῦ μουνάρχου, v. 46. *m. f.* σὺ δὲ βοήθει (*sive* βοήθεε) τοῖσι ἐλευθεροῦσι τὴν Ἑλλάδα καὶ συνελευθέρου, vii. 157. *m.*

Συνεπαινέειν, Comprobare. τὸ ὄνειρον φαντάζεταί μοι, οὐδαμῶς συνεπαινέον ποιέειν με ταῦτα, vii. 15. *m. N. ubi quidem genuinum videtur quod dant codd. nonnulli,* συνέπαινον ἐόν.

Συνέπαινος, ου, ὁ, ἡ, Collaudans, Comprobans, Consentiens. εἰ συνέπαινοί εἰσι τῷ πεποιημένῳ, iii. 119. *a.* συνέπαινοι ἔσαν οἱ Πέρσαι, v. 20. *a.* 32. *a. Conf.* Συνεπαινέειν.

Συνεπάπτεσθαι (*Ion. pro* συνεφαπτ.) τινὸς, Simul cum alio adgredi aliquem. ἐμεῦ δεηθέντος (ὑμῶν) βαρβαρικοῦ στρατοῦ συνεπάψασθαι, vii. 158. *a.*

Συνεπελαφρύνειν (*sive* Συναπελαφρ.) τινὶ τὸν πόλεμον, Sublevare aliquem in bello gerendo, Levare alicui onus et pericula belli. τοῖσι οὐδαμοὶ Ἰώνων τὸν πόλεμον τοῦτον συνεπελάφρυνον, i. 18. *f. ubi rectius videtur quod alii præferunt,* συναπελάφρ.

Συνεπέσπεσθαι, (*Ion. pro* συνεφέπεσθαι) E vestigio sequi. συνεπισπόμενοι (Aor. 2. Simul e vestigio secuti *illos*) συνεσέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος, ix. 102. *m. f. Conf.* Συνέσπεσθαι.

Συνεπιλαβέσθαι, Operam suam conferre. συνεπελάβοντο τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον, iii. 48. *a.* εἰ συνεπελάβετο τοῦ Συβαριτικοῦ πολέμου, v. 45. *f. Conf.* Προσεπιλαμβάνεσθαι, *et* Συλλαμβάνειν *num.* 3.

Συνέρχεσθαι *dicuntur* Res quæ Concurrunt et Simul eveniunt; *aut,* quæ in unum locum Conveniunt aut ad conficiendam unam summam concurrunt. ταῦτα πάντα συνελθόντα, τοῖσι Ἀργείοισι φόβον

παρεῖχε, vi. 77. *f.* τριηκόντεροι—καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα συνελθόντα ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐφάνη τρισχίλια, vii. 97. *extr.*

Συνεσβάλλειν, Hostiliter ingredi, Invadere *regionem.* συνεσέβαλον (*scil.* cum Mardonio) ἐς Ἀθήνας, ix. 17. *a.* *ubi* ἐς Ἀθήνας *idem valet ac* ἐς τὴν Ἀττικήν.

Σύνεσις, ιος, ἡ, Intelligentia, Sana mens. ὅς τις γε σύνεσιν ἔχοι, (*sive* ἔχει,) vii. 49. *a.*

Συνέσπεσθαι, Sequi aliquem simul cum aliis. συνέσπετο Δωριέϊ Φίλιππος οἰκηΐῃ τριήρεϊ, v. 47. *a. et m.* παῖδές οἱ συνέσποντο, viii. 103. *extr.* *Conf.* Συνεπέσπεσθαι.

Συνεσπίπτειν, Simul cum alio irruere. συνεσπεσόντες φεύγουσι ἐς τὸ τεῖχος, iii. 55. *a.* *Conf.* Συνεπέσπεσθαι, *et* Συμπίπτειν *num.* 4.

Συνεστίη, ἡ, Convivium. ἐν τῇ συνεστίῃ, vi. 128. *m.* *ubi alii quidem* συνεστοῖ *præferunt, quod verum ac restituendum Herodoto videtur, a Nominativo* ἡ Συνεστὼ, *cujus formæ vocabulo* εὐεστὼ *pariter utitur Noster. Altera vocabuli forma si uti voluisset Scriptor,* συνιστίῃ *dicturus fuisse videtur, non* συνεστίῃ.

Συνετὸν, *passiva notione,* Quod intelligi potest. ἐπεὶ δὲ συνετά σφι ηὔδα ἡ γυνὴ, ii. 57. *m.*

Συνευνᾶσθαι, Concumbere. συνευνηθέν (μοι τὸ φάσμα) vi. 69. *a.* *et paulo post,* ἐλθόντα καὶ συνευνηθέντα (ἐμοὶ), ibid.

Συνέχεσθαι, Implicari, Constrictum teneri, Premi. συνέχεσθαι δουληΐῃ, vii. 12. *f.* (*conf. Lexic. Polyb. h. v.*) πατρὶ συνείχετο ὀργὴν χαλεπῷ, Premebatur, Multas molestias habebat, quum pater ei esset iracundus et morosus, iii. 131. *a. m.*

συνέχεται *Hesychius interpretatur* συμπλέκεται. *Valet autem* συμπλέκεσθαι, *in Re militari,* Manus conserere cum hoste, Cominus confligere; *cujus usus plura exempla olim in Lexic. Polybiano collegimus: Inde, lucem accipit quod ait Herodotus* i. 214. *a.* πρῶτα μὲν λέγεται αὐτοὺς διαστάντας ἐς ἀλλήλους τοξεύειν, μετὰ δὲ—συμπεσόντας (concurrentes) τῇσι αἰχμῇσι τε καὶ τοῖσι ἐγχειριδίοισι συνέχεσθαι, *scil.* ἀλλήλοις, hastis atque gladiis sese invicem Pressisse, Cominus hastis gladiisque conflixisse.

Συνεχέως, Assidue, Constanter, Semper. εἰ ἐπιφοιτήσειε συνεχέως, vii. 16, 3. *f.* *Junguntur* συνεχέως αἰεὶ, i. 67. *a.*

Συνηρεφὴς, ὁ, ἡ, Contectus, Obsitus. χώρη ὑψηλή τε καὶ ἴδῃσι συνηρεφὴς, i. 110. *m.* οὔρεα ὑψηλὰ ἴδῃσι καὶ νιφάσι συνηρεφέα, vii. 111.

Συνθάπτειν, Simul sepelire. συνθάπτεται τῷ ἀνδρὶ, v. 5. *b.*

Σύνθετον, τὸ, Compositum. ταῦτα ὥσπερ ἐκ συνθέτου τευ γενόμενα, iii. 86. *b.* *Conf. voc. seq.*

Σύνθημα, τὸ, Signum de quo conventum est, Tessera. ἀπὸ συνθήματος Οἰνόην αἱρέουσι, v. 74. *m.* ἀναδέξαι Πέρσῃσι ἐκ συνθήματος ἀσπίδα, vi. 121. *a.* τὸ σύνθημά σφι ἔμελλε φανήσεσθαι παρὰ τῶν περιπλωόντων, viii. 7. *f.* μεμνῆσθαί τινα χρὴ τοῦ συνθήματος Ἥβης, Meminisse quemque oportet vocabuli Hebe quod nobis pro Tessera est, ix. 98. *f.*

Συνιέναι *sive* Συνεῖναι, (*ab* εἶμι, Eo,) Convenire. ἐς τὠυτὸ συνιόντες, i. 62. *m. f.* *Sed et* χρήματα, Pecunia, Vectigalia, Tributa, συνιέναι *dicuntur, quæ* Redeunt, Colliguntur, Conferuntur. τῶν μὲν χρημάτων, τῶν μὲν αὐτόθεν, τῶν δὲ ἀπὸ Στρυμόνος, συνιόντων, i. 64. *a.* *Sic,* χρημάτων μεγάλων συνιόντων, iv. 1. *a.*

Συνιέναι, (*ab* ἵημι,) Intelligere, Percipere. ἐγὼ δοκέω συνιέναι τὸ γεγονὸς, iii. 63. *f.* *et* v. 80. *a.* *ubi olim* συνεῖναι *edd.* τὰ ὕστερα οὐ συνιέναι, iii. 46. *f.* *Sed cum Genit. rei:* καὶ κωφοῦ συνίημι, i. 47. *f.* *in Orac.* *Sic* συνῆκαν ἀλλήλων, iv. 114. *a.* *Rursus,* συνῆκε γὰρ τοῦ ἕνεκα ἐδέετο, ix. 110. *extr.* *Futur.* οὐδὲν συνήσουσι Πέρσαι τῶν ἐγὼ ὑμῖν ἐντέλλομαι, ix. 98. *m. f.* *Particip. præs.* συνιεὶς τὸ ποιηθὲν, v. 92, 7. *a.* *Particip. Aor. sec.* τὸν δὲ συνέντα τοῦτο, i. 24. *a.* v. 92, 3. *a.*

Συνίζειν, *notione intransitiva,* Sedere, Considere. οὐδ' ἀρχαιρεσίῃ συνίζει, Neque est magistratuum, (*sive,* comitiorum) Consessus, vi. 58. *extr.*

Συνίππαρχος, ὁ, Collega præfecti copiarum equestrium, vii. 88. *a.*

Συνιστάναι, I. *in Præs. Imperf. Aor.* I. *et Futuro, proprie et generatim* Constituere *sed id quidem variis modis, pro varia verbi Constructione.* 1. συστάναι τινὰς ἐπὶ τινὶ, Facere ut aliqui consistant et stent contra aliquem, Excitare aliquos ad bellum alicui faciendum. συνιστὰς τοὺς Ἀρκάδας ἐπὶ τῇ Σπάρτῃ, vi. 74. *a.* πρῶτος συνέστησε αὐτοὺς, *nempe* ἐπὶ τῷ Μάγῳ, iii. 84. *m.* 2. Facere (conjunctim cum aliis) ut aliquid sit vel eveniat, Moliri, Parare aliquid. ἥκω σπουδῇ, ὡς συστήσων ἐπὶ τῷ Μάγῳ θάνατον, iii. 71. *a.* 3. τὴν ἄνω Ἀσίην συστήσας ἑωυτῷ, Qui totam superiorem Asiam suo imperio adjecit, Sibi subjecit, i. 103. *m.*

II. *Aor. sec. et Præteritum,* συστῆναι, συνεστηκέναι *et per syncopen* συνεστάναι, *constanter apud Herodotum significant quidem* Consistere, Stare cum aliquo; *sed,* non ab eadem parte; *verum,* a parte opposita; Ex adverso stare, Oppositum et Contrarium esse; Pugnare, Contendere cum aliquo. *Sic,* συνεστηκότων δὲ τῶν στρατηγῶν, Dum inter se Altercant (Contendunt) duces, viii. 79. *a.* *Erat quippe inter eosdem* ὠθισμὸς λόγων πολλὸς, ibid.

cap. 78. *Sic* βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν πόνους, συνεστεῶτας Βοιωτοῖσι, Contentionibus et bellis implicitos cum Bœotis, vi. 108. *m. Alibi ad verbum* συνεστάναι *diserte adjicitur* μαχομένους. *Similiter* γνῶμαι (Sententiæ diversæ) *dicuntur* συνεστάναι, Inter se Pugnare, Oppositæ esse altera alteri. γνῶμαι αὗται συνέστησαν, i. 208. *a. N.* συνεστήκεε δὲ ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἡ Γωβρύεω, iv. 132. *m.* γνῶμαι αἵδε συνεστηκυῖαι μάλιστα, vii. 142. *a. Denique, alia metaphora,* Homo *dicitur* συστῆναι λιμῷ, πόνῳ, *etc.* Colluctari cum fame, cum ærumnis. λιμῷ συνεστεῶτας, vii. 170. *a. m.* καὶ λιμῷ συστάντας καὶ καμάτῳ, ix. 89. *extr.* οἱ μὲν τοιούτῳ πόνῳ συνέστασαν, viii. 74. *a.*

Semel apud Nostrum Res quædam *videri poterat dici* συνεστηκέναι *generali quadam notione*, Consistere, Locum habere, Durare. τοῦτο συνεστήκεε μέχρι οὗ *etc.* Hæc res duravit usquedum *etc.* vii. 225. *a. Sed ibi* Res, *de qua agitur*, Certamen et Pugna erat, ὠθισμὸς ἐγένετο πολλός. *Itaque* τοῦτο συνεστήκεε *loco cit. idem valet ac* οὗτος ὁ ὠθισμὸς, αὕτη ἡ μάχη, συνεστήκεε, *qua ratione alibi* τῆς μάχης συνεστεώσης *ait Noster*, i. 74. *a. per tropum quemdam, pro* τῶν μαχομένων συνεστεώτων.

Συννάσσειν, Comprimere, Constipare. συννάξαντες *fortasse scriptum oportebat pro* συνάξαντες, vii. 60. *m. ubi vide Var. Lect.*

Συνναυμαχέειν τινὶ, In pugna navali sociam operam præstare. Πλαταιέες οὐ συνεναυμάχησαν Ἀθηναίοισι, viii. 44. *a.*

Συννέειν, Coacervare, Congerere. τοιαῦτα πάντα ἐς τοὺς θαλάμους συνένησε, i. 34. *extr.* συννήσας πυρὴν μεγάλην, i. 86. *a. et* vii. 107. *m.* φρυγάνων φάκελοι συννενέαται, (*Ion. pro* συννένηνται) iv. 62. *a.*

Συννοίη, ἡ, Profunda cogitatio. συννοίῃ ἐχόμενος, Cogitabundus, i. 88. *a.*

Σύνοδος, ου, ἡ, 1. Conventus, Concilium. οἴδαμεν σύνοδον ταύτην συλλεγῆναι, ix. 27. *a.* 2. χρημάτων σύνοδοι, *i. q.* πρόσοδοι, Pecuniarum reditus, i. 64. *a.*

Συνοικέειν τινὶ, 1. Habitare cum aliquo. *Sic* συνοικήσοντας Κυρηναίοισι Λιβύην, Una cum Cyrenæis Africam habitaturos, iv. 159. *f.* (*ubi nescio qua auctoritate* συνοικίσοντας *edidit H. Steph.*) *Similiter* συνοίκησαν Μακεδόσι *edebatur olim* vii. 73. *a. ubi alii quidem libri* σύνοικοι ἦσαν (*vel* ἔσαν) *dederunt : et* συνοικήσων τούτοισι, iv, 148. *a. ubi tamen præstabilius videtur* συνοικίσων, *quod habent alii.* (*vide* Συνοικίζειν.)

2. *Certe constanter alibi* (*et id quidem frequentissime*) *verbum* συνοικέειν *de* Conjugibus *usurpat Herodotus* una habitantibus, *ita ut idem valeat ac* In matrimonio habere, Matrimonio junctum esse. κοίῳ ἐκείνῃ δόξει ἀνδρὶ συνοικέειν ; i. 37. *f.* δεσποίνῃ τῇ ἑωυτοῦ συνοίκεε, i. 91. *f.* Λυδῶν αἱ θυγατέρες πορνεύονται,—ἐς ὃ ἂν συνοικήσουσι, *scil.* ἀνδράσι, Donec nupturæ sunt, i. 93. *f.* συνοικεούσης τῷ Καμβύσῃ τῆς Μανδάνης, i. 108. *a.* συνοικέειν αὐτῇ, Illam habere uxorem, i. 196. *m. et f. Similiter* i. 173. *f.* ii. 120. *a. et m.* iii. 31. *a.* 68. *m. et f.* τουτέων συνοικησάντων γίνεται Κλεισθένης, Horum ex matrimonio nascitur Clisthenes, vi. 131. *a.* ἐγώ τοι δίδωμι τὴν θυγατέρα τὴν ἐμὴν, ταύτῃ συνοίκεε, Hanc duc uxorem, viii. 111. *a. m. et f.*

Συνοίκημα, τὸ, *proprie* Habitatio una cum aliquo, in vicinia alterius; *et, per Metonymiam, i. q.* οἱ συνοικήτορες, Qui una cum altero habitant. Gelon, Syracusarum tyrannus, νομίσας τὸν δῆμον (*plebem*) εἶναι συνοίκημα ἀχαριτώτατον, vii. 156. *f. N.*

Συνοικίζειν τινὰ τινὶ, 1. Habitare facere aliquem (Sedes et habitationem alicui quærere et comparare) una cum altero, in vicinia alterius. *Sic recte olim* συνοικίσων τούτοισι *editum fuisse videtur* iv. 148. *a. ubi nunc, præeuntibus quidem compluribus msstis,* συνοικήσων *legitur : nempe,* ὁ Θήρας ἔστελλε λαὸν ἀπὸ τῶν φυλέων, συνοικίσων αὐτὸν τούτοισι. *Vicissim pro* συνοικίσοντας, *quod H. Steph.* iv. 159. *f. invexerat, recte* συνοικήσοντας *restitutum est, ut paulo ante monuimus.*

2. συνοικίζειν τινὶ τὴν θυγατέρα, Filiam suam alicui in matrimonium dare, ii. 191. *extr. Conf.* Συνοικέειν, *num.* 2.

Σύνοικος, ου, ὁ, Qui una cum aliquo habitat. οἳ σύνοικοι ἐγίνοντο Ἀθηναίοισι, i. 57. *m. Sic,* σύνοικοι ἦσαν (*sive* ἔσαν) Μακεδόσι, vii. 73. *a. ubi alii* συνοίκησαν.

Συνομνύειν ἐπὶ τινὶ, Conjurare adversus aliquem. πάντων Πελοποννησίων συνομοσάντων ἐπὶ σοὶ, vii. 235. *extr. Conf.* Συνωμότης.

Συνομολογέειν τινὶ, Consentire alicui; Idem dicere quod dicit alter. ἔλεγον ταῦτα· συνωμολόγεον δέ σφι καὶ οἱ ἄλλοι, ii. 55. *extr.*

Συνουσίη, ἡ, Conversatio, Consuetudo, vi. 128. *a. ubi distinguuntur* συνουσίη *et* συνεστὼ *vel* συνεστίη. *Sed sigillatim* Convivium *intelligitur* ii. 78. *a.*

Συντάμνειν, (*Ion. pro* συντέμνειν) *proprie* Concidere, Præcidere. *Metaphorice,* συντάμνων (*nempe* τὴν ὁδὸν) ἀπ' Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραῖον ἄκρην, Præcidens viam ; *id est,* Via brevissima (Recta via) utens, vii. 123. *a.* (*conf.* Τάμνειν.) τοῦ χρόνου — συντάμνοντες, Adpropinquante, Instante tempore, (quo paritura erat mulier) v. 41. *m.*

Συνταράσσειν, Turbare. τὴν κρήνην συνε-

τάραξαν, ix. 49. *m. Metaphorice*, Conturbare, Terrere. ἵνα μὴ συνταράξῃ τὴν Ἑλλάδα, iii. 138. *a. m.*

Συντάσσειν, *in Re militari, non solum* Ordinare *aciem: sed et* Extra aciem Centuriare et Coordinare milites. τούτους συνέτασσον ἄρχοντες οἶδε, vii. 78. *a. Eadem fere notione ponitur verbum* διατάσσειν, vii. 60. *extr. et* 81. *a.*

Συνταχύνειν τι, Accelerare, Deproperare aliquid. τὴν ἐπιχείρησιν ταύτην μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβούλως, iii. 71. *m. Et, Absolute*, συνταχύνειν, Festinare, Properare. ἐπεί τε ἡμέας συνταχύνειν ἀναγκάζεις, iii. 72. *a.* τούτου εἵνεκα καὶ συνταχύνειν αὐτῷ τὸν βίον, Hac caussa properare (*scil.* ad finem properare) ei vitam, ii. 133. *m. pro quo paulo ante apertius ait* μέλλει ταχέως τελευτήσειν. *Portus loco cit. verbum* συνταχ. *transitive acceperat, formans inde phrasin hujusmodi*, συνταχύνειν τινὶ τὸν βίον, Alicui vitam accelerare.

Συντετραίνειν, Perforando jungere et miscere. *Sic* Duo sinus maris *dicit Herodotus*, ex adverso sibi occurrentes, σχεδὸν ἀλλήλοισι συντετραίνειν τοὺς μυχοὺς, Propemodum sibi invicem Perforasse intimos suos recessus atque adeo junxisse et miscuisse, ii. 11. *m. N. Conf.* Διατετραίνειν.

Συντιθέναι, Componere, Jungere. πεντηκοντέρους καὶ τριήρεας συνθέντες, vii. 36. *a. Inde Passiv.* τό τε ἐκ τῶν νεῶν καὶ τοῦ πεζοῦ πλῆθος συντιθέμενον, vii. 184. *f.*

Medium: συντίθεσθαί τι τινὶ, Convenire cum aliquo de re quadam, Pacisci, Polliceri. ἐποίεε τάπερ τῷ Δαρείῳ συνεθήκατο, iii. 157. *a.* τούτους γὰρ συνθεμένους τοῖσι Πέρσῃσι ἀναδέξαι ἀσπίδα, vi. 115. *f.* πέμπειν ἐς Ἄργος ἀγγέλους συνθησομένους (*scil.* τοῖς Ἀργείοις) ὁμαιχμίην πρὸς τὸν Πέρσην, vii. 145. *m.* προσέχοντί οἱ συντίθεται προδοσίην Τιμόξεινος, viii. 128. *a.* συνθέμενοι ἡμῖν τὸν Πέρσην ἀντιώσεσθαι, ix. 7, 2. *m.* νομίσας αὐτοὺς ἐς τὸν χῶρον ἰέναι ἐς τὸν συνεθήκαντο, ix. 53. *a. Conf.* Σύνθετον.

Σύντομος, ὁ, ἡ, Concisus, Brevis. *Hinc* ἡ σύντομος, *scil.* ὁδὸς, Via brevis. ἔστι ἐκ τῆς Πρασιάδος λίμνης σύντομος κάρτα ἐς τὴν Μακεδονίην, v. 17. *m. Et* τὰ σύντομα τῆς ὁδοῦ, Compendia itineris, Via brevissima. τῇ αἵ τε ἐσβολαὶ ἦσαν καὶ τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, i. 185. *extr.* τὰ σύντομα τῆς ὁδοῦ ἐπιστάμενος, iv. 136. *m. Similiter in Sing. Neutr.* ταύτῃ γὰρ ἐπυνθάνετο συντομώτατον εἶναι, vii. 121. *a.*

Συντρέχειν *et* Συνδραμεῖν, Concurrere. ἀμφοτέρων ἐς τωὐτὸ αἱ γνῶμαι συνέδραμον, i. 53. *f.* συνδραμέειν ἐξαπίνης νέφεα, i. 87. *a.*

Συντρίβειν, Conterere, Disperdere. σύντριβ' ὁμῶς *etc.* Vit. Hom. 32. *m. N. in Carmine cui titulus* Caminus. *Sed ibi alii, præeunte Æm. Porto, non pro Imperativo verbi* συντρίβειν *accipiunt, sed pro Accusativo decurtato* σύντριβα, *a Nominativo* Σύντριψ.

Verbo συντρίβειν *usos esse Grammaticos pro interpretamento verbi* συμψᾶν *supra vidimus.*

Σύντροφος, ὁ, ἡ, Simul nutritus, Simul educatus, Inde a pueris consuetus et familiaris. τῇ Ἑλλάδι πενίη αἰεὶ σύντροφός ἐστι, vii. 102. *a. ubi opponitur quodam modo* ἐπακτός.

Συντυγχάνειν τινὶ, 1. Occurrere alicui, Incidere in aliquem. φὰς συντυχεῖν οἱ (ἐκεῖνον), iv. 14. *f.* 2. *i. q.* συμβαίνειν, Accidere. τὰ συντυχόντα σφι παθήματα, viii. 136. *m.* 3. οὐ συντυχὸν ἔργον, (*quod alias* οὐ τυχὸν *diceres*) Non vulgare opus, i. 51. *a. m.*

Συντυχίη, ἡ, Casus fortuitus, Fortunæ casus simul (*vel* eodem tempore) incidens. συντυχίης δεινῆς καὶ μεγάλης αὐτὸν καταλαβούσης, iii. 43. *f.* ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐβουλεύοντο, ἐγίνετο κατὰ συντυχίην τάδε, iii. 74. *a.* συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο, iii. 121. *m.* συντυχίῃ ταύτῃ χρησαμένη, v. 41. *a.* καὶ συντυχίῃ χρησάμενος καὶ σοφίῃ, i. 68. *a.* νῦν δὲ συντυχίη τοῖσι μὲν κακὴ ἐπεγένετο, τοῖσι δὲ σύμμαχος, v. 65. *a.* εὔχετο μηδεμίην οἱ συντυχίην τοιαύτην γενέσθαι, ἥ μιν παύσει *etc.* vii. 54. *m.* κατὰ συντυχίην Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες *etc.* Forte acciderat ut Megarenses *etc.* ix. 21. *a.* εἴτε κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος, ix. 91. *a. Nempe*, Casum *etiam, quem* fortuitum *homines dicunt et existimant*, a Deo dirigi et administrari, *prudens et religiosus persuasum habuit Herodotus.*

Συνυφαίνειν, Contexere, *et per Metaph.* Moliri, Machinari. ἡγεμόνα γενέσθαι ὥστε ταῦτα συνυφανθῆναι, v. 105. *a.*

Συνῳδὸς, ὁ, ἡ, Concinens, Consentiens. *Sic* Responsum aliquod oraculi *dicitur* συνῳδὸν alii responso, v. 92, 3. *a.*

Συνωμότης, ὁ, Conjuratus. οἱ συνωμόται Ἑλλήνων ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, vii. 148. *a. Conf.* Συνομνύειν.

Συνωνεῖσθαι, Coëmere, Mercede conductos *milites* contrahere. ἵππον συνωνέονται μυρίην, i. 27. *a. m.*

Συρμαΐζειν, Purgare alvum, ii. 77. *a. ubi Glossator verbum hoc interpretatur* καθαίρειν ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος. *Quo de verbo, itemque de vocabulo* συρμαίη, *præter Auctores a viris doctis ad Hesych. et ad Gregor. dialect. Ion.* §. 124. *laudatos, inprimis consuli merentur quæ Fœsius in Œcon. Hippocr. p.* 601. *collegit.*

Συρμαίη, ης, ἡ, 1. Raphanus, *et collective* Raphani, ii. 125. *m. f. N. ubi simul nominantur* συρμαίη, *et* κρόμμυα, *et* σκόροδα. 2. Potio purgatoria, Raphani succus ad ventrem purgandum. συρμαίῃ διηθήσαν-

τες τὴν κοιλίην, *nempe* ventrem cadaverum condiendorum, ii. 88. *Conf.* Συρμαΐζειν.

Συῤῥέειν, Confluere, Magna frequentia convenire. ἐς Σαλαμῖνα συνέῤῥεε καὶ ὁ λοιπὸς ναυτικὸς, viii. 42. *a.*

Συῤῥηγνύναι, Simul irrumpere. ποταμοὶ καὶ ἄλλοι καὶ Ὕλλος συῤῥηγνῦσι ἐς τὸν Ἕρμον, i. 80. *a.*

Σῦς *et* Ὗς, συὸς *et* ὑὸς, ὁ, ἡ, Sus, Porcus. συὸς χρῆμα μέγιστον, i. 36. *a. sed paulo post*, ὑὸς χρῆμα μέγιστον, *consentientibus utrobique libris, quod sciam omnibus.* (*vide ibi in Var. Lect. monita.*) *Rursus* τὸν σῦν, i. 43. *m. sed* (τὰς) ὗς *et* τῇσι ὑσὶ, ii. 14. *extr. ubi* βοῦς *et* βουσὶ *corrigunt viri docti. Rursus* ὗν *et* τοὺς ὗς *habes* ii. 47. *a. et m. sed* οἱ συβῶται *memorantur* ibid. *Rursus Genit.* ὑὸς, ii. 68. *m.* 70. *a.* ὑὸς ἀγρίου, iv. 192. *m. et Genit. plur.* ὑῶν, iv. 186. *extr.*

Συσπεύδειν, Suo studio et opera aliquem juvare. συσπεύδων Πανταλέοντι γενέσθαι (*nempe*, ὥστε γενέσθαι αὐτῷ) τὴν Λυδῶν ἀρχὴν, i. 92. *m.*

Σύστασις, ιος, ἡ, Prælium, Pugna, Conflictus, (*conf.* Συνιστάναι *num.* ii.) ἐν τῇ συστάσει μαχόμενον *etc.* vi. 117. *a.* ἐπὶ τοσοῦτο λέγεται ἑλκῦσαι τὴν σύστασιν, vii. 167. *a.*

σύστασις *pro* στάσις *scribitur in cod. F.* ii. 25. *a. Vide* Στάσις, *num.* 2.

Συστασιώτης, ὁ, Qui Earundem partium (ejusdem factionis) est. οἱ Ἀλκμαιωνίδαι καὶ οἱ συστασιῶται αὐτέων, v. 70. *f.* συγκαλέσας τοὺς συστασιώτας, v. 124. *f.*

Συστρέφειν, Contorquere, Convolvere, Conglobare. συστρέψαντες ἑωυτοὺς καὶ πυκνώσαντες, ix. 18. *a. N. nempe, quo resisterent hostibus, undique eos cingentibus.* Δηϊόκης τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρεψε, Medicam nationem in unam Contraxit, i. 101. *a. N. ubi* συνέστρεψε *interpretes ante Wess. pro* κατεστρέψατο, Subegit, *acceperunt.*

Passiv. συστραφέντες οἱ στρατηγοὶ, καὶ ἓν ποιήσαντες στρατόπεδον, Contrahentes sese, (*i. e.* vires suas,) et castra jungentes, vi. 6.

Συστροφὴ, ἡ, Congregatio, Concursus, Confluxus. τί δείσαντες; κοίην πλήθεος συστροφήν; vii. 9, 1. *a.*

Συχνὸς, ἡ, ὸν, *i. q.* πολὺς, Multus, Frequens. *Sic* ἐθνέων συχνῶν, i. 58. *f. idem valet ac* ἐθνέων πολλῶν *paulo ante. Sic*, συχνὰς τῶν νήσων αἱρήκεε, iii. 39. *f.* πόνους συχνοὺς, vi. 108. *a.* ἐπὶ χρόνον συχνὸν, viii. 52. *extr.* ἐν τῇ Χερσονήσῳ πόλιες συχναὶ ἔνεισι, vi. 33. *a.*

Σφάγια, τὰ, Hostiæ, Victimæ, quæ σφάζονται, mactantur; Sacrificia. τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι, ix. 45. *m.* τὰ σφάγια ἐᾷν χαίρειν, ibid. τὰ σφάγια ἐᾷν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι, ix. 41. *extr.* οὐ γάρ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστὰ, ix. 61. *m. et*, τῶν σφαγίων οὐ γινομένων, (*nempe* χρηστῶν *aut* καλῶν) ibid. *f. tum mox rursus*, ἐγίνοντο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστὰ, ix. 62. *a. quod alias uno verbo dicitur* καλλιερέειν.

Σφαγιάζεσθαι, Hostias cædere, Sacra facere victimas mactando. τῷ ποταμῷ ἐσφαγιάζετο, vi. 76. *m. et* σφαγιασάμενος τῇ θαλάσσῃ ταῦρον, ibid. *f.* ἐσφαγιάζοντο ὡς συμβαλέοντες, ix. 71. *m. Etiam* Homo pro victima mactatus, σφαγιασθεὶς dicitur vii. 180. *f. ubi paulo ante*, ἀγαγόντες (αὐτὸν) ἔσφαξαν.

Σφάζειν, Mactare, Jugulare. (*vide proxime ante.*) σφάζεται ἐς τὸν (τοῦ ἀποθανόντος) τάφον, v. 5. *b. et* σφαχθεῖσα συνθάπτεται ἀνδρὶ, *ibid.* σφάξας (αὐτὸν) ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηΐην, v. 25. *m. Conf.* Κατασφ. *et* Ἐπικατασφ.

Σφακελίζειν, *notione Neutrali s. Passiva*, Carie corrodi. ἐσφακέλισέ τε τὸ ὀστέον, καὶ ὁ μηρὸς ἐσάπη, iii. 66. *a.* σφακελίσαντος τοῦ μηροῦ καὶ σαπέντος, vi. 136. *f. Conf.* Ἀποσφακελίζειν.

Σφαλερὸς, ἡ, ὸν, Fallax, Lubricus, Periculosus. τυραννὶς χρῆμα σφαλερὸν, iii. 53. *m.* τῶν γνωμέων τὴν σφαλερωτάτην σεωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι ἀναίρεο, vii. 16, 1. *extr.*

Σφάλλειν, Fallere, Decipere, Incertum reddere. τούτους ἔσφαλλε τὰ δύο τελευταῖα ῥηθέντα, Hos incertos reddiderunt (Conturbaverunt) duo postremi versus *oraculi*, vii. 142. *f. ubi mox, eamdem in sententiam ait* συνεχέοντο αἱ γνῶμαι αὐτῶν.

Σφάλλεσθαι, 1. Labi, Errare, Falli, Spe excidere. σφάλλεσθαι ὀφείλεις ἐν αὐτοῖσι, vii. 50, 1. *m.* 2. Corruere, Perire. ἢν σφαλῇ ἡ Ἑλλὰς, vii. 168. *a.*

Σφάλμα, τὸ, Lapsus; *hinc per Metaph.* 1. Periculum. σφάλμα ἐὸν οἴκῳ τῷ σῷ ἀποτρέψειν, i. 207. *a.* 2. Calamitas, Clades. εἰ μέν τι ἐνέοι (ἐν τοῖς χρησμοῖς) σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, vii. 6. *f.*

Σφὲ, *Accus. sing. et plur. pro* αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτοὺς, αὐτάς. *Sic*, βούλεαι αὐτός σφε (*i. e.* αὐτὸν, *scil.* τὸν οἶκον) ἔχειν, iii. 53. *m. N. ubi quidem* σφέα (*i. e.* αὐτὰ) *corrigunt nonnulli, scil.* τὴν τυραννίδα καὶ τὸν οἶκον. *Rursus*, ἐγὼ αὐτός σφε (*i. e.* αὐτὴν) ἐξεργασάμην, iii. 52. *m. N. Item*, θεοῦ σφε (*i. e.* αὐτοὺς) ἐποτρύναντος, vii. 170. *a. N. ubi pravum utique videtur quod alii præferunt* σφι.

Σφέα, *Neutr. plur. i. q.* αὐτὰ *vel* ταῦτα, Illa, Hæc. ἐπείρηταί σφεα, *scil.* τὰ χρηστήρια, i. 46. *extr.* σφέα, *nempe* τὰ χρήματα, i. 89. *f.* εἰ μή σφεα ποιήσαιμι, i. 111. *f.* 112. *m.* iii. 23. *m. etc.*

Σφέας, *Acc. plur. i. q.* σφᾶς, ἑωυτοὺς *et* αὐτούς. i. 5. *a.* 70. *a. et frequenter alibi. Reperitur vero* σφέας *idem ac* ὑμᾶς *sonans.*

ἀλλά σφεας αὐτὸς ἐγὼ κατερέω, Sed ego ipse Vos denunciabo, iii. 71. *extr.*

Σφεῖς, *Nom. plur. i. q.* αὐτοὶ, Ipsi. σφεῖς γε δουλεύσουσι, vii. 168. *a.* σφεῖς δὲ ἐπισπόμενοι ἐξ ἐναντίης, viii. 7. *m. Genit. Plur.* Σφέων, *pro* σφῶν, ἑωυτῶν *et* αὐτῶν, i. 31. *extr. et passim alibi.* ἀνάξια σφέων αὐτῶν πεπονθότες, i. 73. *m. f.*

Σφὶ, *Dativ. plur. pro* σφίσι, ἑαυτοῖς, ἑαυταῖς, αὐτοῖς *et* αὐταῖς, i. 2. *extr. et* 3. *extr. et frequenter alibi. Nec vero* σφίσι *respuit Herodotus, quod legitur* i. 4. *extr. et* 5. *a. et alibi, ubi quidem* σφίσιν *plerumque edebatur contra Herodoti usum, pro* σφίσι *autem sua auctoritate* σφι *posuit Schæf. Pro* σφι, *aute vocalem in sequenti voce, subinde* σφιν *edebatur olim, ut* i. 1. *f. et* i. 67. *m. f. ubi nos cum Schæf. partim veteres libros, partim constantem alioquin usum Scriptoris secuti,* σφι *auctori restituimus. In nostra Var. Lect. ad lib.* i. *cap.* 67. *hæc adjici debuerant, temere ibi omissa: " lin.* 9. σφι ἔχρησε) *Sic recte mss. Paris. cum F. ut edidit Schæf. Olim* σφιν ἔχρησε *contra usum Herodoti."*

Σφόδρα, *i. q.* μεγάλως. *Vide Var. Lect. et Not. ad* ix. 17. *a.*

Σφρηγὶς, ῖδος, ἡ, Sigillum, iii. 41. *a. et f.* λίθος τῷ τὰς σφρηγῖδας γλύφουσι, vii. 69. *m.*

Σφυρήλατος, ὁ, ἡ, Malleo ductus. εἰκὼ χρυσέην σφυρήλατον ἐποιήσατο, vii. 69. *extr.*

Σχεδίη, ἡ, *proprie Adjectivum, subintellecto Substantivo* γέφυρα, (*Vide Schæf. ad Bosii Ellips. p.* 77.) Pons *præsertim*, ex tempore factus. *Promiscue Herodotus* τὴν σχεδίην *et* τὴν γέφυραν *dicit; nusquam vero utrumque jungit vocabulum. Vide* iv. 87-89. 97 *et* 98. 136 *et* 141. v. 23. *a.* viii. 97. *m.* viii. 107. *m. coll.* vii. 37. *a. etc.*

Σχέτλιος, ίη, ιον, Pravus, Maleficus. *Sic de Bestiis,* ὅσα σχέτλια καὶ ἀνιηρὰ, iii. 108. *a. Et* σχέτλια ἔργα, Improba facinora, vi. 138. *extr.*

Σχημάτια Λακωνικὰ, Saltationes modi Laconici, vi. 129. *m.*

Σχίζειν, Scindere, Dividere. Νεῖλος μέσην Αἴγυπτον σχίζων, ii. 17. *m. Hinc Passiv.* σχιζομένης τῆς ὁδοῦ, vii. 31. *a.* Νεῖλος σχίζεται τριφασίας ὁδοὺς, (*idem atque* ἐς τριφ. ὁδοὺς,) ii. 17. *m.* ἐνθεῦτεν διακρινομένη ἡ στρατιὴ ἐσχίζετο, viii. 34. *a.* καί σφεων ἐσχίζοντο αἱ γνῶμαι, vii. 219. *b.*

Σχῖνος, ου, ἡ, Lentiscus arbor, *et* Bacca lentisci, iv. 177.

Σχοῖνος, ὁ, 1. Funis. πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι, i. 66. *m. et f.* κατίει σχοίνῳ σπυρίδα, v. 16. *f.* 2. Mensura longitudinis apud Ægyptios, sexaginta stadia capiens, ii. 6. *b.*

Σχοινοτενὴς, ὁ, ἡ, Linea recta decurrens, quasi secundum Funem tensum ductus. σχοινοτενέες διέξοδοι ὁδῶν, i. 199. *m.* κατέτεινε (*nempe* κατέτεινε σχοίνους) σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας ὀγδώκοντα, i. 189. *f.* κατὰ Σάνην πόλιν σχοινοτενὲς ποιησάμενοι, Prope Sanen oppidum lineam rectam (e transverso) ducentes, vii. 23. *a.*

Σχολαῖος, η, ον, Otiosus, Lentus, Segnis. *Inde Neutr. plur. adverbialiter,* Σχολαίτερα, Segnius, Majore otio, ix. 6. *a.*

Σώζειν, Servare, Tueri. τὰς πόλις αὐτέων ἄνδρες τεταγμένοι ἔσωζον, viii. 34. *f.* σωθέντος ἐμεῦ ὀπίσω ἐς οἶκον τὸν ἐμὸν, Quando salvus domum meam rediero, iv. 97. *f. Conf.* Ἀποσώζειν.

Σωλὴν, ῆνος, ὁ, Tubus, Canalis, Aquæductus. ὕδωρ ὀχετευόμενον διὰ σωλήνων, iii. 60. *m.*

Σῶμα, τὸ, Corpus. ἀνθρώπου σῶμα ἓν οὐδὲν αὔταρκές ἐστι, i. 32. *f. ubi* ἀνθρώπου σῶμα οὐδὲν *per periphrasin dictum intelligi debet pro* ἄνθρωπος οὐδεὶς, *quasi dicas* Nulla persona hominis, Nulla natura humana. *De loco difficili, ac fortasse a librariis corrupto,* ii. 139. τὰ οὐνόματά σφι (τοῖσι Πέρσῃσι) ἐόντα ὁμοῖα τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, *vide ibi Notata.*

Σῶος, Salvus, Incolumis. αἱ πέδαι—ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι, i. 66. *extr. consentientibus h. l. msstis. Conf.* Σόος *et Notata ad* v. 77. *m. ubi pro eo, quod* i. 66. *est* ἦσαν σῶαι, *ait* ἔσαν περιεοῦσαι.

Σωρὸς, οῦ, ὁ, Acervus. ἰδὼν σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον, i. 22. *a.* ἐσπεσὼν ἐς σωρὸν ψήγματος, vi. 125. *m.*

Σῶστρα τοῦ παιδὸς θύειν θεοῖς, (*i. q. alias* σωτήρια θύειν,) Pro servato puero sacra eucharistica facere diis, i. 118. *f.*

Σωτὴρ, ῆρος, ὁ, Servator. ποταμὸς,—τῷ θύουσι—Σωτῆρι, viii. 138. *m. N.*

Fœm. Σώτειρα, ης, ἡ, Servatrix. Λητοῦν τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι, ii. 156. *f.*

Σωφρόνως, Moderate, Considerate, Prudenter. *Hinc Comparat.* τὴν ἐπιχείρησιν ταύτην μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβούλως, ἀλλ' ἐπὶ τὸ σωφρονέστερον αὐτὴν λάμβανε, iii. 71. *m. Sic et apud Thucyd.* i. 32. *opponuntur* σωφροσύνη *et* ἀβουλία.

Σώχειν, *vide* Κατασώχειν.

T.

T *literam pro σ usurpat Herodotus in* τοὶ *pro* σοὶ, Tibi, *quod vide in* Σύ. T *pro* θ, *in* αὖτις *pro* αὖθις, ἐνθεῦτεν *pro* ἐντεῦθεν *et similibus. Item* τ *tenet Ionico more, ubi vulgo ob sequentem aspirationem* τ *in* θ *mutatur, ut* κατελεῖν *pro* καθελεῖν, κατ' ἡσυχίην *pro* καθ' ἡσυχίην, *etc. Pro Atticorum vero* ττ *in terminatione verborum,* σσ *tenet.*

Τάδε, *pro* κατὰ τάδε, *i. q.* οὕτω, Sic; Hoc modo. τούτῳ μὲν τάδε ἐχρήσατο, ii. 108. *a. Sic etiam, præeunte optimo cod. msto, legendum* ii. 95. *f.* τὴν δὲ νύκτα τάδε αὐτῷ χρᾶται· ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, ἐν ταύτῃ *etc. Vide ibi Not.*

Τὰ δὴ, *i. q.* καθ' ἃ δὴ *vel* δι' ἃ δὴ, Quapropter nempe, ii. 106. *f.* τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος ἄνωγε φέρειν τὸ κράτος—ἡμάρτηκε, In eo vero quod, *sive*, Quod vero ad hoc adtinet quod *etc.*, fefellit eum opinio, iii. 81. *a.* Τὰ μάλιστα, τὰ νῦν, *et similia, vide in* Μάλιστα *sub* Μάλα, *in* Νῦν, *etc.* τὰ πρὸς βορῆν *et* τὰ πρὸς νότου, *scil.* ἔχοντα, iv. 38. *coll.* 39. *extr. Similiter,* τὰ ἐς τὸν Ἄθων, vii. 22. *a.* (*aliis cap.* 21. *m.*) *ubi nos quidem articulum* τὰ, *a terminatione vocis præcedentis* μάλιστα *temere olim absorptum, ex conjectura adjecimus.*

Ταλαιπωρίη, ἡ, Labor, Ærumna. τοὺς ἀσθενεστάτους ἐς τὰς ταλαιπωρίας, Ad tolerandos labores maxime infirmi, iv. 134. *f.*

Τάλαντον, τὸ, Talentum; 1. *Pondus.* χίλια στυπτηρίης τάλαντα, ii. 180. *b.* λιβανωτοῦ τριηκόσια τάλαντα, vi. 97. *extr. Conf.* Ἡμιτάλαντον. 2. *Pecuniarum summa.* ἀργυρίου δύο χιλιάδες ταλάντων, vii. 28. *b.* Εὐβοϊκὸν, Βαβυλώνιον τάλαντον, iii. 89. *m.*

Ταμίης, ὁ, Quæstor. ταμίαι τοῦ ἱροῦ, Quæstores templi Minervæ Atheniensis, viii. 51. *m. N.*

Τάμνειν, (*Ion. pro* τέμνειν) Secare, Cædere, Concidere. τάμνουσα ἰχθῦς παρέχει τροφὴν, ii. 65. *f.* ἐδέοντο ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέσθαι, Cædendam oleam arborem, v. 82. *m.* ἐτάμνετο λίθους, Cædi jussit lapides, i. 186. *a. m.* οὐ τετμημένων τῶν ὁδῶν, Quum non sectæ (stratæ, signatæ, definitæ) essent viæ, iv. 136. *m.* τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῶν ὁδῶν, Carpens viam per mediterranea, ix. 89. *f.* τάμνειν *et* τάμνεσθαι ὅρκια, Ferire fœdus, iv. 201. *m. et cap.* 70. *a. Tum notanda phrasis hujusmodi:* ταμόντες τοῖσι Βαρκαίοισι χρόνον μένειν αἰεὶ τὸ ὅρκιον, ὅσον ἂν *etc.* Pacti erant cum Barcæis, tamdiu firmum mansurum fœdus *etc.* iv. 201. *f.*

Ταξιάρχης, ὁ, Ordinum militarium (Agminis *vel* Manipuli) ductor, Centurio, *aut* Tribunus militum. *Inde Genit. plur.* τῶν ταξιαρχέων, ix. 53. *a. ubi alii quidem* ταξιάρχων *præferunt, sed in* ταξιαρχέων, vii. 99. *a. plerique libri consentiunt.*

Ταξίαρχος, ὁ, *i. q.* Ταξιάρχης, *quod vide.* οἱ ταξίαρχοι, viii. 67. *b.* τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων, ix. 42. *a.*

Τάξις, ιος, ἡ, 1. Locus quo quis in acie stat, Statio. αἰεί κοτε ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος, *nempe*, ut in dextro stemus cornu, ix. 26. *a.* δίκαιοί εἰμεν ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν, ix. 27. *f. et mox,* τάξιος εἵνεκα στασιάζειν, ibid. ἐν τῇ τάξει (*sive* τάξι) εἶχε ἑωυτὸν, In statione mansit, i. 82. *m.* 2. τάξις, *i. q.* τάγμα, Manus militum unum ducem sequentium, Cohors, *aut* Manipulus; *cujus dux est* ταξιάρχης *vel* ταξίαρχος. 3. Unaquæque series militum continuo ordine in acie stantium, τὸ μὲν μέσον (media acies) ἐγίνετο ἐπὶ τάξιας ὀλίγας, τὸ δὲ κέρας ἑκάτερος ἔῤῥωτο πλήθεϊ, vi. 111. *extr.*

Ταράσσειν, Turbare, Impedire, Incommodare. τὰ ναυήγια ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων, viii. 12. *m.* τῆς στρατιῆς ὑπὸ τῆς ἵππου ταρασσομένης, ix. 50. *a. Iterum,* ὡς μή σφεας ταράσσοιεν οἱ ἱππόται, ix. 51. *f. pro quo est* μὴ σινοίατο *paulo ante* ibid.

Ταραχώδης, ὁ, ἡ, Turbulentus. τὸ θεῖον ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, i. 32. *a. N.*

Ταριχεύειν, Sale condire. ἰχθῦς ἐξ ἅλμης τε ταριχευμένοι, i. 77. *f. Conf.* Προταριχ.

Ταριχείη *et* Ταριχηΐη, Conditura quæ fit sale. *Et nomen proprium* Loci in Ægypto prope ostium Canobicum Nili αἱ Ταριχεῖαι, ii. 113. *a. et* Ταριχῆϊαι αἱ Πηλουσιακαὶ, ii. 15. *a. N.*

Τάριχος, ου, ὁ, Piscis sale conditus. ὀπτῶν τοὺς ταρίχους, ix. 120. *a. et* οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι, ix. 120. *a. Moxque* ibid. *de Homine,* καὶ τεθνεὼς καὶ τάριχος ἐών.

Ταρσὸς, οῦ, ὁ, 1. Crates. *Sic* ταρσοὺς καλάμων, Crates arundineas *interpretantur viri doctissimi* i. 179. *m. N.* 2. οἱ ταρσοὶ τῶν κωπέων, Palmulæ remorum, viii. 12. *m.* 3. ὁ ταρσὸς τοῦ ποδὸς, Planta pedis, Anterior pars pedis, *qua parte latior pes est*, ix. 37. *m.*

Τάσσειν, 1. Locare, Ponere, Disponere. *Inde Passiv.* οὐδένα κόσμον ταχθέντες, ix. 69. *a.* τὸ στρατόπεδον παρὰ τὸν ποταμὸν τεταγμένον, ix. 15. *f.* 2. τάσσειν τινὰ ἐπὶ τινὸς, Constituere aliquem ad aliquid. *Hinc,* ἐπ' οὗ ἐτάχθημεν, v. 109. *f. non tam significat* Qua parte locati sumus, *quam,* Cui rei præpositi sumus. 3. τάσσειν φό-

ρον, Imponere tributum. *Unde Passiv.* φόρον μὲν οὐδένα ἐτάχθησαν, iii. 97. *a.* *Sed Medium,* τάξασθαι φόρον *significat* Pacisci, Convenire cum aliquo, de tributo illi pendendo; *quasi dicas,* Sibi ipsi imponere tributum. *Sic* Κυρήνην Καμβύσῃ ἔδωκε, καὶ φόρον ἐτάξατο, iv. 165. *f.* *Similiter,* οἱ Κόλχοι ἐτάξαντο ἐς τὴν δωρέην, *et* δῶρα, τὰ ἐτάξαντο, ἀγίνεον, iii. 97. *m. et f.* *Adde* iii. 13. *f.*

[Ταΰγετον, *vide* Τηΰγετον.]

Ταύτῃ, *Adverb.* 1. Hic, Hoc in loco; *unde* αὐτοῦ ταύτῃ, Ibidem, Hoc ipso in loco, *vide in* Αὐτοῦ. 2. Hoc modo, Ita. τὸ ἐνύπνιον ταύτῃ ἔκριναν, i. 120. *a.* ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμὶ, Hic maxime sum quod ad sententiam meam pertinet, *id est,* Sic maxime sentio, i. 120. *m.* *Conf.* Τῇ *num.* 3.

Ταφὴ, ἡ, Sepultura. ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ, i. 24. *a. m.* βασιληΐης ταφῆς κυρήσει, i. 112. *extr.*

Τάφος, ου, ὁ, Sepulcrum. τάφοι πατρώϊοι, iv. 127. *m.* ii. 136. *m.* *Conf.* Τύμβος, Θήκη *et* Σῆμα.

Τάχα ἂν, Fortasse; *passim in Musis.*

Τάχιστα *vide sub* Ταχύς.

Τάχος, εος, τὸ, Celeritas. οἱ μὲν δὴ κατὰ τάχος ἐβοήθεον, vii. 178. *a.* iv. 127. *a. m.* νῦν οὖν ὡς τάχος (*i. q.* ὡς τάχιστα) με ἄφες πορευθῆναι, v. 106. *f.* νῦν δὲ ὅτι τάχος (*sive rectius,* ὅ τι τάχος) στρατιὴν ἐκπέμπειν, ix. 7. *f.*

Ταχυάλωτος, ὁ, ἡ, Qui cito (brevi, facile) capi potest. χώρην εὐαίρετον καὶ ταχυάλωτον, vii. 130. *m.*

Ταχὺς, Celer; *et Neutrum adverbialiter positum* Ταχὺ, Cito. *Unde Comparativ.* Ταχύτερον, Citius. ταχύτερον συμμίσγοιμεν ἂν ἐς μάχην, iv. 127. *a. m.* μᾶλλόν τι καὶ ταχύτερον τὴν πρόσοδον ἐποιεῦντο, ix. 101. *f.*

Superlativus, Τάχιστος, *unde* τὴν ταχίστην, *scil.* ὁδὸν, Brevissima via, Quam celerrime, Quam citissime, i. 73. *f.* τὴν ταχίστην βωθέειν, i. 81. σβεννύναι τὴν ταχίστην τὸ πῦρ, i. 86. *f.* τὴν ταχίστην οἴχεσθαι, i. 111. *m.* 126. *extr.* τὴν ταχίστην ὀπίσω ἀπαλλασσόμενοι, vii. 162. *a.* *et frequenter alibi.*

Adverbium ὡς τάχιστα, Quam celerrime, Quam primum fieri posset, ix. 66. *f.* *ubi paulo ante,* τὴν ταχίστην ἐτρόχαζε φεύγων. *Sed alibi* ὡς τάχιστα *vim habet Conjunctionis,* Ut primum, Simul atque. ὡς δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, i. 11. *m.* ὡς γὰρ ἐπετρόπευσε τάχιστα, i. 65. *f.* *Similiter* i. 80. *f.* 141. *a.* 213. *m.* *et alibi, ubi constanter quidem inter* ὡς *et* τάχιστα *voces nonnullæ interseruntur.*

Τε *particula enclitica, interdum iniquiore loco posita poterat videri.* ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης, i. 69. *m.* *malles fortasse* ἄνευ δόλου τε καὶ ἀπάτης, *ut h. l. præfert cod. Par. C. sed in eamdem scripturam* ἄνευ τε *etc. consentiunt libri (quod sciam) omnes* ix. 7, 1. εὑρίσκω κῦδος ἡμῖν τε προσγινόμενον καὶ χώρην, vii. 8, 1. *f.* *ubi* κῦδός τε ἡμῖν *malles: vide Var. Lect.* βασιληΐην τε καὶ καλλίστην πόλιν, vii. 209. *f.* *ubi* καλλίστην βασιληΐην τε καὶ πόλιν *aut* βασιλ. τε καὶ πολ. καλλ. *malles.* πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες, ix. 26. *f.* *ubi commodius videri poterat* καὶ γὰρ πολλοί τε καὶ εὖ ἔχοντες.

Τέθηπα ἀκούων, Obstupui audiens, ii. 156. *a.*

Τεθριπποβάτης, ὁ, Qui quadrigis vehitur. Κυρηναῖοι τεθριπποβάται, iv. 170.

Τέθριππον, τὸ, *scil.* ἅρμα, Quadrigæ. ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ, vi. 103. *a.*

Τεθριπποτροφέειν, Equos alere quadrigis jungendos ad ludos curules, vi. 125. *extr.*

Τεθριπποτρόφος, ὁ *et* ἡ, Equos quadrijugos aleps. ἐὼν οἰκίης τεθριπποτρόφου, vi. 35. *a.*

Τεῒν, *ex vetere dialecto Dorica, i. q.* τοὶ *et* σοὶ, Tibi, v. 60. *extr. et* 61. *a. in Inscript. antiqua.*

Τείνειν, *ubi de Situ geographico agitur,* Tendere, Dirigi, Porrigi. τὸ (*i. e.* κατὰ τὸ) πρὸς Λιβύης, ὄρος ἄλλο τείνει, ii. 8. *m.* ἡ ἀκτὴ τείνει, τὰ (*i. q.* κατὰ τὰ) ἐς θάλασσαν, μέχρι Τριοπίου ἄκρης, iv. 38. *b.* *Eademque notione etiam Passivum usurpatur. Nam loco modo citato,* ii. 8. *m.* τὸ ὄρος *ait* τεταμένον τὸν αὐτὸν τρόπον *etc. ubi me invito* τεταμμένον *in nostrum exemplum irrepsisse significavi in Var. Lect. et Not. conf.* Παρατείνειν. *Metaphorice dicitur,* ταῦτα πάντα ἐς σὲ τείνει, Hæc omnia ad te spectant, ad te pertinent, vi. 109. *f.* *N. ubi paulo ante ait* ἀνήκει, *eadem notione.*

Τειχέειν, Muro munire, Muro intercipere. τὸν ἰσθμὸν τειχέειν, viii. 40. *f.* ix. 8. *a.* τειχέοντος Ἱστιαίου τὴν *etc. scil.* τὴν πόλιν ἣν, v. 23. *a. N.* *Item simpliciter,* Murum ædificare, Struere. τὸ τεῖχος τὸ ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐτείχεον, ix. 7. *a.*

Τειχήρης, ὁ, ἡ, Intra mœnia compulsus, Intra murum inclusus. ὅκως τειχήρεας ποιήσειε τὰς πόλιας, i. 162. *b.*

Τειχίζειν, *i. q.* τειχέειν: *unde Passivum* τετείχιστο, *impersonaliter positum,* Munitum erat, *id est,* Exstructa erant munita ædificia, quæ quasi castella (τείχεα) erant, i. 181. *a. N.* *ubi quidem si* μὲν *pro* ἦεν *legas, (quod tamen nulla necessitas cogit) ad verbum* τετείχιστο *spectabit sequens Nominativus* τὰ βασιλήϊα, *itemque alter* Διὸς Βήλου ἱρόν.

Τειχομαχέειν, Oppugnare murum *urbis,* ix. 70. *a. m.*

Τειχομαχίη, ἡ, Pugna circa murum,

Oppugnatio et Defensio muri, ix. 70. *a. et a. m.*

Τεῖχος, εος, τὸ, 1. Murus, *etiam* ligneus, *ut* vii. 14. *seq.* ix. 65 *et* 70. *sed maxime* lapideus aut latericius; *præsertim* Murus urbis; *ut* κατειληθέντες ἐς τὸ τεῖχος, i. 80. *extr.* ἐπιβῆναι τοῦ τεῖχεος, i. 84. *etc. Notemus hoc loco, quos* τειχέων κιθῶνας *Herodotus* vii. 139. *a. dicit, non esse quas vulgo* Loricas murorum *Latine dicimus; sed* κιθῶνα *ibi per metaphoram* Totum murum *dici, qui nempe hos qui pone sunt,* veluti thorax aut lorica, *defendit et ab hostium impetu tutos præstat. Igitur, quod l. c. ait Noster,* εἰ καὶ πολλοὶ τειχέων κιθῶνες ἦσαν ἐληλαμένοι διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ τοῖσι Πελοποννησίοισι, *hoc valet:* Etiam si plures murorum ordines (plures muri, alter ante vel post alterum deinceps positi) per Isthmum erecti fuissent a Peloponnesiis.

2. Τεῖχος, Locus muro munitus, Urbs, Arx, Castellum. *Sic* τὸ τεῖχος τὸ Θηβαίων, ix. 41. *a. m. et* 66. *f. idem est ac* τὸ Θηβαίων ἄστυ, ix. 58. *f.* ἐς τὴν Σηστὸν, ὡς ἐόντος ἰσχυροτάτου τείχεος τῶν ταύτῃ, ix. 115. *a. Etiam in Plurali, notione Singularis; ut* τείχεα μεγάλα—τὰ νῦν Ἀγβάτανα καλεῖται, i. 98. *m. et mox ibidem,* τοῦτο τὸ τεῖχος, *de eadem urbe. Sic* Κιμμέρια τείχεα, Cimmerium castellum, iv. 12. *a. Sed et notione plurali:* Scythæ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα habent; neque urbes, neque castella, iv. 46. *f.* Darius in Scythia ὀκτὼ τείχεα ἐτείχεε μεγάλα, iv. 124. *Rursus Singulari numero:* ἔλαβε τὸ τεῖχος τὸ ἐν Μέμφι, iii. 14. *a. et* 91. *f. Alia omitto.*

Τειχοφύλαξ, ακος, ὁ, Muri custos, iii. 157. *extr.*

Τέκνον, τὸ, Filius, Filia, Proles. *Sic de* Filia, μούνου ταύτης οἱ ἐούσης τέκνου, vii. 224. *extr.* ubi μούνης *quidem præferunt alii. Etiam* Animalium proles τέκνα *dicuntur: sic* αἱ ἔχιδναι ἐκλέπουσι πολλόν τι χρῆμα τῶν τέκνων, iii. 109. *f. N. ubi alii quidem* ὀφίων *posuerunt.*

Τεκνοποιὸς γυνὴ, Mulier pariendis liberis idonea. γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι, i. 59. *a.*

Τελαμὼν, ῶνος, ὁ, Ligamen, Fascia. τὰ ἕλκεα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατειλίσσοντες, vii. 181. *f.*

Τελέειν, 1. Perficere. ἔσται ταῦτα τελεύμενα, i. 206. *a.* 2. Impendere. ἐς τὸν δεῖπνον τετρακόσια τάλαντα τετελεσμένα, vii. 119. *b.* 3. Pendere *tributum: unde manarunt formulæ hujusmodi, qualis* ἐς Βοιωτοὺς τελέειν, Communi Bœotorum contributum esse, In censum venire cum Bœotis, vi. 108. *f. Et ista rarioris usus dictio,* κοῖός τις ἀνὴρ δοκέοι εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τελέσαι Κῦρον, Qualis vir ipse esset, cum patre Cyro collatus, iii. 34. *m. f.* 4. Initiare *aliquem mysteriis.* ἐπεθύμησε Διωνύσῳ Βακχείῳ τελεσθῆναι, iv. 79. *a.*

Τελέθειν, Esse, Manere. μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, vii. 141. *f. in Orac.*

Τέλειος *et* Τέλεος, Perfectus, Absolutus. *Persicum nomen* Tycta *Græce* τέλειον *sonat,* ix. 110. *m. Alibi vero Ionica vocabuli forma* Τέλεος *utitur Herodotus.* δι' ὄψιν ὀνείρου οὐ τελέην, Propter insomnii visum imperfectum, haud satis perspicuum certumque, i. 121. *a.* βωμὸς ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων, i. 183. *a. m.*

Τελεοῦν, Perficere, Consummare. *Cyrus puer* omnia, quæ faciunt veri reges, ἐτελέωσε ποιήσας, exacte, plene, omni ex parte absolute, nulla re omissa, fecerat, i. 120. *a.* ἐπιγενόμενα ταῦτα Δαρείῳ ἐτελέωσέ μιν, Consummarunt eum et quasi Consecrarunt et Inaugurarunt regem, iii. 86. *b.*

Τελετὴ, ἡ, Initiatio, Mysteria, Sacræ cærimoniæ. ἡ Δήμητρος τελετὴ, τὴν οἱ Ἕλληνες θεσμοφόρια καλέουσι, ii. 171. *a.* μέλλοντι δέ οἱ ἐς χεῖρας ἄγεσθαι τὴν τελετὴν, iv. 79. *a. Vide voc.* Ἄγειν, *num.* 6.

Τελευταῖος, η, ον, Postremus. τὸν τελευταῖόν σφι τόνδε ἐξέφαινε λόγον, vii. 160. *a.* τὰ δύο τὰ τελευταῖα ῥηθέντα, vii. 142. *m.* τὸ τελευταῖον, *adverbialiter,* Postremo, i. 91. *m. f.*

Τελευτᾷν, 1. *activa notione, cum Accusat.* Finire. τελευτᾷν τὸν βίον, i. 32. *m. f.* (*ubi* τελευτήσει τὸν βίον εὖ.) *et* ibid. *f.* vii. 154. *a.* iii. 73. *a.* Vit. Hom. 1. *f.* τελευτήσας καλῶς τὸν αἰῶνα, i. 32. *m.* ἀμυνομένους τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, ix. 17. *f.* 27. *m.*

2. *Neutraliter,* Finem, Exitum habere, Finiri, Desinere, Mori. ἡ ὄψις, ὡς βουλόμεθα, τελευτήσειε, vii. 47. *f.* ᾗ τελευτᾷ τὰ τῆς Λιβύης, ii. 32. *m.* ἐτελεύτα ὁ λόγος τῷ ἄρχοντι, Vit. Hom. 14. *a.* Πολυκράτεος αἱ εὐτυχίαι ἐς τοῦτο ἐτελεύτησαν, iii. 125. *f.* ἐς τὴν (*scil.* Αἴγυπτον) τελευτᾷ αὕτη ἡ ἀκτὴ, iv. 39. *f.* τελευτᾷ ὁ Ἴστρος ἐς θάλασσαν ῥέων τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου διὰ πάσης Εὐρώπης, τῇ Ἰστρίην οἱ Μιλήσιοι οἰκέουσι, ii. 33. *extr. N. ubi nos, commate post* Ἴστρος *posito, orationem ita distinximus ut verba* τῇ Ἰστρίην *etc. relata intelligantur ad* τελευτᾷ ὁ Ἴστρος, Desinit Ister ibi, ubi Istriam habitant Milesii. *Quando* τελευτᾷν Mori *significat, potest utique* τὸν βίον *subintelligi: sed ne necesse quidem est ut de hoc Accusativo cum maxime cogitemus, præsertim in locutionibus hujusmodi; quales,* οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλει Πολυκράτης, iii. 43. *a. coll.* 125. *f.* φῆς ὑπὸ αἰχμῆς σιδηρέης με τελευτήσειν, i. 39. *a.* τελευτᾷ δόλῳ ὑπὸ Σπαργαπείθεος, iv. 78. *a. His adde* vi. 107. *a.* vii. 141. *m.* viii. 71. *a.*

3. *Reperitur etiam alia ejusdem verbi forma,* Τελευτέειν, *certe in Participio præsentis temporis.* τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν, iii. 38. *f.*

Τελευτὴ, ἡ, Finis. τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη, i. 30. *f.* 31. *m.* σκοπέειν χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβήσεται, i. 32. *extr.*

Τελέως, Prorsus, Admodum. τελέως ἐς ἀσθενὲς (*i. q.* ἐς τελέως ἀσθενὲς) ἔρχεται, i. 120. *m.*

Τέλμα, τὸ, *vulgo,* Lacuna, Cœnosus et palustris locus; *Herodoto* Limum ipsum, *sive potius* Cæmentum *significat* coagmentando muro idoneum. τέλματι χρώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ, i. 179. *a.*

Τέλος, εος, τὸ, 1. Finis, Exitus. ἐν τέλεϊ τούτῳ ἔχοντο, i. 31. *extr.* (*conf.* Ἐνέχεσθαι.) τέλος τοιόνδε ἐγένετο τῆς μάχης, ix. 22. *a.* τεῖχος ὑμῖν ἐλαυνόμενον ἐς τέλεΐ ἐστι, ix. 7. *m. f. ubi olim* ἐντελές ἐστι *edd.* καί σφι ἦν πρὸς τέλεϊ, ix. 8. *m.* τέλος δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ Αἰθίοπος ὧδε ἔλεγον γενέσθαι, ii. 139. *a. N.* ἐς τὸ τέλος κακῶς ἐτελεύτησε, iii. 40. *m. f.*

2. τέλος, *adverbialiter,* Postremo, i. 76. *f.* 82. *m.* 96. *extr.*

3. οἱ ἐν τέλεϊ ἐόντες τῶν ἀστῶν, Principes civitatis, Magistratus, iii. 18. *m.* ix. 106. *m. N.*

4. τέλος, *in re militari,* Turma, Agmen, Manus quædam militum coordinatorum, *ut* Legio, Cohors, Manipulus. ἐλόχισε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, i. 103. *a.* ἐτετάχατο κατὰ τέλεα, vii. 87. *a.* κατὰ ἔθνεα καὶ κατὰ τέλεα, ix. 33. *a.* καὶ κατὰ τέλεα καὶ παντοίως προσβάλλοντες, vii. 211. *extr.* *Sic* προσέβαλλον κατὰ τέλεα, ix. 20. *b.* 22. *a. cui opponitur* οὐκέτι κατὰ τέλεα, ἀλλ' ἅμα πάντες, ix. 23. *a.* οἱ τῶν τελέων σημάντορες, ἡγεμόνες, vii. 82. *a.* 223. *m.*

5. *Etiam, extra rem militarem,* ὀρνίθων τέλεα, *pro* ὀρνίθων γένεα, *dixit Noster* ii. 64. *f. si fides libris nonnullis, quorum auctoritatem secutus est Schæf.*

Τέμενος, εος, τὸ, *redditur subinde* Fanum, Delubrum, Templum; (*ac fortasse, aliter licet Varro sentiat, Græcum vocabulum Latino* Templum *originem dedit :*) *vocatur autem* τέμενος Quælibet area sacra; Ager, *itemque* Lucus vulgari usu exemtus et deo alicui aut heroi sacer habitus. ἔστι ἐν τῷ τεμένεϊ τοῦ Πρωτέος ἱρὸν τὸ καλέεται ξείνης Ἀφροδίτης, ii. 112. *m.* ἔστι ἐν τῷ τεμένεϊ τούτῳ Λητοῦς νηὸς, ii. 155. *m.* Διὸς βωμὸν ἱδρύσατο καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν οὔρισε, iii. 142. *a. N.* Lucus (τὸ ἄλσος) Argo heroi sacer *idem* τέμενος *vocatur Nostro,* vi. 79. *m. f. coll. cap.* 78 *et* 80. τῷ βασιλέϊ τεμένεα ἐξελὼν καὶ ἱερωσύνας, iv. 161. *f. N. ubi intelligi videntur* Agri sacri quorum ex proventu sacerdotes sustentare vitam consueverunt. ἔστι Πρωτεσίλεω τάφος τε, καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν, ἔνθα ἔην χρήματα πολλὰ, ix. 116. *a.* τὸ τέμενος ἔσπειρε (ὁ τύραννος) καὶ ἐνέμετο, ibid. *f. N. Per metonymiam* τέμενος *etiam dicitur* Ædes aut Ara in sacra area exstructa. οἱ Ἀθηναῖοι τῷ Αἰακῷ τέμενος ἀπέδεξαν τοῦτο τὸ νῦν ἐπὶ τῆς ἀγορῆς ἵδρυται, v. 89. *f. N. adde* v. 67. *f. Quin et* μέγιστον τέμενος (Templum maximum) ἱδρύμεναι αἱ πόλιες, ii. 178. *m.*

Τέμνειν, *vide* Τάμνειν.

Τέναγος, εος, τὸ, Palus, Lacuna. ἐς ἕλεά τε καὶ τενάγεα ἐκδιδοῖ, i. 202. *f.* *Alibi* τέναγος *commode redditur* Locus vadosus. *Sic,* Videntes barbari, Locum, qui alias alto mari inundatus erat, nunc ingenti et diuturno maris recessu τέναγος γενόμενον, Vadosum (Vado pervium) esse factum, viii. 129. *a.*

Τεο, *enclit.* (*Ionice pro* του *et* τινός.) ἀπὸ σμικροῦ τεο, i. 58. *a. Dativ.* τεῳ *aut* τέῳ, *pro* τινι. ἔργον οὐ πολλῷ τέῳ (*sive rectius* τεῳ *absque accentu scribetur*) ἔλασσον, ii. 48. *b.* 124. *m.* iv. 47. *m. Dativ. plur.* εἰ τέοισι, (*Ion. pro* εἴ τισι,) Si quibus, viii. 113. *f. N.* εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι Ἕλλησι, ix. 27. *m. f. Conf.* Τευ, Τεῦ *et* Τέῳ.

Τεὸς, ἡ, ὸν, (*Ion. pro* σὸς,) Tuus. ἐν Πέρσῃσι τεοῖσι, viii. 100. *f. si vera ibi nostra conjectura, ubi* ἐν Πέρσῃσι τοῖσι *vitiose præferunt libri. Vide Var. Lect.*

Τέρας, εος, τὸ, Prodigium, Ostentum, Signum. τοῦτο τέρας τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνε ὁ θεὸς, vi. 98. *a.* τέρας σφι ἐφάνη μέγα, vii. 57. *a.* δόξασαι ἄλλο τι εἶναι τέρας, viii. 27. *m. f.* τέρεα μέζονα τοῦ πρὶν γενομένου τέρεος, viii. 37. *m.*

Τέρμα, ατος, τὸ, Terminus, Finis. συνάγουσι τὰ τέρματα (*scil.* τῶν ῥεέθρων) ὅ τε Τύρης καὶ ὁ Ὕπανις, iv. 52. *f.* τέρματι *pro* σπέρματι *ex conjectura temere edidit Schæf.* iii. 97. *a. m.*

Τέρπειν, Delectare. ἡ ἀγγελίη ἔτερψε αὐτοὺς, viii. 99. *a.*

Τέρψις, ἡ, Delectatio, Voluptas. τέρψιος ἐμπιπλέει τὸ σῶμα, vii. 39. *m.*

Τεσσεράκοντα, Quadraginta, *Ion. pro* τεσσαράκοντα, *quam formam communem plerique quidem codices, in prioribus præsertim Musis, tenent,* i. 166. *m. f.* ii. 29. *m. f.* iii. 10. *a. et* τεσσαράκοντα *cum aliis tenui etiam ipse* i. 202. *m. f. ubi* τεσσεράκοντα *positum malim cum Schæf.*

Τέσσερες, Quatuor, *Ion. pro* τέσσαρες, *quam formam communem item frequenter tenuere librarii; et* πίθους τέσσαρας *nos etiam cum aliis tenuimus* i. 51. *m. ubi* τέσσερας *cum Schæf. positum velim; constanter enim Herodotus Ionica forma in hoc vocab. usus esse videtur.* τρόπους τέσσερας παραγωγέων *ex auctoris usu recte primus*

edidit Gronov. μέχρι τεσσέρων μηνῶν *jam olim recte editum erat*, ii. 31. *a. Sic* παῖδας τέσσερας, ii. 110. *a.* τεσσέρων πλέθρων, ii. 138. *f.* ἡμέραι τέσσερες, ii. 158. *a. et cet. Similiter in Neutro genere,* τέσσερα καὶ τεσσεράκοντα ἔτεα, iii. 10. *a.*

Τεσσερεσκαίδεκα, Quatuordecim. ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα καὶ τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας, i. 86. *a.*

Τεσσερεσκαιδέκατος, Decimus quartus. τεσσερεσκαιδεκάτῃ ἡμέρῃ, i. 18. *a.*

Τετάρτη, ἡ, *puto subintellecto substant.* μοίρη *aut* μερὶς, Mensuræ genus Liquidorum apud Spartanos, Quarta pars, Quartarius. οἴνου τετάρτην Λακωνικὴν, vi. 57. *a. m.*

Τεταρτημόριον (Quarta pars) τοῦ μισθώματος, ii. 180.

Τέτορες, *idiomate Laconico i. q.* τέσσαρες, Quatuor. χιλιάδες τέτορες, vii. 228. *a. in Epigram.*

Τετράγωνος, ὁ, ἡ, Quadrangularis, Quadrilaterus. πυραμίδος ἐούσης τετραγώνου, ii. 124. *extr.*

Τετραγωνοπρόσωπος, ὁ, ἡ, Quadratam habens faciem. ἐνύδριες, κάστορες καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα, iv. 109. *f.*

Τετραέτης, *sive* Τετραετὴς, ὁ, ἡ, Quatuor annorum. τριέτεα καὶ τετραέτεα χρόνον, i. 199. *extr. ubi* τριετέα *et* τετραετέα *præfert cod. F. Conf.* Τριέτης.

Τετραίνειν, *i. q.* τιτραίνειν, *fut.* τρήσειν, Perforare. ἐνθαῦτα ὁ οὐρανὸς τέτρηται, iv. 158. *extr. N. Conf.* Διατετραίνειν *et* Συντετρ.

Τετράκυκλος, ὁ, ἡ, Quatuor rotas habens. τετράκυκλοι ἅμαξαι, i. 188. *f.* ii. 63. *m.*

Τετράπηχυς, εος, ὁ, ἡ, Quatuor cubitorum longitudine. τόξα μακρὰ, τετραπηχέων οὐκ ἐλάσσω, vii. 69. *a.*

Τετράπουν, τὸ, Quadrupes, iv. 71.

Τετράφυλοι, In quatuor Tribus distributi *Athenienses*, v. 66. *b.*

Τευ, *i. q.* τεο, *enclit.* (*Ion. pro Attico* του *et communi* τινὸς) συμβουλεύσαντός τευ, i. 19. *b.* ἄλλου τευ, i. 39. *m. f.* εἰ ἄξιός τευ κακοῦ εἰμὶ, i. 115. *extr.* οὔνομά τευ δαίμονος, ii. 43. *m.*

Passim olim ἀπό τευ *edebatur, ubi nos cum aliis* ἀπ' ὅτευ *scripsimus. Vide* Ὅτευ. *Sic et* ὑπ' ὅτευ, ix. 84. *a. ubi alii* ὑπό τευ.

Τεῦ, Ionice *pro interrogativo* τίνος, Cujus? τεῦ ἐνδεὴς ἐών; v. 106. *m.*

Τεχνάζειν, Artificiis (Dolis) uti, Simulare *vel* Dissimulare. ὁρέων αὐτὸν τεχνάζοντα, vi. 1. *b.* κατεφάνη τεχνάζων, iii. 130. *a. N.*

Τέχνη, ἡ, Ars. τὴν τέχνην (Artem medicam) εἰ ἐπίσταιτο, iii. 130. *a.* φλαύρως ἔχειν τὴν τέχνην, ibid. *m.* μηδεμιῇ τέχνῃ, Neutiquam, Nequaquam, i. 112. *a.* ἰθείῃ τέχνῃ, *vide in* Ἰθύς.

Τεῳ, *enclit. Ion. i. q. Atticum* τῳ *et commune* τινί. ἢν μὴ ἀποκτείνῃς αὐτὸ, ἀλλά τεῳ τρόπῳ περιποιήσῃ, i. 110. *f.* ἄλλῳ δέ τεῳ, v. 86. *m.* δῆλον δ' ἐποίεον παντί τεῳ, vii. 210. *f.* καί τεῳ τῶν φυλασσόντων, ix. 120. *a. Alibi passim cum accentu scribitur* τέῳ, *ut* οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον, ii. 48. *b.* 124. *m.* iv. 47. *a. quibus locis commodius fortasse* οὐ πολλῷ τεῳ, *ut alibi, scribetur. Similiter in Genit. plur.* πολλῶν τέων, *sive* πολλῶν τεων, v. 57. *f. idem quod* πολλῶν τινων.

Τέῳ, *Ion. pro Attico* τῷ *et communi* τίνι *interrogativo aut relativo.* φέρε ἀκούσω τέῳ καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσομεν αὐτῷ, i. 11. *extr.* τέῳ τρόπῳ τουτέων ἐπικρατήσομεν; Quonam modo? vii. 234. *f.* τέῳ τρόπῳ περήσομεν; iii. 72. *a.* τέῳ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο; i. 117. *a. Etiam in Fœminino genere:* τέῳ δυνάμει, *sive rectius* τέῳ δυνάμι; κοίῃ χειρί; Quibusnam viribus? iv. 155. *f. Dativus plur.* τέοισι ὄμμασι; Quibusnam oculis? i. 37. *a. N.*

Τέως, 1. *Ionice pro comm.* ἕως, Quoad, Quamdiu. τέως ὁ Ἀρκεσίλεως ἐν τῇ Βάρκῃ διαιτᾶτο, iv. 165. *a.* 2. Aliquamdiu, *proprie* Usque adhuc. *Sic* τέως μὲν—, μετὰ δὲ, i. 11. *m. f.* 86. *m.* 94. *a.* τέως μὲν—, ἔπειτα δὲ, vi. 83. *a.* τέως μὲν—, τέλος δὲ, i. 82. *m.* ii. 169. *a. m. Sed et* ἕως μὲν—, τέλος δὲ, *legitur* viii. 74. *a. Conf. Var. Lect. ad* i. 86, 20.

Τῇ, *Ion. pro comm.* ᾗ, 1. Quo loco, Qua parte, Ubi. τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο φύλακος, i. 84. *a. et mox* τῇ οὐδὲ Μήλης, ibid. τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον, ibid. *m.* κατὰ τοῦτο τῇ, Eadem in parte qua, iii. 64. *m. Similiter* τῇπερ *i. q.* ᾗπερ. ἔθαψαν αὐτὸν τῇπερ ἔπεσε, i. 30. *extr.* τῇ στήσονται πόλεμον, Quo loco gesturi sint bellum, vii. 236. *f.*

2. τῇ, Ut, Quemadmodum, Quomodo. εἴρετο τῇ (Quomodo, Quam in partem) ἔκρινάν οἱ τὴν ὄψιν, i. 120. *a.* ταῦτα μὲν, τῇ ἐμοὶ δοκέει εἴρηται, ii. 120. *extr.* τῇ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἀληθὲς, (*sive rectius* τὠληθὲς) vii. 139. *a.* ἢν μὴ ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ τῇ ἐγὼ λέγω, Nisi hæc ita eventura sunt ut (*proprie*, in eam partem exitura sunt, in quam) ego dico, vii. 209. *extr. Similiter,* ὥστε αὐτῷ πάντα ἀποβεβήκοι τῇπερ ἐκεῖνος εἶπε, i. 86. *m. f.*

3. *Minus explorata ratio est illius locutionis,* ἔστι τῇ με νικᾷς, γνώμην ἀποφαίνων περὶ τοῦ ἐνυπνίου, i. 40. *f. ubi difficultatem dissimulantes interpretes exprimere duo verba* ἔστι τῇ *supersederunt; ego illa Latino vocabulo* Aliquatenus *reddidi; nempe* ἔστι τῇ *proprie sonat* Est quomodo, *quod idem valet ac* Quodammodo, Aliquatenus. *Sed non diffiteor, haud satis commodam sic prodire verborum Crœsi sententiam. Itaque videndum puto, ne* τῇ *h. l.*

fortasse idem ac ταύτῃ valeat, et ad ἀποφαίνων referatur: quo posito, tollenda fuerit distinctio post νικᾷς, et post ἔστιν reponenda, ut hoc dixisse intelligatur Crœsus: Est; (*i. e.* Est ita; Verum est quod tu dicis:) vincis me, sententiam super insomnio ita declarans.

Τήκειν, 1. Liquefacere, Conflare. τήξας (*scil.* aurum et argentum) ἐς πίθους κεραμίνους κατεγχέει, iii. 96. *f.* (*conf.* Χιών.) 2. τηκόμενος νούσῳ, Marcescens et Macrescens morbo, iii. 99. *m.*

Τὴν *sæpe elliptice ponitur, tacito substantivo ad quod refertur ille articulus. Sic* τὴν πρώτην, *scil.* ἀρχὴν, *sive cum aliis* ὁρμὴν, ὥραν *aut* ὁδὸν *supplere velis:* τὴν ταχίστην, *sc.* ὁδόν. (*vide in* Πρῶτος *et* Ταχύς.) *Præsertim subintelligitur Substantivum nomen ab adjecto Verbo derivatum. Sic* τὴν αὐτὴν (*scil.* σκευὴν) ἐσκευασμένοι, vii. 84. τὴν αὐτὴν ταύτην ἐσταλμένοι, vii. 62. *a. N. ubi* στολὴν *supplere posses, nisi continuo subjiceretur,* Μηδικὴ γὰρ αὕτη ἡ σκευή ἐστι. *Adde* vii. 72. *m. coll. cap.* 73. *a. Ad* τὴν ἐπὶ θανάτῳ *intelligunt vulgo* ὁδὸν, *et eamdem in sententiam substantivum* ἔξοδον *adjecit ipse Herodotus* vii. 223. *a. m. Sed ad* τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ, i. 109. *a. subintellectum esse nomen* κόσμησιν *mihi persuasi; vide ibi Notata. Similiter* ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ, *scil.* δέσιν, iii. 119. *a. m. N. et alibi. Conf.* Θάνατος.

Τηΰγετον, τὸ, *scil.* ὄρος, Taygetus mons, iv. 146. *extr. N.*

Τὶ *et* Τί, *vide in* Τὶς *et* Τίς.

Τιάρας *et* Τιήρης, ὁ, Tiaras, Capitis tegumentum Persicum. ἐστεφανωμένος τὸν τιάραν μυρσίνῃ, i. 132. *a. m.* (*ubi invitis msstis* τιήρην *posuerunt recentiores editores: vide Var. Lect. et Notas.*) *Sic,* πίλους τιάρας φορέοντες, iii. 12. *f. N.* vii. 61. *a. Sed in* τιήρῃ χρυσοπάστῳ *consentiunt omnes* viii. 120. *a. nisi quod mendose* τριήρει *præferunt nonnulli.*

Τίειν, *vide* Τίνειν.

Τιθέναι, Ponere. Αἰγύπτου τὰ μὲν, κάτω θήσω, *etc.* iii. 3. *f.* οἱ θεοὶ, κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα, ii. 52. *a.*

Medium: ἐν τιμῇ τίθεσθαί τινα, In honore habere, iii. 3. *m.* γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε, iii. 29. *m.* γέλωτά με ἔθευ, vii. 209. *a. m. N.* χρήματα θέσθαι παρά τινα, Apud aliquem deponere, vi. 86, 1. *f. N.* γνώμην θέμενος μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, vii. 82. *a.* τὰ σεωυτοῦ τιθέμενος εὖ, vii. 236. *f.* ὑμεῖς ἡμῖν χάριν θέσθε, Gratificamini, Gratiam inite, ix. 60. *f.* χάριτα αὐτῷ τιθέμενος, ix. 107. *m. f.* ἔθεντο πρὸ τοῦ ἱροῦ τὰ ὅπλα, Arma deposuerunt, Consederunt, Castra posuerunt, ix. 52. *extr. N.* μαρτύρια θέσθαι, viii. 55. *a.*

Τίκτειν, Parere. ἐδόκεε λέοντα τεκεῖν, vi. 131. *f.* λέγω τὴν χώρην—λιμὸν τέξεσθαι, Adlaturam esse, *tuo exercitui* famem, vii. 49. *f.*

Τίλων, ωνος, ὁ, Piscis quidam paludis Prasiadis, v. 16. *extr.*

Τιμᾶν, Honore prosequi, Colere. ξείνων πάντων μάλιστα ἐτίμα Σαμίους, iii. 55. *f. ubi Medium verbum* ἐτιμᾶτο *præferunt plures codices, sed mox* ibid. *in* τιμᾶν τοὺς Σαμίους *consentiunt omnes. Passivum* πάντων τῶν εὐνούχων ἐτιμήθη μάλιστα παρὰ Ξέρξῃ, viii. 105. *extr.* ἡ δ' ἂν κριθῇ καὶ τιμηθῇ, v. 5. *a. ubi* τιμηθῇ *idem fere valet ac* προτιμηθῇ, Quæ præ cæteris digna hoc honore judicatur. ἐτιμήθη ὑπὸ Λακεδαιμονίων, Præmio honoratus est (Propositum præmium, pecuniam accepit) a Lacedæmoniis, vii. 213. *f. Conf.* Ἐπιτιμᾶν.

Medium notione Activa. πολλοῦ τιμᾶσθαι, *i. q.* περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, iii. 154. *a. Conf. Var. Lect.* iii. 55. *f.*

Τιμὴ, ἡ, 1. Honor. τιμὰς μέζονας ἔχουσι, ii. 46. *f.* 2. Munus honorificum, Dignitas. οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας, i. 59. *extr.* ἄχαρις τιμὴ, vii. 36. *a.* 3. Pretium. ἐξευρίσκοντες τιμῆς (*i. e.* ἀντὶ τιμῆς, Pretio, Caro pretio) τὰ κάλλιστα, vii. 119. *a. Sic* ὠνήσατο τιμῆς ἀργυρίου *dixit Lucas Act. Apost.* 7, 16.

Τίμιος, Honoratus, Honore adfectus. τίμιοι ἐγένοντο, vii. 71. *extr.* (*ubi opponitur* ὁ δὲ οὐκ ἐτιμήθη.) τιμιώτεροί εἰσι (Majore in pretio sunt) οἱ εὐνοῦχοι, vii. 105. *m.*

Τιμωρέειν, 1. τιμωρ. τινὶ, Opem ferre, Auxilio venire alicui. Ἴωσι τιμωρέειν, i. 141. *extr.* 152. *m.* τιμωρέοντες τῷ θεῷ, ii. 63. *f.* τιμωρῆσαι ἑωυτῇ κελεύουσα, iv. 165. *f.* τιμωρέουσι τῇ Ἑλλάδι, vii. 169. *a. et sæpius alibi. Subinde Dativus facile subintelligitur, ut* οὗτοι δὲ—ἐτιμώρεον, *nempe* αὐτοῖσι, i. 18. *f.*

2. *Rursus* τιμωρέειν τινὶ, Ulcisci aliquem, *nempe* Ulcisci injuriam alicui illatam. τιμωρέουσα ἀδελφεῷ, τὸν Αἰγύπτιοι ἀπέκτειναν, ii. 100. *a. m.* τιμωρέων τῷ πατρὶ, i. 103. *m. coll.* 102. *f.* τοῖσι ἡμέας ἀναγκαίως ἔχει τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα, viii. 144. *m. et cet. Abest subintelligendus Dativus,* i. 4. *a.* τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, *nempe* ὥστε τιμωρέειν αὐταῖς, *ut* injuriam illis illatam ulciscaris. *Conf.* Σπουδή.

3. *Medium.* Τιμωρήσασθαί τινα, Punire aliquem, Pœnam sumere ab aliquo. βουλόμενοί μιν ἀντὶ τουτέων τιμωρήσασθαι, vi. 135. *a.*

4. *Passivum.* τιμωρέεσθαι ἐς τινὰ *idem valet ac* τιμωρέειν τινὶ, *notione num.* 2. *exposita.* τετιμώρησαι ἐς Λεωνίδην, Ultus fueris cædem Leonidæ, ix. 78. *f. coll.*

cap. 79. *m. ubi homini, qui verbis istis usus erat, respondet Pausanias,* Λεωνίδη με κελεύεις τιμωρῆσαι.

Τιμώρημα, τὸ, Auxilium alicui præstitum ad ulciscendam injuriam ei ab alio inlatam. *ἐκ τῶν Μενέλεῳ τιμωρημάτων,* vii. 169. *a. ubi in Latinis nostris temere omissa sunt verba,* Propter auxilia Menelao præstita. *conf. Var. Lect. et Not.*

Τιμωρητὴρ, ῆρος, ὁ, Auxiliator, Adjutor, Opem ferens. *Αἰγινητέων δέεσθαι τιμωρητήρων (ἡμῖν) γενέσθαι,* v. 80. *m. id est, βοηθέειν ἡμῖν,* ibid. *f. Conf.* Τιμωρός.

Τιμωρίη, ἡ, *idem fere ac τὸ τιμώρημα,* Auxilium alicui missum, *sive* Ipsa actio opem ferendi. *ἔσχοντο τῆς τιμωρίης,* Abstinuerunt ab ope ferenda, Opem ferre supersederunt, vii. 169. *extr.*

Τιμωρὸς, οῦ, ὁ, *i. q. τιμωρητήρ. οὐ φλαυροτάτους ἐόντας* Κρῆτας *τιμωροὺς* Μενέλεῳ, vii. 171. *m. αὐτὸς γάρ οἱ πέμψειν τιμωροὺς,* Auxiliares ei missurum, ii. 141. *m.*

Τιμωρὸς *etiam Adjective usurpatur. οὗτος μέν οἱ ὁ λόγος ἦν τιμωρὸς,* Hæc ejus oratio Ad ultionem (Ad exigendam pœnam) spectabat, vii. 5. *f.*

Τίνειν, *sive rectius* Τίειν, *fut.* τίσειν, (*nam τίνειν apud Nostrum non nisi corruptis in locis quibusdam reperitur.*) Solvere, Dare *pœnas. ποινὴν τῖσαι Ξέρξῃ— τῶν ἀπολομένων,* vii. 134. *f. Perperam ζυγὰ τίνουσι pro τείνουσι præferunt plures codd.* ii. 96. *a. nempe diphthongum ει cum producta vocali ι confundentes.*

Medium, Τίσασθαι, Pœnas sumere, Ultionem capere *ab aliquo. ἐν νόῳ ἔχουσα τίσεσθαι τὸν Κανδαύλην,* i. 10. *f. ubi τίσασθαι præferunt alii. Sic τίσασθαι 'Αστυάγεα ἐπιθυμέων,* i. 123. *a. et τίσασθαι θέλων ὑπὲρ 'Αστυάγεος Κῦρον,* i. 73. *a. ἵνα τίσωνταί σε ὑπὲρ τῶν etc.* i. 27. *f. τὸν σεωυτοῦ φονέα τῖσαι,* i. 124. *a. ubi male τίσαι vulgo. τὸν ποταμὸν ἐτίσατο Κῦρος,* i. 190. *f. εἰ μὴ τοὺς Μάγους τισαίατο,* iii. 75. *f. τὸν εἴπαντα ταῦτα τίσασθαι,* iii. 120. *extr. Plura omittens, unum adjicio locum,* ix. 120. *a. m. ubi olim τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι edd. sed nos quidem cum aliis σινέεσθαι edidimus. τισόμεθα pro πεισόμεθα legendum censuerat Valck.* iv. 119. *f.*

Τίννυσθαι (τινὰ), Punire *aliquem,* Ultionem capere. *τίννυσθαι βουλόμενοι, scil. τοὺς Δωριέας,* v. 77. *a. Conf.* 'Αποτίννυσθαι.

Τὶς, τινὸς, Aliquis, Quidam. *ἢ τὶς ἢ οὐδεὶς,* Vix unus, iii. 140. *m. τῶν τις Περσέων,* i. 85. *m. τῶν τινες Φοινίκων,* viii. 90. *a. ubi vide Not. Subinde τὶς valet πᾶς τις vel εἷς ἕκαστος. Sic, σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ,* i. 8. *f. καί τις οἰκίην ἀναπλασάσθω,* viii. 109. *f. Not. Alibi fere abundat. δοκέει μοι οὐδ' ἀρετὴν εἶναί τις ἡ Λιβύη σπουδαία,* iv. 198. *a. δι' ὅν τινα κακῶς ἤκουσε,* iii. 120. *extr. N. οἵ τινες ἀνθρώπων,* ii. 2. *f. idem valet ac τίνες ἀνθρ.* Quinam ex hominibus, Quinam homines. *Conf.* Τευ, Τεο, Τεῳ *et* Τεων.

Neutrum Τὶ, Aliquid. *οὐδέν τι,* Nihil quidquam. *οὔτε τι σπείροντες οὐδὲν,* iv. 19. *οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν,* viii. 20. *a. Post δὴ frequenter pleonastice fere ponitur. τῷ δή τι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι,* i. 80. *f. ubi alii τοι pro τι habent, ut passim alibi. οὕτω δή τι ἰσχυραὶ,* iii. 12. *m. οὕτω δή τι πολύγονον,* iii. 108. *m. ἡ κρήνη οὕτω δή τι πικρὴ,* iv. 52. *m.*

Τίς, *Pronomen interrog.* Quis. *Neutr.* τί; Quid. *οἵ τινες ἀνθρώπων βεκὸς τί (alii βεκός τι aut βεκὸς τὶ) καλέουσι,* ii. 2. *f. ubi conf. notata in Var. Lect. σοὶ δὲ καὶ τούτοισι τοῖσι πρήγμασι τί ἐστι; τί πολλὰ πρήσσεις,* v. 33. *f. N.*

Τίσις, ιος, ἡ, Ultio, Vindicta. *δείσαντα τὴν τίσιν,* i. 86. *f. τῷ μεγίστη τίσις ἀδικηθέντι ἐγένετο,* viii. 105. *a. τίσιν διδόναι,* Pœnas dare. *ἵνα δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ' 'Αρτεμ. ἀγωνισμάτων,* viii. 76. *m. Pluralis: 'Οροίτεα Πολυκράτεος τίσιες* (Diræ ultrices) *μετῆλθον,* iii. 126. *a.* 128. *extr.*

Τιτραίνειν, *vide* Τετραίνειν.

Τιτρώσκειν, Vulnerare. *αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τετρωμέναι,* Vulneratæ naves, viii. 18. *Conf.* Τρωματίζειν.

Τλῆναι, Sustinere. *οὐκ ἔτλη προλιπεῖν,* vii. 228. *f. in Epigr.*

Τὸ, *vide sub* 'Ο, ἡ, τὸ, *num.* 5 *et* 6.

Τοὶ, Tibi, *vide sub* Σύ.

Τοὶ γὰρ ἄνδρες, *si vera scriptura,* viii. 68, 1. *m. idem valet ac οὗτοι γὰρ οἱ ἄνδρες. Plerique quidem libri ibi οἱ γὰρ ἄνδ. præferunt.*

Τοι *particula nonnumquam perperam pro τι posita.* Τοίγαρ, Igitur, Itaque, viii. 114. *f. et alibi.*

Τοῖος, *i. q.* τοιοῦτος, Talis. *ἡμέων ἐόντων τοίων,* iii. 72. *m. ubi nonnulli quidem τοιῶνδε, nempe ex scholio.*

Τοιόσδε, *i. q.* τοιοῦτος. *ὑμεῖς συμμάχων τοιῶνδε μουνωθέντες,* viii. 62. *f. ῥώμην σώματος τοιήνδε,* i. 31. *a. οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον,* ii. 5. *f. κατὰ τοιόνδε,* Talem ob caussam, Hac ratione, iv. 48. *a.* vii. 10, 5. *κατὰ τοιόνδε τι,* Talem quamdam ob caussam, iv. 50. *m. ἐν τῷ τοιῷδε,* In hoc temporis momento, In hoc rerum statu, ix. 27. *f.*

Τοιοῦτος, Talis, *Neutrum,* τοιοῦτο *et* τοιοῦτον, *variantibus libris, quorum inconstantiam nos etiam sumus secuti; sed fortasse ubique forma τοιοῦτον debuerat teneri. Vide Var. Lect.* i. 34, 13. 57, 12. 185, 17. 197, 5. *ἕτερον τοιοῦτον,* i. 5. *extr. Conf.* Ἕτερος.

Τοιουτότροπος, ὁ, ἡ, Hujusmodi, Hujus generis. *ταῦτα καὶ τοιουτότροπα ἔπεα,* vii. 226. *extr.*

Τοκέες et Τοκῆες, Parentes, i. 122. *f.* ἐς τοὺς τοκῆας τεθυμῶσθαι, iii. 52. *m.f.*

Τόκος, Partus. τοῦ τόκου πέρι τῆς γυναικὸς, i. 111. *a.*

Τόλμα, ης, ἡ, Audacia, Audentia, vii. 135. *a.*

Τολμᾷν, Audere. οὐ τολμώντων γνώμην ἀποδείκνυσθαι, vii. 10. *a.* *Sed* τολμέω *in Præs. Indic.* οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω, viii. 77. *extr.*

Τόνος, ὁ, 1. Intentio. τόνος τῶν ὅπλων, Intentio rudentium, vii. 36. *a.* *Sed* κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου ibid. *f. idem valet ac* ὑπὲρ τῶν ὅπλων ἐντεταμένων, Super intentos rudentes. 2. Intentio vocis, Tenor, Tonus. ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ, i. 47. *m.* 62. *f.* v. 60. *a.* ἐν τριμέτρῳ τόνῳ, i. 174. *f.* 3. τόνοι, Nervi, Chordæ *vel* Lora, *quibus tenditur lectulus.* τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων, ix. 118. *a. quem locum temere Æm. Portus, et invitis libris omnibus, ita citavit quasi* τόρους *ibi, non* τόνους, *legeretur.*

Τοξεύειν, Sagittas arcu emittere. ἐσακοντίζοντες καὶ τοξεύοντες, ix. 49. *m. ubi* καὶ ἐστοξεύοντες *præferunt nonnulli.* τοξεύματος περὶ τὰς γλυφὰς περιειλίξαντες τὸ βιβλίον, ἐτόξευον (αὐτὸ) ἐς συγκείμενον χωρίον, viii. 128. *a. m.*

Τόξευμα, τὸ, Sagitta. (*conf.* Τοξεύειν.) *Sic, qui* ὀϊστοὶ *memorantur* iv. 131. *a. iidem* iv. 132. *extr.* τοξεύματα *nominantur; pariterque* vii. 226. *m.* ἵππος βάλλεται τοξεύματι τὰ πλευρὰ, ix. 22. *a. m.* vii. 218. *f.* ἐτρωματίσθη τοξεύματι, ix. 72. *b.* οὐκ ἐξῆν ὕδωρ φορέειν ὑπό τε τῶν ἱππέων καὶ τοξευμάτων, ix. 49. *extr.* ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται, Ad teli jactum, iv. 139. *a. Per metonymiam Plur.* τοξεύματα *ponitur pro* τοξόται, Sagittarii. οὐδὲ ἵππου ὑπαρχούσης σφι, οὐδὲ τοξευμάτων, vi. 118. *m.*

Τόξον, τὸ, Arcus. *Vide Indicem Rer. et Pers. voce* Arcus. ἡ τέχνη τῶν τόξων, i. 73. *m.* τὰ τόξα τὸν πάντα χρόνον ἐντεταμένα, ii. 173. *m. f. Conf.* Τετράπηχυς *et* Παλίντονος. *Pluralis vero* τὰ τόξα *intelligitur etiam* Arcus (*in sing.*) cum sagittis, *sive simpliciter* Arcus. *Sic,* ὁ μὲν αὐτέων φθάνει τὰ τόξα κατελόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο, iii. 78. *a. et mox,* τῷ μὲν δὴ τὰ τόξα ἀναλαβόντι, ibid. *et* ἐπεὶ δέ οἱ τὰ τόξα οὐδὲν χρηστὰ ἐγένετο, ibid. *m. Sic commode etiam interpretatus est Gronovius* τῇ μὲν δεξιῇ χειρὶ ἔχων αἰχμὴν, τῇ δὲ ἀριστερῇ τόξα, ii. 106. *m. ubi olim, contra librorum veterum præscriptum,* τόξον *editum erat.*

Τοξότης, ὁ, Sagittarius, vii. 158. *f. et alibi.*

Τοξοφόρος, ὁ, *idem ac* τοξότης, Arcitenens, i. 103. *a. et* ix. 43. *in Orac.*

Τόρμος, ὁ, Foramen, iv. 72. *f. N.*

Τόρνος, ὁ, Tornus *instrumentum mechanicum.* τὴν γῆν, ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου, iv. 36. *b.*

[Τόρος, ὁ. *Vocab. hoc temere Æm. Portus in Lexico Ionico citavit tamquam ex* ix. 118. *a. Vide* Τόνος.]

Τόσος, η, ον, *i. q.* τοσοῦτος, Tantus. τόσον δὲ ἔτι ἔχω εἰπεῖν, iv. 197. *a. ubi alii quidem* τοσοῦτον *præferunt, ex interpretamento puta.* καὶ πλῆθος ἔην τηνικαῦτα ἔτι —τόσον, vii. 184. *a. ubi alii quidem* τόσον *ignorant et abjecit Wess. cum Gron.* ἔκ τε τόσου δὴ, vii. 215. *f. ubi* ἐκ τοσοῦδε *præfert unus cod. Arch. Sic* ἔκ τε τόσου *tenent omnes* v. 88. *f. ubi* ἐκ τότε *habet unus Arch. Pro* ἔκ τε τοῦ, *quod* vi. 84. *f. ex ed. Ald. propagatum est, recipi debuerat* ἔκ τε τόσου, *quod probatissimi exhibent libri, ubi codd. Arch. et Vind. suo more interpretamentum* ἐκ τοσούτου *posuerunt. Vide Var. Lect. et Not.*

Τοσοῦτος, Tantus. τοσοῦτό τι πλῆθος, vii. 226. *m.* ἐνίκησαν τοσοῦτο ὥστε *etc.* iv. 160. *f. idem atque* οὕτω ὥστε, iv. 159. *f.* ἐς τοσοῦτο τοῦ λόγου πάντες λέγουσι, In hanc usque partem narrationis consentiunt omnes, vi. 134. *a.* ἐπὶ τοσοῦτό γε φρονέω, vi. 97. *m.* τοσαῦτα θηρία, Tot bestiarum genera, iv. 192. *extr.* καὶ τότε μὲν τοσαῦτα, vi. 140. *a. ubi nonnulli quidem* τοιαῦτα *ediderunt ex uno cod. msto.*

Τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, *vide in* Οὗτος, *num.* 3.

Τραγικὸς, Tragicus. τραγικοὶ χοροὶ, v. 67. *f. vide* Γεραίρειν.

Τράγος, ὁ, Hircus. οἱ τράγοι τῶν αἰγῶν, iii. 112. *N. Conf. Ind. Rer. et Pers. voc.* Hircus.

Τραγοσκελὴς, Hircinos pedes habens. γράφουσι τοῦ Πανὸς τὤγαλμα, κατάπερ Ἕλληνες, αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα, ii. 46. *a. Putares* τραγοσκελὲς *scriptum oportuisse, scil.* τὤγαλμα: *sed non solicitandum vulgatum, in quod consentiunt libri; nempe,* Pingunt, *inquit,* Panis imaginem ita, ut referat Panem caprina facie et hirci pedibus instructum. *Simili quadam ratione Græce dicitur* ἕστηκε χρύσεος, *pro* ἕστηκε ἄγαλμα αὐτοῦ χρύσεον.

Τράπεζα, ης, ἡ, Mensa. (*vide* Ἐπίπλεος.) ἡ λεγομένη ἡλίου τράπεζα, iii. 17. *b.* 18. *a. Metonymice,* Cibi mensæ impositi. Ἅρπαγον Ἀστυάγης ἀνόμῳ τραπέζῃ ἔδαισε, i. 162. *a.*

Τράπειν, *Ionice i. q.* τρέπειν, Convertere. τὰ μὲν ἄνω ἐς ἄλλο τι τράπουσι, In alium quemdam usum convertunt, ii. 92. *f. Medium.* πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο, iii. 78. *a.* iv. 125. *f. N.* ix. 18. *m.* ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς τράπομαι καὶ τὴν γνώμην μετατίθεμαι, Inverto me et muto sententiam, vii. 18. *f.* (*Sed potest idem* τράπομαι *etiam in Passivo accipi, sicut* ix. 34. *f.* ait γνοὺς τετραμμένους σφέας, Intelligens mutasse illos senten-

tiam.) τὴν ἄνω ὁδὸν τράπονται, v. 15. *m.* οὗτοι μὲν κατὰ τὰ εἵλοντο ἐτράποντο, v. 11. *extr. Passivum, Præt. imperf.* ἡ ἵππος ἐτράπετο, In fugam versus est equitatus, v. 64. *m. Sic,* ἐτράποντο οἱ Λυδοὶ, i. 80. *extr.* τῶν βαρβάρων ἐς φυγὴν τραπομένων, viii. 91. *a. Sed* viii. 16. *f. perperam editum est* ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς φυγὴν τραπέσθαι *verbo Medio, ubi cum Schæfero* τράπεσθαι (*Ionica forma Præsentis Passivi*) *poni debebat.* τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τετραμμένον *edebatur* iv. 22. *f. quod per se quidem probum poterat videri; sed scripti libri omnes* ἀποκλίνοντι *aut* ἀποκλίναντι (*non* τετραμμ.) *dederunt.* ἄγαλμα ἔξω τετραμμένον τοῦ Κυρηναίων ἄστεος, Foras spectans extra Cyrenæorum urbem, ii. 181. *f.* πρὸς τὰ Ἑλληνικὰ μᾶλλον τετραμμένος ἦν, iv. 78. *m.* κάτω τραφθέντες ἐς τὸ πεδίον, ix. 56. *extr. Conf.* Τρέπειν.

Τραυλὸς, Balbus, Blæsus, Qui literas quasdam recte pronunciare non valet. παῖς ἰσχνόφωνος καὶ τραυλὸς, iv. 155. *a. N.*

Τρέπειν, *vide* Τράπειν. οἱ δὲ τοὺς Ἀθηναίους τρέπουσι, In fugam vertunt, i. 63. *m. ubi fortasse* τράπουσι *scripserat Herodotus. Imperfectum frequentativum* ἡ ἵππος τὴν ἵππον αἰεὶ τρέπεσκε, iv. 128. *b. Medium verbum habes* vii. 105. *a. ubi,* ὁ μὲν ταῦτα ἀμείψατο, ὁ δὲ Ξέρξης ἐς γέλωτα ἐτρέψατο. *Conf. ibi Not.*

Τρέφειν, Nutrire, Educare. τρεφόμενος *sigillatim dicitur* Puer qui etiam nunc in manibus nutricis (τῆς τροφοῦ) est, et παρὰ τῇσι γυναιξὶ δίαιταν ἔχει, apud mulieres vitam agit. *Sic,* ἢν ἀποθάνῃ, τρεφόμενος, Si moritur ea ætate, *nempe,* priusquam quinquennis est, i. 136. *extr. Sed* Τρόφις *valet* τεθραμμένος, Educatus, Adultus.

Τρέχειν, Currere; *sæpe per ellipsin accusativi* ἀγῶνα *aut* δρόμον *significat* Subire certamen, Adire periculum, Periclitari. (*conf.* Θέειν.) *Adjectum accusativum habes* viii. 102. *f. ubi* πολλοὺς ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτέων οἱ Ἕλληνες. *Alibi abest accusativus.* τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς, ix. 37. *a.* ὀπίσω δὲ περὶ ἑωυτοῦ τρέχων ἥξειν ἐς τὸν αὐτὸν χῶρον, vii. 57. *a. ubi* ὀπίσω *non ad* τρέχειν *refertur, sed* ἔμελλε Ξέρξης ὀπίσω ἥξειν, περὶ ἑωυτοῦ (*i. e.* περὶ τῆς ἑωυτοῦ ψυχῆς *vel* σωτηρίας) τρέχων.

Semel apud Nostrum idem verbum τρέχειν *vel* δραμεῖν, *sicut alias cognatæ significationis verbum* κινδυνεύειν, *cum alio verbo construitur, quod in Infinitivo positum est.* ἀσκέων πεντάεθλον, παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν ὀλυμπιάδα, Reportaturus videbatur et reportaturus erat victoriam, nisi unum luctæ certamen obstitisset, vii. 33. *a. N.*

Τρηχέως, *Ion. pro* τραχέως, Aspere. τρηχέως περιεφθέντες, viii. 18. *a.*

Τρηχὺς, έη, ὺ, *i. q.* τραχὺς, Asper. Χερσονήσου τῆς Τρηχέης καλεομένης, iv. 99. *m.* γῆ λιθώδης καὶ τρηχέη, iv. 23. *a.*

Τρίβειν, Usu deterere, Absumere. οὔτε τι τῶν οἰκητέων τρίβουσι οὔτε δαπανῶνται, ii. 37. *m.* τετριμμένοι (Adtriti) τὰ ἐπ' ἀριστερὰ τῶν κεφαλέων, ii. 93. *m.* τριβομένῳ τῷ λαῷ, ii. 124. *m. Conf.* Τρίβων *et* Τρύειν.

Τρίβος, ου, ὁ, Via, *proprie* Via trita, frequentata. ἐν τρίβῳ οἰκημένοι, In via habitantes, incursioni hostium expositi, viii. 140, 2. *m.*

Τρίβων, ωνος, Usu peritus, Usu cognitum habens aliquid. ὅς τις μὴ κάρτα τρίβων εἴη αὐτῆς, *scil.* τῆς καννάβιος, iv. 74. *b.*

Τριέλικτος ὄφις, Tripliciter convolutus anguis, vi. 77. *f. in Orac.*

Τριετηρίδες, Triennalia festa, iv. 108. *b.*

Τριετὴς *vel* Τριέτης, εος, ὁ, ἡ, Triennis. *Vide in* Τετραετής.

Τρίζειν, Stridere, Stridorem edere, *veluti vespertiliones.* τέτριγε δεινὸν, iii. 110. *b. N. ubi perperam* τέτρυγεν *olim edd.* τετρίγασι κατάπερ αἱ νυκτερίδες, iv. 183. *extr.*

Τριηκὰς, άδος, ἡ, Societas triginta virorum, i. 65. *f. N. In Glossa ad h. l., ubi vulgo legitur,* Τριηκάδας, δεῖπνα κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸς λ'. ἀνδρῶν, *pro* ἀριθμὸς *haud dubie* ἀριθμὸν *aut* ἀριθμοὺς *scriptum oportebat.*

Τριήκοντα, *Ion. pro* τριάκοντα, i. 14. *a. m.* viii. 46. *a.*

Τριηκονταέτιδες σπονδαὶ, Triginta annorum induciæ, vii. 149. *a.*

Τριηκόντερος, ου, ἡ, Navis triginta utrimque remis agitata, Actuaria navis, iv. 148. *m.* vii. 97. *f.* viii. 21. *m.*

Τριηκόσιοι, Trecenti. viii. 48. *b.* iii. 94. *f.*

Τριηραρχέειν, Triremi præesse, viii. 46. *Construitur cum Genit.* vii. 181. *a.*

Τριήραρχος, ου, ὁ, Præfectus triremis. τοῖσι Ἀθηναίων τριηράρχοισι, viii. 93. *m.*

Τριήρης, εος, ἡ, Triremis. τῶν τριηρέων ἀριθμὸς, vii. 89. *a.* διηκοσίας τριήρεας, vii. 158. *f.* viii. 48. *a. etc.*

Τριηρίτης, ὁ, Qui triremi vehitur, Classiarius, v. 85. *b.*

Τρικάρηνος ὄφις, Triceps anguis, ix. 81. *a.*

Τρίμετρος, *vide* Τόνος.

Τρίμηνος, ου, ἡ, Trimestre. τὴν τρίμηνον ἑκάστην, ii. 124. *m.*

Τριξὸς, ἡ, ὸν, *Ion. pro* τρισσὸς, Triplex; *et in Plur. idem fere sonat ac* τρεῖς *vel* τρία, Tres, Tria. τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας, ix. 85. *a.* τριξὰ ἐξευρήματα, Tria inventa, Tria inventorum genera, i. 171. *a. m. Conf.* Τριφάσιος.

Τρὶς, Ter. *ἐς τρὶς, quasi dicas* Ad ter, *i. e.* Non semel, sed non plus quam ter. *ἐς τρὶς ὀνομάσαι Σόλωνα*, i. 86. *m.*

Τρισκαιδεκαστάσιος, η, ον, Tredecuplus; Tredecupli pretii; *proprie* Tredecupli ponderis. *χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον, nempe τοῦ ἀργυρίου*, iii. 95. *a.*

Τριταῖος *in aliquem locum pervenisse dicitur qui* Tertio die, *a quo profectus est, eo pervenit. τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ*, vi. 120. *Sed ἐσβεβληκὼς ἦν τριταῖος*, vii. 196. *a. significare videtur* Tertio ante die, Ante triduum, ingressus erat. *Vide Not. et conf. Polyb.* xv. 33, 11. *ubi παραγεγονέναι τριταῖον ἀπὸ Κυρήνης recte intelligi videtur* Ante triduum advenisse Cyrenis.

Τριτημόριος, ίη, ιον, Tertia pars. *τριτημορίη ἡ Ἀσσυρίη χώρη τῇ δυνάμει τῆς ἄλλης Ἀσίης*, i. 192. *a. m. ubi alii quidem τριτημοιρίη præferunt. τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης*, ix. 34. *f.*

Τριτημορὶς, ίδος, ἡ, *i. q. τὸ τριτημόριον*, Tertia pars. *τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ*, i. 211. *a. τριτημορίδι τοῦ στρατοῦ*, i. 212. *f.* vii. 131.

Τρίτος, Tertius. *τὸ τρίτον*, Tertio, Tertium, Tertia vice. *ἐχρηστηριάζετο τὸ τρίτον, (sive, ut alii τοτρίτον)* i. 55. *f.*

Τριφάσιος, *Ion. pro τριπλάσιος, vel τριπλοῦς*, Triplex, Trifarius. *μουνομαχίη τριφασίη*, Triplex certamen singulare, v. 1. *m. In Plurali, sicut τριξοὶ, idem fere ac τρεῖς valet. βωμοὶ τριφάσιοι ἐνιδρύαται*, ii. 156. *a. m. περὶ Κύρου τριφασίας ἄλλας λόγων ὁδοὺς φῆναι*, i. 95. *m. ὁ Νεῖλος σχίζεται τριφασίας ὁδοὺς*, ii. 17. *m. παρέχεται τριφασίας ἰδέας*, Tria genera rerum, vi. 119. *m. et mox* ibidem, *τρέπεται τριφασίας ὁδούς.*

Τρίχα, Trifariam, Tripliciter, In tres partes. *ἐπεὰν τὴν φιλύρην τρίχα σχίσῃ*, iv. 67. *f.*

Τριχοῦ, Tribus in locis, vii. 36. *m.*

Τρίχωμα, ατος, τὸ, Capilli. *οὐλότατον τρίχωμα*, vii. 70. *m.*

Τρίψις, ιος, ἡ, *proprie* Frictio, Attritio; *sed* Firmitas *intelligi videtur* attritui frictionique resistens, iv. 183. *m. ubi τὸ δέρμα τῶν ὀπισθονόμων βοῶν διαφέρον dicitur τῶν ἄλλων ἐς παχύτητα καὶ τρίψιν. Vide Not.*

Τροπὴ, ἡ, Fuga in quam vertitur hostis. *ἰδὼν τροπὴν τῶν ἑωυτοῦ γινομένην*, vii. 167. *m.*

Τρόπις, ιος, ἡ, Carina navis. *τὸ πηδάλιον διὰ τῆς τρόπιος διαβύνεται*, ii. 96. *m.*

Τρόπος, ου, ὁ, Modus, Ratio, *etc. πάντα τρόπον*, Quovis modo, Quaquaversum, Qualibet in directione. *διέξοδοι ὁδῶν ἔχουσι πάντα τρόπον διὰ τῶν γυναικῶν*, i. 199. *m. (conf. Διέξοδος.) διώρυχας τετραμμένας πάντα τρόπον*, i. 189. *f. διώρυχες παντοίους τρόπους ἔχουσαι*, ii. 108. *m. κεχώρισται οὗτος ὁ χειμὼν τοὺς τρόπους πᾶσι τοῖσι ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γενομένοισι χειμῶσι*, Hyems in Scythia septemtrionali diversam prorsus rationem habet (Multis modis diversa est) ab *etc.* iv. 28. *m. διεπειρᾶτο αὐτέων τοῦ τρόπου*, Pertentavit illorum Indolem et mores, vi. 128. *a.*

Τρόφις, ιος, ὁ, ἡ, Enutritus, Adultus. *Sic τρόφιες*, iv. 9. *m. idem valet ac ἀνδρωθέντες* ibid. *paulo post. Conf.* Τρέφειν.

Τροφὸς, οῦ, ἡ, Nutrix, vi. 61. *m.*

Τροχάζειν, *i. q. τρέχειν*, Currere. *τὴν ταχίστην ἐτρόχαζε φεύγων*, ix. 66. *f.*

Τροχῖλος, ου, ὁ, Trochilus *avicula*, ii. 68. *f.*

Τροχοειδὴς, ὁ, ἡ, Rotundus. *τροχοειδὴς λίμνη*, ii. 170. *extr. πόλις τροχοειδὴς vocatur urbs Athenarum*, vii. 140. *a. in Orac.*

Τρύειν *et* Τρύχειν, *idem fere ac τρίβειν*, Adterere, Adfligere, Vexare. *τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ*, i. 22. *m. Similiter τὸν λεὼν τετρυμένον ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ*, ii. 129. *a. ubi τετρυγμένον habet cod. Arch. (Eadem notione ait, τριβομένῳ τῷ λαῷ*, ii. 124. *m.) τετρυμένοι ταλαιπωρίῃσι*, vi. 12. *m. ubi τετριμμ. unus Arch.*

[Τρύζειν, *vide* Τρίζειν.]

Τρὺξ, υγὸς, ἡ, Fæx. *ἀπὸ τῆς παχύτητος τῆς τρυγὸς παλάθας συντιθέασι*, iv. 23. *m.*

Τρύφος, εος, τὸ, Frustum, Fragmentum. *ἁλὸς τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους*, iv. 181. *a.*

Τρώγειν, Comedere, Edere. *οὐ σῦκα ἔχουσι τρώγειν*, i. 71. *m. f. τοὺς γενομένους κυάμους οὔτε τρώγουσι, οὔτε ἕψοντες πατέονται*, ii. 37. *f. ἐν κλιβάνῳ διαφανέϊ πνίξαντες, οὕτω τρώγουσι*, ii. 92. *f. τὸν καρπὸν τοῦ λωτοῦ τρώγοντες*, iv. 177. *a.*

Τρωκτὸς, ἡ, ὸν, Esculentus. *ἐν τούτῳ (τῷ καρπῷ τοῦ λωτοῦ) τρωκτὰ ἐγγίνεται συχνὰ*, Esculenta *grana vel nuclei*, ii. 92. *m. f.*

Τρῶμα, *i. q. comm. τραῦμα*, Vulnus. *ἀποθνήσκουσι ἀπὸ τῶν τρωμάτων*, ii. 63. *f. τελευτήσας ἐκ τοῦ τρώματος*, iii. 29. *extr.* iii. 64. *f.* 78. *m.* ix. 18. *m. Etiam de* Navi vulnerata: *ἀδύνατοι ἔσαν αἱ νέες ὑπὸ τρωμάτων*, vi. 16. *a. Dicitur etiam τρῶμα* Clades accepta. *μετὰ τὸ τρῶμα τοῦτο*, iv. 160. *f. et* v. 121. *a. (ubi alii quidem τὸ τρῶμα ἀνέλαβον jungunt, quemadmodum τὸ παρεὸν τρῶμα ἀνιεῦνται*, Præsentem cladem reparabunt, vii. 236. *extr.) μετὰ τὸ ἐν Μαραθῶνι τρῶμα γενόμενον*, vi. 132. *a. ἀναίτιοι τοῦ τρώματος τοῦ γεγονότος τῷ βασιλέϊ*, vii. 233. *m. Adde* viii. 27. *a.* 66. *a.* ix. 90. *a. Conf.* Τραῦμα.

Τρωματίζειν, Vulnerare. *τρωματίσας ἑωυτὸν*, i. 59. *m. τρωματίζει τούτους*, iii. 78. *m. τρωματισθεὶς*, iii. 64. *m. ἐτρωμα-*

τίσθη τοξεύματι τὰ πλευρὰ, ix. 72. *b. πλεῦνες ἐτρωματίζοντο*, ix. 61. *m. f.*

Τρωματίης, *ὁ, i. q. τραυματίας*, Vulneratus. *τοὺς τρωματίας ἑωυτῶν αὐτοῦ λείπουσι*, iii. 79. *a.*

Τρώυμα, τὸ, *i. q. τρῶμα et τραῦμα*, Vulnus. *Sic olim edd. et codd. nonnulli msti, ἀποθνησκούσας ἐκ τῶν τρωυμάτων aut τρωϋμάτων*, iv. 180. *a. m. ubi nos quidem cum plerisque msstis τρωμάτων.*

Τυγχάνειν, 1. Accipiendi *notione videri poterat cum Accusativo, loco Genitivi, construi* v. 23. *a. ubi τὴν παρὰ Δαρείου ἔτυχε μισθὸν δωρεὴν φυλακῆς τῆς σχεδίης. Sed ibi duo Accusativi δωρεὴν et μισθὸν ab uno verbo αἰτήσας reguntur, et naturalis verborum series hæc intelligitur, τὴν (Ion. pro ἣν) αἰτήσας δωρεὴν, μισθὸν φυλακῆς τῆς σχεδίης, ἔτυχε, nempe αὐτῆς. Conf. ibi Not.*

2. *Sicut Latine dicimus* Accipere cladem, calamitatem, *pro* Pati cladem; *sic et Græcum verbum τυγχάνειν in malam partem usurpat Noster. εὖ γὰρ ἐπίστατο βίης οὐ τευξομένη*, Bene noverat, se vim non esse Passuram, ix. 108. *a. Conf. Not. ad* vii. 208, 16.

3. *Pervulgata est verbi τυγχάνειν cum alio verbo in Participio posito constructio; ut τὰ τυγχάνω φρονέουσα ἄριστα*, viii. 68, 1. *Eamdem rationem habet id quod* viii. 102. *a. eadem Artemisia ait, χαλεπόν ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα εἴπασαν, ubi εἴπασαν idem atque εἶπαι valet. Præteritum plusquamperf. legitur* iii. 14. *f. ἐτετεύχεε γὰρ καὶ οὗτος ἐπισπόμενος Καμβύσῃ ἐπ' Αἴγυπτον.*

Τύκος, ου, ὁ, Bipennis. *εἶχον δόρατα ναύμαχα καὶ τύκους μεγάλους*, vii. 89. *f. ubi τύχους alii. Vide Var. Lect. et Not.*

Τυκτὰ, vox Persica, *significans τέλειον δεῖπνον βασιλήϊον*, Solennem cœnam regiam, ix. 110. *m. N.*

Τυλόειν, τυλοῦν, Callosum, durum reddere. *Hinc ῥόπαλα ξύλων τετυλωμένα σιδήρῳ*, Clavæ ligneæ ferreis nodis munitæ, vii. 63. *m. et ῥόπαλα τυλωτὰ*, Clavæ nodosæ, vii. 69. *m.*

Τύμβος, ου, ὁ, Tumulus sepulcralis, Bustum, Sepulcrum. *ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ*, i. 45. *extr.*

Τυμβοχοέειν, Humum adgerere ad erigendum Tumulum sepulcralem. *ἐτυμβοχόεε πᾶσα ἡ στρατιὴ*, vii. 117. *b. Conf. Schol. ad Iliad. φ'.* 323.

Τύπος, ου, ὁ, 1. Figura, Forma, Signum, Effigies. *ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα*, ii. 86. *f. τὰ προπύλαια τύποισι ἑξαπήχεσι ἐσκευάδαται*, ii. 138. *a. αἱμασιὴ ἐγγεγλυμμένη τύποισι*, ii. 138. *m. τύπον ποιησάμενος λίθινον ἔστησε· ζῶον δέ οἱ ἐνῆν, ἀνὴρ ἱππεὺς*, Monumentum erexit lapideum, in quo erat figura hominis equitis, iii. 88. *f. N. conf.* Ζῶον. 2. Ictus. *Vide in* Ἀντίτυπος.

Τύπτειν, Percutere, Ferire. *καιρίῃ (πληγῇ) ἔδοξε τετύφθαι*, iii. 64. *m. τύπτειν τινὰ*, Percellere animum alicujus. *Καμβύσεα ἔτυψε ἡ ἀληθηΐη τῶν λόγων*, iii. 64. *a. Aliud est* Ὑποτύπτειν, *quod vide.*

Τύπτεσθαι, *absolute positum, quasi* Percutere sese, *nempe* Percutere (Pulsare) pectus, Plangere. *τύπτονται πάντες*, ii. 41. *a. Cum Accusativo ejus quem quis* Plangit *vel* Luget. *τύπτονται πάντες· τὸν δὲ τύπτονται, οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν*, ii. 61. *a. Sic τύπτονται τὸν κριὸν*, ii. 42. *extr. ἐπεὰν τύπτονται τὸν—θεὸν*, ii. 132. *b. Conf.* Κόπτεσθαι, *et* Πλήσσεσθαι.

Τυραννεύειν, *absolute*, Regem esse *nempe*, nullis legibus adstrictum, i. 54. *a. (pro quo tamen fere συνωνύμως ponitur βασιλεύειν*, i. 15. *a.* v. 92, 5. *b.* vii. 154. *a. Cum Genitivo: τυραννεύων Σαρδίων*, i. 15. *b. ἐτυράννευε Μήδων*, i. 73. *a. m. Μιλήτου*, i. 20. *a. Ἀθηναίων*, i. 59. *a.* 64. *f. τῶν Βαβυλωνίων*, i. 77. *m. Ταρτησσοῦ*, i. 163. *m. etc. ἐτυράννευε τούτου τοῦ νομοῦ Ξέρξεω ὕπαρχος*, ix. 116. *a.*

Τυραννὶς, ίδος, ἡ, Tyrannis, Regia dignitas nullis legibus adstricta. *τυραννὶς χρῆμα σφαλερὸν*, iii. 53. *m. τυραννίδα παύων*, iii. 81. *a. αἱ τυραννίδες, metonym. pro οἱ τύραννοι*, viii. 137. *a. m.*

Τύραννος, ὁ, Tyrannus, Rex nullis adstrictus legibus. *τυράννου ὕβριν φυγόντες*, iii. 81. *a. τύραννος ἐγεγόνεε μέγας ὁ Γέλων*, vii. 156. *extr.* Μιλήτου τύραννος, vii. 10, 3. *b. Conf.* Μούναρχος, Μουναρχίη, *et Indic. Rer. et Person. v.* Tyrannis.

Τύφειν καπνὸν, Excitare fumum, iv. 196. *a.*

Τυφλὸς, Cæcus, iii. 111. *a. οἱ ἐκ τῶν τυφλῶν γενόμενοι*, iv. 20. *m.*

Τυφλοῦν, Excæcare, Oculorum usu privare, iv. 2. *a. Conf.* Ἐκτυφλοῦν.

Τύχη, ἡ, Sors, Fortuna. *εἰ μή οἱ τύχη (immo ἡ τύχη) ἐπίσποιτο*, i. 32. *m. coll.* vii. 10, 4. *extr. ἥσσωται ὑπὸ τῆς τύχης τὸ βούλευμα*, vii. 10, 4. *f. τῆς τύχης εὖ μετεστεώσης*, i. 118. *b. θείῃ τύχῃ*, iv. 8. *extr.* v. 92, 3. *m. Conf.* Δαίμων, *et Not. ad* iii. 153. *Reperitur etiam Plurali numero. ἐπὶ τύχῃσι χρηστῇσι ἐπὶ δεῖπνον κέκλητο*, i. 119. *a.*

[Τύχος, *vide* Τύκος.]

[Τυχὼν, ὁ, *et τὸ τυχὸν, vide* Συντυγχάνειν, *num.* 3.]

Τῷ *Ion. pro ᾧ*, Cui, i. 23. *a. Sic ἐν τῷ, pro ἐν ᾧ*, In quo, vii. 122. *a.*

Τὤγαλμα, Τὠληθὲς, Τὠποβαῖνον, Τὠρχαῖον, *vide in* Ἄγαλμα, Ἀληθὴς, Ἀποβαίνειν, *et* Ἀρχαῖος. *Collegit talia Kœn. ad Gregor. Dialect. Ion.* §. 29.

Τωθάζειν, Cavillis, Dicteriis incessere. τωθάζουσι τὰς ἐν τῇ πόλει γυναῖκας, ii. 60. *m.*

Τὠυτὸ, *comm.* τὸ αὐτὸ, Idem. εἰ τὠυτὸ πρήσσοιεν πάντες, vii. 145. *f.* τὠυτὸ ἐξενέγκασθαι τῷ ἀδελφεῷ, Idem reportasse quod frater, vi. 103. *a.* τὠυτὸ πλήρωμα παρείχοντο τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, viii. 45. (*Similiter*, τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, viii. 46. *f.*) ἐς τὠυτὸ συνέδραμον, i. 53. *f.* 62. *f.* 97. *m.* οὐδαμᾶ ἐν τὠυτῷ μένειν, i. 5. *extr.* κατὰ τὠυτὸ, Similiter, ii. 42. *f.* v. 36. *a.* ix. 66. *f.* κατὰ τὠυτὸ γενόμενοι, Idem sentientes, iv. 119. *a.* κατὰ τὠυτὸ τούτοισι, Per idem tempus quo hæc gerebantur, vii. 3. *a.* κατὰ τὠυτὸ τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, i. 1. *f.*

Υ.

Ὕαινα, ης, ἡ, Hyæna, *bestia Libyca*, *Plurali* ὕαιναι, iv. 192. *a. m.*

Ὕαλος, *vide* Ὕελος.

Ὑβρίζειν, Proterve, Injuriose, Ferociter agere, Ferocire. εἴ τινα πυνθάνοιτο ὑβρίζοντα, i. 100. *b.* ὑβρίσας τάδε, iii. 118. ὑβρίζοντες οἱ ὄνοι ἐτάρασσον τὴν ἵππον, iv. 129. *m. N. ubi Glossator* σκιρτῶντας *interpretatur, alii nonnisi* Rudentes *intelligunt. De* Impetuoso et feroci *fluvio, qui equam sacram abripuerat, ait Noster*, ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τοῦτο ὑβρίσαντι.

Ὕβρις, ιος, ἡ, Contumelia, Protervia, Ferocia. ὑπό τε ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης, i. 106. *a.* Ὕβριος υἱὸς, viii. 77. *m. N. in Orac.*

Ὕβρισμα, τὸ, *i. q.* ὕβρις, Contumelia, Contumeliosum (Injuriosum) facinus. ὕβρισμα ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον, iii. 48. *a.* ἀποδεξάμενος ὑβρίσματα ἐν τῷ λόγῳ, vii. 160. *a.*

Ὑβριστὴς, Protervus. Πέρσαι φύσιν ἐόντες ὑβρισταὶ, i. 89. *a.* ἀνδρῶν δυναστέων παῖδες ὑβρισταὶ, ii. 32. *a.*

Inde Comparativus ὑβριστότερος. ὁμίλου ἀχρηΐου οὐδέν ἐστι ἀξυνετώτερον οὐδὲ ὑβριστότερον, iii. 81. *a. ubi alii quidem* ὑβριστικώτερον, *tamquam a Positivo* Ὑβριστικός. *Vide Var. Lect. et Not.*

Ὑγιηρὸς, ἡ, ὸν, *et* Ὑγιήρης, ὁ, ἡ, Robusta valetudine utens. *Superlativus* ὑγιηρότατος *et* ὑγιηρέστατος. οἱ Λίβυες ἀνθρώπων πάντων ὑγιηρότατοι, iv. 187. *m.* Αἰγύπτιοι μετὰ Λίβυας ὑγιηρέστατοι, ii. 77. *m.*

Ὑγιὴς, Sanus. *Metaphorice*, Prudens. λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα, i. 8. *m. f.* οὐδὲν ὑγιὲς βούλευμα, vi. 100. *a.*

Ὑδρεύεσθαι, Aquatum ire, Aquari. ὑδρευσάμενοι, vii. 193. *f.* τὴν κρήνην ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν τὸ στρατόπεδον, ix. 49. *m.*

Ὑδρήϊον, τὸ, *comm.* ὑδρεῖον, Hydria, Urna, Aqualis. τὴν θυγατέρα ἐξέπεμπε ἐπ' ὕδωρ, ἔχουσαν ὑδρήϊον, iii. 14. *a.*

Ὑδροποτέειν, Aquam bibere. οὐκ οἴνῳ διαχρέωνται, ἀλλὰ ὑδροποτέουσι, i. 71. *m.*

Ὑδροφόρος, ου, ὁ *et* ἡ, Aquam *vel* Hydriam portans. παρεξελθουσέων τῶν ὑδροφόρων, iii. 14. *a.*

Ὕδωρ, ατος, τὸ, 1. Aqua potui inserviens. ἐπ' ὕδωρ πεμφθέντες, vii. 193. *b.* (*conf.* Ὑδρήϊον.) φοιτᾷν ἐπ' ὕδωρ, vii. 137. *m. N.* ὕδωρ πλατὺ, Aqua salsa, ii. 108. *f. N.* ἀσθενὲς ὕδ. Levis aqua, iii. 23. *m. f.* γῆν καὶ ὕδωρ αἰτέειν *et* διδόναι, *vide in* Γῆ. *Plural.* ὕδατα *vide voc.* Χιλός. 2. Pluvia. ἐγίνετο ὕδωρ ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτὸς, viii. 12. *a.* χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγένετο αὐτοῖσι, viii. 13. *m.* ὗσαι ὕδατι λαβροτάτῳ, i. 87. *m.* 3. *Quemadmodum Latinum vocab.* Sudor *manifeste ipsum est Græcum* Ὕδωρ, *ex usu quidem Latini sermonis in angustiorem notionem conclusum, sic Græcum* ὕδωρ *Herodotus* iii. 104. *m. f. haud dubie de* Sudore *usurpavit, ubi ait* Quo tempore diei apud Indos sol ardentissimus est, per id tempus ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς ἐστι βρέχεσθαι, Dicuntur illi Aqua madere.

Ὕειν, Pluere; *proprie* Pluviam profundere *hominibus*, Pluvia rigare *terram: nam licet vulgo, veluti impersonaliter, nude* ὕει, Pluit, *dicatur*; (*sicut etiam apud Nostrum*, οὐκ ὕει λόγου ἄξιον οὐδὲν, iv. 28. *m.* ἀνάγκη ἐστὶ ὗσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι, ii. 22. *f. et* ὗσαι ὕδατι λαβροτάτῳ, i. 87. *m.*) *tamen ex Herodoti et sententia et usu loquendi* Deus *est qui* ὕει, Pluviam mittit incolis terræ, et Pluvia terram rigat. εἰ μὴ ἐθελήσει σφι ὕειν ὁ θεὸς, ii. 13. *f. N.* ὕει σφι ὁ θεὸς, iii. 119. *m. Tum in hujusmodi locutionibus, qualis ista*, οὐκ ὗε τὴν Θήρην, iv. 151. *a. manifeste subintelligitur* ὁ θεός. *Quo etiam pertinet quod* iv. 28. *m., ubi legitur* οὐκ ὕει λόγου ἄξιον οὐδὲν, *continuo adjicitur*, τὸ δὲ θέρος ὕων (*sc.* ὁ θεὸς) οὐκ ἀνίει. *Vide ibi Not. et Var. Lect.*

Passiva verbi forma ὕεσθαι *dicitur terra, nempe* Pluvia irrigari. ὕεται πᾶσα ἡ χώρη τῶν Ἑλλήνων, ii. 13. *m.* μήτε ὕσεταί σφι (*Fut. med. Ionico more pro Fut. Passiv.*) ἡ χώρη, ii. 14. *a. m.* ὕετο ἂν ταῦτα τὰ χωρία, ii. 22. *m.* ὕσθησαν Θῆβαι αἱ Αἰγύπτιαι—ψακάδι, iii. 10. *b.* ὕεται ἡ γῆ αὕτη πάμπαν ὀλίγῳ, iv. 50. *m.* ὕεται ταῦτα τῆς Λιβύης, iv. 198. *b.*

Ὕελος, *Ion. pro* ὕαλος, Vitrum. αἱ (θῆκαι) λέγονται σκευάζεσθαι ἐξ ὑέλου, iii. 24. *a. et mox* ibid. *m.* περιϊστᾶσί οἱ (τῷ νεκρῷ) στήλην ἐξ ὑέλου. *Vide ibi Var. Lect. et Not.*

Ὑετώτατοι ἄνεμοι, Pluviosissimi (Pluviam maxime adferentes) venti, ii. 25. *m. ubi vide ne ὑετωδέστατοι scriptum oportuerit, aut ὑετιώτατοι a Positivo* Ὑέτιος, Pluviosus, *quo usus est Theophrast. de Ventis p.* 403. *monente Schneidero in Lexic. crit.*

Υἱὸς ὕβριος, viii. 77. *m. N. in Orac.* υἱὸν ποιεῖσθαι, Adoptare filium, Vit. Hom. 4. *f.*

Ὕλη, ης, ἡ, 1. Sylva, Arbores, Frutices; *et collective*, Sylvæ, Fruticeta. *Sauromatæ habitant terram*, πᾶσαν ἐοῦσαν ψιλὴν καὶ ἀγρίων καὶ ἡμέρων δενδρέων, Arboribus omnibus, tam agrestibus quam cultis nudam; *eorumdem vicini Budini habitant* γῆν πᾶσαν δασέην ὕλῃ παντοίῃ, Sylvarum et arborum, fructicumque cujusque generis frequentem, iv. 21. *b. Hegesistratus fuga salutem petiit*, τὰς μὲν νύκτας πορευόμενος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην, Sylvis et fruticetis sese abscondens, ix. 37. *m. Populi Caucasum habitantes plurima ex parte* ἀπ' ὕλης ἀγρίης ζώουσι, Arborum et fruticum agrestium fructibus vitam sustentant, i. 203. *m. Laudanum barbis hircorum, veluti viscum, adhæret* ἀπὸ τῆς ὕλης, ex sylva, de fruticetis, iii. 112.

2. Ligna, Materies sicca *concipiendo igni idonea*, Virgulta sicca, Sarmenta. *Nonnullos qui in magnam turrim confugerant, igne cremavit Arcesilas*, ὕλην περινήσας, Lignorum acervo circumcirca structo, iv. 164. *m. Cleomenes jussit Hilotas* περινέειν ὕλῃ τὸ ἄλσος, Materiem siccam, Ligna et virgulta sicca, Sarmenta, circum lucum congerere; *atque ita* ἐνέπρησε τὸ ἄλσος, lucum incendit, vi. 80. *In Pontis descriptione, quo Hellespontum Xerxes junxit*, vii. 36. *f. ubi ait Scriptor*, ὕλην ἐπεφόρησαν· κόσμῳ δὲ θέντες τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρησαν, *ibi* ὕλην *Valla* Materiem, *Larcherus* Asseres (des planches) *interpretatus est; ego (quam recte, alii viderint)* Sarmenta *reddidi*, Virgultorum fasces *intelligens, eo consilio ponti impositas ut* terræ superne deinde ingestæ et constipatæ *majorem conciliarent firmitatem.*

Ὑμέτερος, Vester. τὸ ὑμέτερον, *sc.* μέρος, Vestræ partes, Id quod in vobis est, Vos. ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον ἀντίον γένηται, viii. 140, 1. *m. Conf.* Σός.

Ὑμνέειν, Carmine (laudibus) celebrare. Ἀργεῖοι (in Homericis carminibus) τὰ πολλὰ πάντα ὑμνέαται, *Ion. pro* ὕμνηνται, Celebrati sunt, v. 67. *a.*

Ὑπάγειν, 1. *Transitivo significatu*, Adducere, Traducere. ὑπῆγόν μιν οἱ ἐχθροὶ ὑπὸ τοὺς ἐφόρους, vi. 82. *a.* θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον Μιλτιάδεα, vi. 136. *a.* ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθεὶς, vi. 72. *b.* ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον, ix. 93. *m. N.* οἱ θεοὶ ὑπήγαγόν σε ἐς χέρας τὰς ἐμὰς, viii. 106. *f. Dicitur etiam* ὑπάγειν τινὰ *is qui* Fallaci sermone Adducit *vel* Inducit alterum ad aliquid credendum aut faciendum. ταύτῃ ὑπάγοντες (αὐτὸν), Fallentes eum hac ratione, ix. 94. *a. N. ubi dein* ἐξαπατηθεὶς *dicitur is quem illi* ὑπήγαγον.

2. *Intransitive* Ὑπάγειν *dicitur* agmen, *id est*, Retro cedere, Sese recipere, iv. 120. *m. et f.* 122. *m.*

Ὑπαίθριος, ὁ, ἡ, Sub dio agens. ἡ στρατιὴ ἔσκε ὑπαίθριος, vii. 119. *f.*

Ὑπαιρέεσθαι, 1. Clam auferre, Subripere. τὰ ἀγάλματα ταῦτα ὑπαιρέονται αὐτέων, v. 83. *m.* τὰ χρήματα ἐξ Ἐλαιοῦντος ὑφελόμενος, ix. 116. *a.* 2. E medio tollere, Interficere. Σμέρδιος ὑπαραιρημένου, iii. 65. *a. m.*

Ὑπακούειν, Audire, Morem gerere, iii. 148. *extr.* iv. 119. *m.* οἱ δὲ ἀσπαστῶς ὑπήκουσαν, iv. 201. *m.* ὑπακούειν τινὸς, Parere alicui, Imperio alicujus esse subjectum. οἱ δὲ Δαρείου βασιλῆος οὐδαμῶς ὑπήκουσαν, iii. 101. *extr.*

Ὑπαντιάζειν τινὰ, Obviam ire alicui. οἱ Σκύθαι ὑπηντίαζον τὴν Δαρείου στρατιὴν, iv. 121. *a.*

Ὑπάπτειν, (*comm.* ὑφάπτειν,) Succendere. καὶ ἔπειτα ὑπῆψαν (*scil.* αὐτὴν, ὥστε) τὴν ἀκρόπολιν πᾶσαν ταύτην καίεσθαι, i. 177. *a.*

Ὑπαρπάζειν, Subripere, Eripere. ὑπ' ἐκ τῶν γρυπῶν ἁρπάζειν τὸν χρυσὸν, Subripere aurum e gryphorum potestate et custodia, iii. 116. *a. Metaphorice dicitur aliquis* ὑπαρπάζειν, Præripere, Præcidere alicui sermonem. ὁ δὲ ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, τὸν ἐκεῖνος ὥρμητο λέγειν, v. 50. *m.* ix. 91. *m.*

Ὑπάρχειν, 1. Esse. *Sed* ὑπάρχον εἶναι, Certum, Paratum esse. ὡς ἄμεινόν σφι εἴη, κρησφύγετόν τι ὑπάρχον εἶναι, *nempe*, σφίσι, Esse sibi refugium aliquod certum paratumque, v. 124. *m.*

2. ὑπάρχειν, *i. q.* ἄρχειν *et* ἄρχεσθαι, Incipere, Initium facere. τὸν ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων, i. 5. *m.* ὑπῆρξαν ἀδικίης, iv. 1. *a. m. N.* vii. 9. *a.* ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες, vii. 8, 2. *b.* φυλάσσεται μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων, ix. 78. *m. N. Passivum.* εἰ χρὴ σταθμώσασθαι τοῖσι ὑπαργμένοισι (*Ionice pro* ὑπηργμ.) ἐξ ἐκείνων, Si colligere fas est ex his quæ ab illis cœpta sunt fieri; quæ illi priores fecerunt, vii. 11. *m.*

Ὕπαρχος, ὁ, Præfectus provinciæ. Αἰγύπτου ὕπαρχος ὑπὸ Καμβύσεω, iv. 166. *a.* θέλων Ἑλλάδος ὕπαρχος εἶναι, vii. 6. *a.* Μακεδόνων ὕπαρχος, Macedoniæ sub regis auspiciis præfectus, v. 20. *f. N.* καταστήσας Ἀρταφέρνεα ὕπαρχον εἶναι Σαρδίων,

v. 25. *a.* τοῖσι οἱ Πέρσαι ὕπαρχον ἐπιστᾶσι Λυκάρητον, v. 27. *a. tum mox,* οὗτος ὁ Λυκάρητος ἄρχων ἐν Λήμνῳ, ibid.

Ὑπάφρων, Parum subtili cultoque ingenio. *Comparativ.* ἐόντων τῶν Θρηΐκων ὑπαφρονεστέρων, iv. 95. *a. m.*

Ὕπεας, *vide* Ὄπεας.

Ὑπέγγυος πλὴν θανάτου, Judicio et pœnæ obnoxius, excepta capitis pœna, v. 71. *b. N.*

Ὑπείκειν, Cedere, Remittere. ἡμεῖς τι ὑπείξομεν τοῦ ἀρχαίου λόγου, Remittemus non nihil de superiore postulato nostro, vii. 160. *m. f.*

Ὑπεῖναι, *idem fere quod* εἶναι, Subesse, Esse. βίος ἀρκέων ὑπῆν (αὐτοῖσι), i. 31. *a. Sed et proprie,* Subtus, Infra esse, ii. 127. *m. ubi* ὕπεστι οἰκήματα ὑπὸ γῆν.

Ὑπείσας, *Ion. pro* ὑφείσας, *Partic. Aor. pr. a verbo inusitato* Ὑφέω, In insidiis colloco. κτείνει μιν, ἄνδρας οἱ ὑπείσας κατ᾽ οὐδὸν, iii. 126. *extr. N. ubi perperam* ὑπεὶς *nonnulli.* κτείνουσι οὗτοί μιν, νυκτὸς ὑπείσαντες ἄνδρας, vi. 103. *m.*

Ὑπεκκεῖσθαι, *i. q.* ἐκτεθεῖσθαι, Exportatum et foris in tuto positum esse. Σαλαμὶς ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε καὶ γυναῖκες, viii. 60, 2. *m.* ὡς δέ σφι πάντα ὑπεξέκειτο, viii. 41. *extr.* οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, ix. 73. *a.*

Ὑπεκκομίζειν, Clam exportare. ὑπεξεκομίσαντο πάντα, Sua omnia exportaverant, ix. 6. *a.*

Ὑπεκτιθέναι, Foras in tuto collocare. *Passivum:* ὑπεκτιθέμενοι ἔξω τῆς χώρης οἱ παῖδες, v. 65. *a. N.* (*conf.* Ὑπεκκεῖσθαι.) *Medium:* ἐστ᾽ ἂν τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται, viii. 4. *b.*

Ὑπεκτρέχειν, Effugere. ἢν τὸ παρεὸν ὑπεκδράμωσι, Si præsentem calamitatem effugissent, i. 156. *m.*

Ὑπεκφέρειν, *intransitive,* E conspectu semet auferre. ἐδίωκε ὑπεκφέροντας ἡμέρης ὁδῷ, iv. 125. *a. N.* (*ubi ex uno quidem codice* ὑπερφέροντας *adfertur.*) *Eadem notione ait* ἡμέρης ὁδῷ προέχοντας τῶν Περσέων ὑπεξάγειν, iv. 120. *f.*

Ὑπεκχωρέειν, Excedere, Sese e loco quodam recipere. Μαρδόνιος ὑπεξεχώρεε, *scil.* ἐκ τῆς Ἀττικῆς, ix. 13. *m. et* 14. *a.*

Ὑπεναντίος, η, ον, *i. q.* ἐναντίος, Contrarius. τὸ ὑπεναντίον τούτου, Contrarium hujus rei, iii. 80. *m.*

Ὑπεξάγειν, *dicitur* Agmen *quum* Paulatim alio se confert, Alio se recipit. ὑπεξάγειν, ὑπιόντας τε καὶ *etc.* iv. 120. *f. conf.* Ὑπεκφέρειν.

Ὑπεξαιρέειν, E medio tollere. *Passivum* τουτέων ὑπεξαραιρημένων, vii. 8, 3. *extr.*

Ὑπεξειρύειν *et* Ὑπεξερύειν, Subtrahere, Eripere. οἱ Ἕλληνες ὑπεξείρυσαν, Subtraxerunt, Eripuerunt *cadaver Leonidæ e manibus Persarum,* vii. 225. *a.*

Ὑπεξελαύνειν, *scil.* τὰ βοσκήματα, Paulatim retro et ulterius agere greges. ὑπεξιόντες καὶ ὑπεξελαύνοντες, iv. 120. *a.*

Ὑπεξέρχεσθαι, Excedere suis sedibus et alio se conferre. Σκυθέων εἴλη ὑπεξῆλθε ἐς γῆν τὴν Μηδικὴν, i. 73. *a. m.*

Ὑπεξέχειν, Clam se subducere, Alio sese recipere. ὑπεξέσχε ἐς Θεσσαλίην, vi. 74. *a.* ὑπεξέσχον ἐκ τῆς Χίου καὶ ἐς Σπάρτην ἀπίκοντο, viii. 132. *m.*

Ὑπεξιέναι, Sese recipere. οὗτοι μὲν ὑπεξήϊσαν, οἱ δὲ ἐκδεξάμενοι *etc.* vii. 211. *a.* ὑπεξιόντες ἐς τὰ στεινόπορα, vii. 223. *m. Conf.* Ὑπεξελαύνειν.

Ὑπὲρ, *Præpos. regens Genit.* 1. Pro, *passim.* 2. Supra. τὸ οὖρος τὸ ὑπὲρ Τεγέης, ii. 105. *a.* 3. *Subinde i. q.* περὶ, De. *Sic* τὰ λεγόμενα ὑπὲρ ἑκάστων, Quæ de quaque re memorantur, ii. 123. *a. ubi quidem* ὑπ᾽ ἑκάστων *præferunt plerique libri.*

Ὑπεραιωρέεσθαι, In sublimi suspensum vel erectum eminere. τῆς οἰκίης ὑπεραιωρέεσθαι, iv. 103. *extr. idem valet ac* ὑπὲρ τῆς οἰκίης ὑπερέχειν, *paulo ante* ibid. *In re navali,* τῇσι νηυσὶ ὑπεραιωρηθέντες Φαληροῦ, *proprie,* Navibus super Phalero suspensi; *id est,* Quum (barbari) naves prope Phalerum *aliquamdiu* in alto tenuissent; *sive* (*accedente alia verbi notione, ab usu nominis* αἰώρα *repetita, de qua ad Athenæi lib.* vi. *p.* 257. *b. dictum est*) Postquam navibus in alto supra Phalerum (*aliquamdiu*) fluctuassent, agitati fuissent, vi. 116. *b.*

Ὑπεράκριος, η, ον, Montanus. *Distinguuntur* οἱ πάραλοι, οἱ ἐκ τοῦ πεδίου, *et* οἱ ὑπεράκριοι, i. 59. *m.* οἱ Πέρσαι εἶχον τὰ περὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ πεδίον, τὰ δὲ ὑπεράκρια ἔδοσαν Καρσὶ, vi. 20. *extr.*

Ὑπεραπολογέεσθαί τινος, Caussam alicujus agere coram judice, vi. 136. *m.*

Ὑπεραῤῥωδέειν τινὶ, Vehementer metuere alicui. ὑπεραῤῥωδέοντες τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ, viii. 72. *b.*

Ὑπεράχθεσθαι (πράγματι), Ingentem dolorem ex aliqua re percipere. ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, vi. 21. *m.*

Ὑπερβαίνειν, 1. Transgredi. ὑπερβάντες τοὺς οὔρους, vi. 108. *f. Similiter,* Nilus ὑπερβαίνει ἐς τὴν χώρην, ἐς τὰς ἀρούρας, Transgreditur suas ripas et agros inundat, ii. 13. *m.* 14. *m.* (*Ex Herodoto citat H. Stephanus* ὑπερέβησαν τοῦ πύργου, Turrim transscendentes: *quæ verba, sicubi apud Nostrum leguntur, meam quidem observationem effugerunt.*) 2. Præterire, Prætermittere. ὑπερβαίνων τοὺς προσεχέας, iii. 89. *a. N.*

Ὑπερβάλλειν, Superare, Excedere. ὑπερβάλλειν *dicitur Herodoto* Lebes fervens cujus aqua oram vasis superans exundat.

λέβητες, ἔμπλεοι ὕδατος, ἔζεσαν καὶ ὑπερέβαλον, i. 59. *a.* προέβαινε τοῖσι χρήμασι ὑπερβάλλων, Progressus est Augendo subinde pecuniæ oblatæ summam, v. 51. *m.* ὑπερβαλέειν Μαλέην, Superare, Circumvehi Maleam promontorium, vii. 168. *f.*

Medium: Ὑπερβαλέσθαι, 1. Superare, Vincere; *cum Accusat. personæ.* βασιλῆα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι, v. 124. *a.* ὑπερβαλέσθαι, *scil.* τοὺς Ἴωνας, vi. 9. *a.* πολλὸν πάντας ὑπερβαλλόμενος τῷ τε ὕψεϊ καὶ τῷ μεγάθεϊ, ii. 175. *a.* τὰ βασιλῆος πρήγματα (τὸ ναυτικὸν τοῦ Δαρείου) ὑπερβαλέσθαι, vi. 13. *m.* vii. 163. *a.* viii. 140, 1. *m.* ix. 28. *a.* *Futur.* ἀελπτέοντες τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι, vii. 168. *m.* viii. 24. *extr.* *Cum Dativo rei, omisso Accus. pers.* Eminere super alios, Superare cæteros. Θηβαῖοι ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων, i. 61. *f.* ὑπερεβάλοντο ἀρετῇ Λακεδαιμόνιοι, ix. 71. *a.*

2. ὑπερβαλέσθαι, Differre, In aliud tempus rejicere. πάγχυ κελεύοντες ὑπερβαλέσθαι, *sc.* τὸ πρῆγμα, iii. 76. *m.* ἢν αὐτοὺς πυνθάνωνται ὑπερβαλλομένους, *scil.* στρατεύεσθαι, *aut* τὴν στρατηΐην, *vel* τὴν ἔξοδον, vii. 206. *a.* ἢν ὑπερβάληται τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος, ix. 45. *m. f.* ἢν ὑπερβάλωνται κείνην τὴν ἡμέρην οἱ Πέρσαι συμβολὴν μὴ ποιεύμενοι, ix. 51. *a.*

Ὑπερβολὴ, ἡ, Procrastinatio, Dilatio. Καρυστίοις οὐδὲν, τούτου εἵνεκα, τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο, Carystiis, hanc quidem ob caussam, nihil morabatur imminentem calamitatem, viii. 112. *f. ubi vide Notata.*

Ὑπερβόρεοι, Hyperborei, *quasi* Supra *vel* Ultra boream (Sub extrema plaga boreali) habitantes, iv. 32-36. *Vide Not. ad* iv. 32. *a.*

Ὑπερδείδειν, Supra modum timere. ἐκπλαγέντα τε καὶ ὑπερδείσαντα, viii. 94. *a.*

Ὑπερδειμαίνειν τινὰ, Vehementer metuere aliquem *vel* ab aliquo. ὑπερδειμαίνων τοὺς Πέρσας, v. 19. *a.*

Ὑπερέχειν, Eminere super alios. τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θεὸς, vii. 10, 5. *a.* ὅκως τινὰ ἴδοι τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα, v. 92, 6. *m. f.* παιδεύσιος προσγινομένης, πολλὸν τῶν πάντων ὑπερεῖχε, *Vit. Hom.* 5. *a.*

Ὑπερήδεσθαι, Vehementer delectari. ὑπερήσθη τοῖσι χρηστηρίοισι, i. 54. *a.* ταῦτα ἀκούων ὑπερήδετο, i. 90. *a.*

Ὑπερημίσεες, Ultra dimidium numero, Major pars. ὑπερημίσεες ἔσαν, vii. 40. Γελώων ὑπερημίσεες τῶν ἀστῶν, vii. 156. *a. m.*

Ὑπερθαλασσίδιοι χῶροι, Loca supra tractum terræ maritimum (paulo altius) sita, *a quibus distinguuntur* τὰ παραθαλάσσια, Tractus maritimus, iv. 199.

Ὑπερθορέειν τὸ ἕρκος, Transilire murum, iii. 134. *m. f.*

Ὑπερθρώσκειν, *i. q.* ὑπερθορέειν. οἱ αἰέλουροι, ὑπερθρώσκοντες τοὺς ἀνθρώπους, ii. 66. *f.*

Ὑπέρθυρον, τὸ, Superius limen portæ. πύλαι χάλκεαι πᾶσαι, καὶ σταθμοί τε καὶ ὑπέρθυρα ὡσαύτως, i. 179. *f.*

Ὑπεριστάναι, *vide* Ὑπερστῆναι.

Ὑπερλυπούμενος, Vehementer dolens, Ægerrime ferens rem, viii. 90. *m.*

Ὑπερμεγάθης, ὁ, ἡ, (*comm.* ὑπερμεγέθης,) Supra modum grandis, Permagnus. λίθους ὑπερμεγάθεας, ii. 175. *a.* οἱ ὄφιες οἱ ὑπερμεγάθεες, iv. 191. *m.* κέρεα ὑπερμεγάθεα, vii. 126. *a.*

Ὑπερμήκης, ὁ, ἡ, Permagnus, Præaltus. τὸν Ὄλυμπον ὑπερμήκεα ἐόντα, vii. 128. *a.* 129. *a.* Prælongus. ἡ βασιλῆος χεὶρ ὑπερμήκης, viii. 140, 2. *m.*

Ὑπερνότιοι, Populi sub extrema plaga cœli australi habitantes, iv. 36. *a.* *Conf.* Ὑπερβόρεοι.

Ὑπεροικέειν, *cum Genit.* Super *vel* Ultra alios habitare, iv. 21. 37. *Cum Accus.* ὑπεροικέοντας τὸν Πάγγαιον πρὸς βορέω ἀνέμου, *Valla haud satis perspicue,* Super Pangæum ad aquilonem habitantes; *nos,* Populos a septemtrione Pangæi (*nempe,* trans Pangæum in septemtr.) habitantes, vii. 113. *a.*

Ὑπέροικος, ὁ, ἡ, Supra, (Ultra) regionem aliquam habitans. τὰ κατύπερθε τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, iv. 7. *f.*

Ὑπερορᾶν τὴν θάλασσαν, Desuper (de ponte) conspicere mare, vii. 36. *extr.*

Ὕπερος, ὁ, Pistillum. ἐσβάλλουσι ἐς ὅλμον, καὶ λεήναντες ὑπέροισι, i. 200. *b.*

Ὑπερπίπτειν, Præterire, Præterlabi. ἢν ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη, iii. 71. *f.*

Ὑπερστῆναι, Superne adstare alicui, Capiti alicujus adstare. τὸ ὄνειρον ὑπερστὰν Ἀρταβάνου εἶπε, vii. 17. *m.*

Ὑπερτέλλειν, *de Sole dictum, idem apud Nostrum ac* ἀνατέλλειν *valet.* ὑπερτείλας (ὁ ἥλιος), Postquam ortus est supra horizontem et ad aliquam in cœlo altitudinem pervenit, iv. 104. *m. N.*

Ὑπερτιθέναι τί τινι, Communicare aliquid cum aliquo, Referre ad aliquem de re quadam. εἰ μὲν τοὶ ὑπερετίθεα (*Ion. pro* ὑπερετίθην) τὰ ἔμελλον ποιήσειν, iii. 155. *m.* ὥς οἱ ὑπερτιθέντι (τῷ Δαρείῳ) τὰ λεγόμενα συνέπαινος Δαρεῖος ἐγένετο, v. 32. *a.*

Sed frequentius in istam sententiam verbum Medium Ὑπερτίθεσθαι *et* Ὑπερθέσθαι *usurpatur.* τούτῳ τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο, i. 8. *a.* ὑπερθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοις τὸ ἐνύπνιον, i. 107. *m. N. ubi vulgo quidem* ὑποθέμενος *perperam legebatur, sed paulo post, (cap.* 108. *a.) in* ὑπερθέμενος *consentiunt meliores quique libri.* ἐπεὶ ἐμοὶ ὑπερέθεσθε (ταῦτα), iii. 71. *f.* ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερθέωμαι, v. 24. *a. m.* ὑπερετίθετο ταῦτα Πέρσῃσι, vii. 18. *f.*

Ὑπερφέρειν, Antecellere, Præstare *aliis*, Superare *alios*. ταύτῃ (hac ex parte. *scil.* τῇ παχύτητι καὶ τῷ μεγάθεϊ) πολλῷ ὑπερφέρει (*nempe*, τοῦ λίνου) ἡ κάνναβις, iv. 74. *a.* ῥόδα ὀδμῇ ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων, viii. 138. *f.* χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα, viii. 144. *a.* κάλλεϊ καὶ μεγάθεϊ ὑπερφέρων Περσέων, ix. 96. *f.*

Ὑπερφρονέειν πλούτῳ, Superbire divitiis, i. 199. *a.*

Ὑπερφυὴς, ὁ, ἡ, Super (*vel*, Contra) naturam. *In bonam partem:* ἔργον ἔργασταί τοι ὑπερφυὲς, (Supra humanam naturam) μέγαθός τε καὶ κάλλος, ix. 78. *a.* *In deteriorem partem:* ἔργον ὑπερφυὲς ἐργάσατο, Immane facinus patravit, viii. 116. *a.*

Ὑπερφῦναι, *i. q.* ὑπερφέρειν. ὑπερφὺς Ἕλληνας ἰσχύϊ, vi. 127. *a.*

Ὑπεύθυνος ἀρχὴ, Rationi reddendæ obnoxius magistratus, *cui opponitur* ἡ μουναρχίη, iii. 80. *extr.*

Ὑπέχειν, Porrigere et submittere *phialam sacerdoti qui vinum infundat quo fiat libatio;* ὡς οὐκ εἶχε φιάλην, τὴν κυνέην ὑπέσχε καὶ ἔσπενδε, ii. 151. *a. et m.*

Ὑπήκοος, Parens *alicui*, Imperio *alicujus* subjectus. Πέρσας Μηδέων ὑπηκόους ἐποίησε, i. 102. *m.* τὰ ἔθνεα βασιλέος ἦν ὑπήκοα, iv. 167. *extr.* v. 1. *a.* οὐδενὸς ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, vii. 111. *a.* Λακεδαιμονίων ὑπήκοοι, vii. 149. *m.* *Conf.* Κατήκοος.

Ὑπηρετέειν, Inservire, Operam suam *alteri* navare. οὔ οἱ ἐς φόνον τοιοῦτον ὑπηρετήσω, i. 109. *m.* τῷ χρηστηρίῳ ὑπηρετέειν, Obtemperare oraculo, viii. 41. *m.*

Eadem notione etiam Passivam verbi formam sive Medium verbum Ὑπηρετέεσθαι *usurpasse Herodotum statuit Æm. Portus, scilicet ubi ait Noster,* εἴ τοι φίλον τοῦτο γίνεσθαι, χρὴ δὴ τό γε ἐμὸν ὑπηρετέεσθαι ἐπιτηδέως, i. 108. *extr.* *Et sic etiam accepisse Reizius et Schæferus videntur; qui verba ista in hunc modum intercisa ediderunt,* χρὴ δὴ, τό γε ἐμὸν, ὑπηρετέεσθαι, *quos et ego sum secutus. Videndum vero, ne recte olim abfuerint duæ hypostigmæ, et* χρὴ τό γε ἐμὸν ὑπηρετέεσθαι, *verbo Passiva notione accepto, hoc significet,* Oportet ut mea quidem tibi ad hoc navetur opera. *Similiter passiva et forma et notione idem verbum Isocrates (a Guil. Budæo laudatus, Comment. Ling. Græc. p. 353.) usurpavit, ubi ait,* ἦν γὰρ τὰ παρ' ὑμῶν ὑπηρετηθῇ. *Quid, quod apud eumdem nostrum Herodotum perspicua hæc verba leguntur,* τὰ ἀπ' ἡμέων ἐς ὑμέας ἐπιτηδέως ὑπηρετέεται, iv. 139. *f.*

Ὑπιέναι, (*a Præsente*, Ὕπειμι,) Sensim retrogredi. ὑπεξάγειν ὑπιόντας, iv. 120. *f.* *ubi paulo ante similiter ait* ὑπάγειν ὑποφεύγοντας.

Ὑπιέναι, (*Ion. pro* ὑφιέναι) Submittere, Remittere, Cedere. ὑπεὶς τῆς ὀργῆς, Remissa ira, i. 156. *m.* iii. 52. *a.* ἐλπίζων σφέας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ix. 4. *b.* ἐπεὶ, οὐδὲν ὑπιέντες, ἔχειν τὸ πᾶν ἐθέλετε, vii. 162. *a.* *N. ubi perperam* ἐπιέντες *nonnulli. Eadem notione* ὑπείκειν *habes* vii. 160. *f.* (*Conf.* Ὑπείσας.)

Lex. Herod.

Eadem notione verbum Medium usurpatur. τὸ ὕδωρ ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ, Remittit de suo frigore, Frigus ejus paulatim minuitur, iv. 181. *f.*

Ὑπιστάναι, (*Ion. pro* ὑφιστάναι,) Statuere *palos* subter *tabulata*. ὁ γαμέων τρεῖς σταυροὺς ὑπίστησι, v. 16. *m.* *et* τοὺς σταυροὺς τοὺς ὑπεστεῶτας τοῖσι ἰκρίοισι, *ibid. paulo ante.* ὑποστήσας αὐτῷ (τῷ χαλκηΐῳ) τρεῖς κολοσσοὺς, Supposuerunt alieno tres colossos, *nempe*, qui illud sustinerent, iv. 152. *f.*

Aor. 2. Ὑποστῆναι, 1. In insidiis stare. Αἰγινῆται ὑποστάντες ἐν τῷ πορθμῷ, viii. 91. *a.* (*conf.* Ὑπείσας.) 2. Suscipere, In se recipere, Recipere *alicui aliquid* et Polliceri. τίς ἄν μοι τοῦτο ὑμέων ὑποστὰς ἐπιτελέσειε, iii. 127. *m.* τῷ δὲ ἄνδρες τριήκοντα ὑπέστησαν ποιέειν ταῦτα, iii. 128. *a.* ὑποστάντες τὰ ὁ Μελάμπους προετείνετο, ix. 34. *m.*

Passivum vel Medium Ὑπίστασθαι, 1. Infra stare, Subtus esse. *Sic, ubi de* Lacte *agitur*, exquisitius esse *ait* τὸ ἐπιστάμενον, Id quod Supernatat, minoris æstimari τὸ ὑπιστάμενον, Quod infra est, iv. 2. *f.* 2. ὑπίστασθαι, *idem fere quod* ὑποστῆναι *num.* 2. ὁ τὸ ἐλάχιστον ὑπιστάμενος, Is qui minimum in se recipit; *id est*, Qui profitetur se minima summa fore contentum, i. 196. *m.*

Ὑπίσχεσθαι, *i. q.* Ὑπισχνέεσθαι, Pollicere, In se recipere, ὑπίσχεσθαι δῶρα, v. 30. *f.* ταῦτα ὑπίσχομαι, iv. 158. *f.* *ubi præcedit* ὑποδέκομαι *eadem notione.* ὑπίσχοντο πέμψειν, vii. 168. *a.* ταῦτα ὑπισχόμενος, ix. 120. *m.* ὑπισχνεύμενος *habes* viii. 106. *a.* ἐγὼ οὔτε δέκα ἀνδράσι ὑπίσχομαι (Profiteor, Recipio) οἷόστε εἶναι μάχεσθαι, vii. 104. *m.* οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι, Nemo se scire Professus est, ii. 28. *a.*

Ὑπνοῦν, Sopire. ὑπνωμένου τοῦ μάγου, iii. 69. *f.* *Conf.* Κατυπνοῦν.

Ὑπὸ, *Præpositio, constructa*

I. *cum Genitivo, significat*

1. *Caussam agentem et efficientem. Omisso vulgatissimo usu, quo aliquid* dictum vel factum esse *dicitur* ὑπὸ τινὸς, Ab aliquo, *notemus formulas nonnullas ad idem genus pertinentes, in quibus* ὑπὸ *Latine* Præ *aut* Propter *reddi solet.* ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς, Propter præsentem calamitatem, i. 85. *f.* ὑπὸ δέους καὶ κακοῦ φωνὴν ἔῤῥηξε, ibid. *Sic,* ὑπὸ τοῦ παρεόντος κακοῦ, iii. 129. *m. f.* οὐκ οἷά τε προσωτέρω διεξιέναι ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων,

iv. 7. *f.* ὑπὸ μελισσέων οὐκ εἶναι διελθεῖν τὸ προσωτέρω, v. 10. *a.* ὑπὸ Βοιωτῶν ἀναχωρέουσι ἐς Ἀθήνας, v. 61. *b.* *non tam reddi debebat* Ab Bœotis recedunt Athenas; *quam,* Præ Bœotis, Propter Bœotos, *nempe,* Metu Bœotorum et propter illorum vexationes; *nisi potius prorsus id valet quod nos in versione posuimus,* A Bœotis coacti sunt Athenas concedere, *ferè eadem ratione qua* ὑποθνήσκειν ὑπό τινος *significat* Interfici ab aliquo. *Rursus,* ὑπὸ μεγάθεος τῆς πόλιος, Propter magnitudinem urbis, i. 131. *f.*

2. ὑπὸ *cum Gen. indicat Caussam concomitantem et cooperantem, aut Instrumentum quo fit aliquid.* ἐστρατεύοντο ὑπὸ σαλπίγγων, i. 17. *a. N.* ὤρυσσον ὑπὸ μαστίγων, vii. 22. *a. N. nempe* Flagella *instrumenta erant, quibus illi* ad fodiendum *cogebantur. Similiter,* ἐθηεῖτο τὸν στρατὸν ὑπὸ μαστίγων διαβαίνοντα, vii. 56. *a.* ὑπὸ κήρυκος προηγόρευε, Per præconem, Præconis ope, Præconis voce, ix. 98. *a.*

II. Ὑπὸ *cum Dativo, Latine* Sub *cum Ablativo.* ὑπ' αὐτῷ (τῷ ἀμφιβλήστρῳ) καθεύδει, ii. 95. *f. ubi alii quidem,* ὑπ' αὐτὸ, *nempe* ἐνδὺς ὑπ' αὐτὸ *nescio an rectius.* ἵνα πάντα ὑπὸ Ἕλλησι, ἢ ὑπὸ Πέρσῃσι γένηται, vii. 11. *m. f.* τὴν Ἑλλάδα ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι, *proprie,* Facere ut Græcia Sub se (Sub suo imperio) sit, vii. 157. *m.* ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι, sub arce, vi. 105. *f. Perperam vero* ὑπὸ τῷ Ὑπάνι *olim legebatur pro* ἐπὶ τῷ Ὑπάνι, iv. 53. *f. nisi* ὑπὸ τῷ Ὑπάνι *significat* Post (Ultra) Hypanim.

III. Ὑπὸ *cum Accusativo,*

1. *de Loco vel Situ usurpatum, modo* Post *significat, modo* Sub. κατακρύπτει (αὐτὸν) ὑπὸ τὴν θύρην, Post januam, i. 12. *m.* (*Eodem pertinet* ὑπὸ *absolute positum, significans* A tergo. ὑπὸ δὲ φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο, vii. 61. *a.*) τὰ ὑπὸ τὴν ἄρκτον (*i. q.* ὑπὸ τῇ ἄρκτῳ, Sub urso, Sub septemtrionibus) ἀοίκητα δοκέει εἶναι, v. 11. *b. Similiter,* ὕπεστι οἰκήματα ὑπὸ γῆν, (*i. q.* ὑπὸ γῇ.) ii. 127. *m.*

2. *denotat Tempus, quo aliquid fit.* ὑπὸ τὴν νύκτα ταύτην, Hac nocte, ix. 51. *f.* ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα, Proxima, (Præterita) nocte, ix. 58. *a.* 60. *a. m.* ὑπὸ τὴν πρώτην ἐπελθοῦσαν νύκτα, vi. 2. *a.* ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαέντα, Quo tempore crematum est templum, i. 51. *a.* ὑπὸ ταῦτα, Eo tempore quo hæc acciderunt, ii. 142. *f.* οἱ Αἰγύπτιοι ὑπὸ τοὺς θανάτους (Quo tempore mortuus est aliquis suorum) ἀνιεῖσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι, ii. 36. *a.*

3. *Variis aliis modis adhibetur.* ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον, ix. 93. *m. N.* vi. 72. *b.* *Sic,* ὑπὸ τὸν δῆμον, vi. 136. *a.* ὑπὸ τοὺς ἐφόρους, vi. 82. *a.* *Sed,* ὑπὸ τοῦτον τὸν στρατὸν καταφυγόντες, Sub hunc exercitum, *i. e.* sub hujus exercitus (*qui in ora maris stabat*) tutelam confugientes *duces classis,* ix. 96. *f.*

Ὑποβαίνειν, Deorsum ire, Descendere; *unde Aor.* 2. Ὑποβῆναι, *quasi* Descendisse, *id est,* Infra subsistere, *vel,* Inferiorem (Minorem) esse. τεσσαράκοντα πόδας ὑποβὰς τῆς ἑτέρης τὠυτὸ μέγαθος, Infra alterius (pyramidis) æqualem magnitudinem subsistens quadraginta pedibus; *i. e.* Nonnisi XL pedibus depressiorem faciens, ii. 127. *f.* *ubi præter necessitatem alii* ὑποβᾶσαν, *alii* ὑπόβασιν *aut* ὑποβάσι *corrigunt. Vide Var. Lect. et Not.*

Ὑποβάλλειν, Supponere. ὑποβαλέσθαι *dicitur* Mulier alienum infantem pro suo supponens, v. 41. *m.*

[Ὑπόβασις, *vide in* Ὑποβαίνειν.]

Ὑποβολιμαῖα (τέκνα), Liberi supposititii, i. 137. *b.*

Ὑπόβρυξ, ὁ, ἡ, *Genit.* ὑπόβρυχος, Aquis mersus, Sub aquis latens. ὥστε Θεσσαλίην πᾶσαν ὑπόβρυχα γενέσθαι, vii. 130. *f. N. ubi quidem plerique codd.* ὑποβρυχέα *præferunt, tamquam a nominativo* Ὑποβρυχής.

Ὑποβρύχιος, η, ον, *i. q.* ὑπόβρυξ. ὁ ποταμὸς ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων τὸν ἵππον, i. 189. *m.*

Ὑπόγαια ὀρύγματα, Subterraneæ fossæ, iv. 200. *m.*

Ὑποδέειν, Subligare. ὑποδησάμενος κοθούρνους, Calceatus cothurnis, vi. 125. *m.* i. 155. *f. Conf.* Ὑπόδημα.

Ὑποδεὴς, ὁ, ἡ, *Comparat.* ὑποδεέστερος, Inferioris conditionis. ἦν δὲ ἢ οὔτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, i. 134. *a. ubi mox* ἀγεννέστερος *eadem notione.* ἐὼν οἰκίης τῆς ὑποδεεστέρης, vi. 51. *Idem* Inferior re quacumque. οὐδὲν τοῦ Φημίου ὑποδεέστερος ἦν ἐν τῇ διδασκαλίῃ, *Vit. Hom.* 5. *a.*

Ὑποδεικνύναι, *idem fere quod simplex* δεικνύναι, Monstrare, Ostendere. πολλοῖσι ὑποδέξας, (*Ion. pro* ὑποδείξας) ὄλβον ὁ θεός, i. 32. *extr.* κατάτεινε σχοινοτενέας, ὑποδέξας διώρυχας, Extentis funibus Ostendens (Designans) ducendas fossas, i. 189. *f.* τῷ ἐγὼ (τὰ χρήματα) ὑποδέξω, *non male codd. nonnulli* iii. 122. *extr. ubi alii vulgo* ἀποδέξω.

Ὑποδειμαίνειν, *i. q. simplex,* Timere, Metuere. τὸν νόμον ὑποδειμαίνουσι, vii. 104. *f.*

Ὑποδέκεσθαι, (*Ion. pro* ὑποδέχεσθαι) 1. Apud se (Domum suam) recipere aliquem, Hospitio excipere. οἰκίοισι (σὲ) ὑποδεξάμενος ἔχω, i. 41. *a.* 44. *b.*

2. Excipere, *quatenus hoc verbum idem ac* Sequi *significat aut* Contiguum esse, Attingere. τὸ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ τῆς ὁδοῦ (*ad Thermopylas*) θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τενάγεα, vii. 176. *m. Cui usui adfinis est ille, quo significat* Manum alicui injicere,

Adoriri, *aut tale aliquid.* ἀπικόμενον ἐς τὴν ἑωυτοῦ, ἤδη τὸ ἐνθεῦτέν μιν οἱ ἐχθροὶ ὑποδεξάμενοι ἐδίωξαν τυραννίδος, vi. 104. *b.*

3. ὑποδέκεσθαι, In se suscipere, Recipere *alicui,* Polliceri. ὑπεδέκετο ἑωυτὸν κατεργάσασθαι, i. 24. *m.* μεγάλα ὑποδεκόμενον ἐλθόντι, ii. 121, 6. *a.* πάντα τὰ ὑπεδέξατο τῷ πατρὶ, iii. 69. *f.* Δαρεῖος ὑποδεξάμενος (*scil.* τοῦτο ποιήσειν) ἐπετέλεε, iii. 138. *m.* ὑποδεξαμένων Ἰώνων ποιήσειν ταῦτα, iv. 133. *extr.* ὑμῖν ἐγὼ ὑποδέκομαι οὐ συμμίξειν τοὺς πολεμίους, vi. 11. *f.* ὑπεδέκετο ταῦτα ποιήσειν, viii. 102. *a.* σῖτον τῇ στρατιῇ ὑποδέκομαι παρέξειν, iv. 157. *f. pro quo est* ὑπίσχομαι *paulo post* ibid. οὐ βουλομένων τῶν ἄλλων, Ἀθηναῖοι ὑπεδέξαντο (Susceperunt, In se receperunt operam.)—οὗτοι ἔσαν οἱ ὑποδεξάμενοι, ix. 21. *extr. et* 22. *a.* πεντήκοντα τάλαντα ὑποδέδεκτο, *scil.* δώσειν αὐτῷ, v. 51. *m. f.*

4. Admittere id quod alter ait, Profiteri *et* Adfirmare quod alter interrogat. ἐπυνθάνετο τίς εἴη ὁ Ἀρκεσίλεων ἀποκτείνας, οἱ δὲ Βαρκαῖοι αὐτοὶ ὑποδεκέατο (*Ion. pro* ὑπεδέκοντο) πάντες, Professi sunt Barcæi, se ipsos cunctos *esse cædis illius auctores,* iv. 167. *m. Inde* οὐκ ὑποδέκεσθαι *significat* Negare. ἐγὼ ἐφάμην, ἐκεῖνον (εἶναι τὸν δόντα μοι τὸν στέφανον). ὁ δὲ οὐκ ὑπεδέκετο. ἐγὼ δὲ φαμένη αὐτὸν οὐ καλῶς ποιέειν ἀπαρνεύμενον, vi. 69. *a. N.* εἰρώτα ὁ Δαρεῖος, τὴν τέχνην εἰ ἐπίσταιτο. ὁ δ' οὐκ ὑπεδέκετο, iii. 130. *a.*

5. Accipere *conditionem propositam.* ἀποδεξάμενος ἀσμένως τοὺς λόγους, viii. 106. *m.*

Ὑποδέμειν, Substruere. ὑποδείμας τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ, ii. 127. *m. f.*

Ὑποδέξιοι λιμένες, Portus idonei et satis capaces ad classem excipiendam, vii. 49, 1. *f. N. ubi* ὑποδέξιμοι *malebant docti viri. Vide Var. Lect.*

Ὑπόδημα, τὸ, Calceus. τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας μὲν σὺ, ὑπεδήσατο δὲ ἐκεῖνος, vi. 1. *extr.*

Ὑποδοχὴ, ἡ, *quasi dicas* Exceptio *hospitis,* Præbitio convivii. κτήνεα ἐσίτεσκον ἐς ὑποδοχὰς τοῦ στρατοῦ, vii. 119. *a. m.*

Ὑποδύνειν, 1. Induere (*tunicam*) sub (*veste*). κέλευέ σφεας κιθῶνας ὑποδύνειν τοῖσι εἵμασι, i. 155. *f.* 2. Insinuare se, *quasi* Irrepere. ὑπέδυνε τῶν Ἰώνων τὴν ἡγεμονίην τοῦ πρὸς Δαρεῖον πολέμου, Insinuavit se in ducatum Ionum ad bellum cum Dario, vi. 2. *m.* 3. Subire, Suscipere, Inire *et similia.* εἰ δὲ μὴ ἑκόντες ὑπέδυσαν τὸν πόλεμον, iv. 120. *f.* εἰ δὲ ταῦτα ὑποδύνειν (Inire hanc conditionem, Subire hoc periculum) οὐκ ἐθελήσεις, vii. 10, 8. *m.* ἐθελονταὶ ὑπέδυσαν (In se receperunt) ποινὴν τῖσαι Ξέρξῃ, vii. 134. *f.*

Ὑποζάκορος (ἡ) τῶν χθονίων θεῶν, Ministra templi Dearum inferarum, vi. 134. *a. N.* 135. *a. et m.*

Ὑποζύγια, τὰ, Jumenta. κείροντες τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, ix. 24. *a.* ὑποζύγια, σιτία ἄγοντα, ix. 39. *m. et mox,* οὐ φειδόμενοι ὑποζυγίου οὐδενὸς, ibid, χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι, ix. 41. *m.*

Ὑποζωννύναι, Succingere. ζειρὰς ὑπεζωσμένοι ἔσαν, vii. 69. *a.*

Ὑπόθερμος, ὁ, ἡ, Calidus, Fervens. πολέμιος ὑποθερμότερος, vi. 38. *extr. N.*

Ὑποθήκη, ἡ, Admonitio, Monitum, Consilium. ἡσθεὶς τῇ ὑποθήκῃ, i. 156. *m.* ἐποίεε τὰς Κροίσου ὑποθήκας, i. 211. *a.* v. 92, 6. *f.* κατὰ τὰς τοῦ Μεσηνίου ὑποθήκας, vi. 52. *f.* τῷ Θεμιστοκλέϊ ἤρεσε ἡ ὑποθήκη, viii. 58. *a. Conf.* Ὑποτίθεσθαι. *Perperam vero olim* ὑποθήκην, *pro* ἀποθήκην, *legebatur* viii. 109. *f.*

Ὑποθωπεύειν, Adulari, Adsentari. οὐδὲν ὑποθωπεύσας, ἀλλὰ τῷ ἐόντι χρησάμενος, i. 30. *m.*

Ὑποκαίειν, Succendere, Infra (sub *lebete*) accendere. ἐς λέβητας ἐσβάλλοντες (τὰ κρέα) ἕψουσι, ὑποκαίοντες τὰ ὀστέα τῶν ἱρηΐων, iv. 61. *a.*

Ὑποκαταβαίνειν, Paulatim descendere. ii. 15. *f.*

Passivum. φυλασσομένους, iii. 45. *a. possis perinde* Observatos *interpretari, et* In custodia habitos *aut* Retentos, *ut reddiderat Valla.*

Medium. φυλάσσεσθαι *et* φυλάξασθαι, Cavere. ταῦτα φυλασσόμενος, i. 108. *m.* ταῦτα πρὸ πολλοῦ ἐφυλάξαντο, vii. 130. *a.*

Φυλὴ, ἡ, Tribus, v. 68 *et* 69. *Conf. Indic. Rer.*

Φυλλὰς, ἀδος, ἡ, Folia arborum, Foliorum congeries, Frondes. φυλλάδα ἐπιβαλὼν, viii. 24. *a. m. N.*

Φύλλον, τὸ, Folium. τὰ φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον, viii. 115. *m.* ῥόδον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, viii. 138. *m. f.* φύλλων ὑποκεχυμένων ὑπὸ τοῖσι ποσὶ, vii. 218. *a.*

Φῦμα, τὸ, Tumor. ἐπὶ τοῦ μαστοῦ ἔφυ φῦμα, iii. 133. *a. N.*

Φυσᾷν, Flare. φυσῶσι τοῖσι στόμασι, iv. 2. *a. et paulo post,* ἄλλων φυσεόντων, *et* φλέβας φυσεωμένας: *alii* φυσσ. *geminata litera sibilante. Vide Var. Lect. et Not.*

Φυσητὴρ, ὁ, Fistula, *nempe* Instrumentum sufflatorium. ἐπεὰν λάβωσι φυσητῆρας (*al.* φυσσητ.) ὀστεΐνους, αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους, iv. 2. *a.*

Φυσίζοος αἶα, Animantia progignens tellus, i. 67. *m. f. in Orac.*

Φύσις, ἡ, Natura. τοῦτο φύσιν οὐκ ἔχει, *formula Herodotea,* Hoc naturam non habet, *id est,* Hoc per rerum naturam fieri non potest. ἕνα ἐόντα τὸν Ἡρακλέα κῶς φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι, ii. 45. *f. ubi Infinitivus* τὸ φονεῦσαι *sustinet vicem Nominativi. Conf. voc.* Ἰδέη.

Φυτεύειν, Gignere, Procreare *liberos.* τούτους φυτεῦσαί σφεας, iv. 145. *m.*

Φώκη, ἡ, Phoca. ἐσθῆτι χρᾶσθαι φωκέων δέρμασι, i. 202. *f.*

Φωνέειν, Sonum edere, Loqui. κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω, i. 47. *f. in Orac.* φωνέων μέγιστον, Validissimam vocem habens, Vocalissimus, iv. 141. *a.* vii. 117. *m.*

Φωνὴν ἱέναι, Vocem edere, ii. 2. *a. m.* φωνὴν ἰδίην ἱέντες, iv. 23. *a. m.* φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν ἴακχον, viii. 65. *a.* ὁ παῖς ἄφωνος—ὑπὸ δέους καὶ κακοῦ ἔῤῥηξε φωνὴν, i. 85. *f.* θέλων ἀκοῦσαι ἥν τινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην, ii. 2. *m. ubi* φωνὴν *etiam* Sermonem, Linguam, *reddere posses, sicut* iv. 114. *a. ubi* τὴν φωνὴν τῶν γυναικῶν οἱ ἄνδρες οὐκ ἐδυνέατο μαθεῖν. τὴν δὲ τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες συνέλαβον. *Et* φωνῇ νομίζουσι σκυθικῇ, iv. 117. *a.* αὐδάξασθαι φωνῇ ἀνθρωπηΐῃ, ii. 55. *a.* χρησόμενος περὶ τῆς φωνῆς, iv. 155. *f. conf.* Ἰσχνόφωνος.

Φὼρ, ωρὸς, ὁ, Fur. ἀπέλυσαν αὐτὸν μὴ φῶρα εἶναι, ii. 174. *b.*

[Φώσκειν, *vide* Διαφώσκειν *et* Διαφαύσκειν.]

X.

Χαίρειν, 1. Gaudere, Lætum esse: *qua notione frequentat Herodotus participium* κεχαρηκὼς, Lætus. κεχαρηκότες ὀρτάζοιεν, iii. 29. *f.* iii. 42. *f.* v. i. *f.* vii. 13. *extr. Et Aorist. Pass.* ἐχάρη τε καὶ ἥσθη, vii. 101. *a.* 2. Amare, Solere. τρόποισι τοιούτοισι χρεώμενοι χαίρουσι, vii. 236. *a. N.* 3. Valere. εἴ τε ἐγένετο ἄνθρωπος, εἴ τ' ἐστὶ δαίμων, χαιρέτω, Valeat ille, iv. 96. *b. N. Sic* ἐᾶν χαίρειν, Valere jubere, *id est,* Missum facere, *i. q.* περιορᾶν, ix. 41. *extr. N.* 4. χαίροντα ὑπό τινος ἀπαλλάσσειν, Lætum *vel* Salvum discedere *vel* dimitti ab aliquo, ix. 106. *m.*

Χαλεπὸς, Durus, Severus *homo.* ἦν τὸ δίκαιον φυλάσσων χαλεπὸς, i. 100. *a.*

Χαλινὸς, ὁ, Frenum, Habena, Lorum quo regitur equus. ἀνείρας αὐτῶν τά τε ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας περὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου, *etc.* iii. 118. *f.* ἐκ τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου ἐξάπτει αὐτὸ, iv. 64. *m.* τὰ περὶ τοὺς χαλινοὺς χρυσῷ κοσμέονται, i. 215. *f.*

Χάλκεος, *i. q.* χάλκειος, Æneus. χάλκεοι ἄνδρες, ii. 152. *m.* χαλκέους θώρηκας περιβάλλουσι, i. 215. *f.* χάλκεος Ποσειδῶν, Ænea Neptuni statua, ix. 81. *a.* χάλκεον Δία ἀνέθηκαν, ibid.

Χαλκεὺς, έος, ὁ, *non solum* Faber ærarius, *sed et* ferrarius, i. 68. *a. N.* iv. 200. *m.*

Χαλκήϊον, τὸ, *comm.* χαλκεῖον, 1. Ahenum. ἐποιήσαντο χαλκήϊον, κρητῆρος τρόπον, iv. 152. *f.* χαλκήϊον ἐξαπλήσιον τοῦ ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου κρητῆρος, *etc.* iv. 81. *m.* 2. Officina fabri ærarii aut ferrarii, i. 68. *a. N.*

Χαλκόπυλος, η, ον, Æneas portas habens. ἱρὸν χαλκόπυλον, i. 181. *a.*

Χαλκὸς, Æs. In Massagetarum terra non reperitur Ferrum nec Argentum, ὁ δὲ χαλκὸς καὶ ὁ χρυσὸς ἄπλετος, i. 215. *extr.* οὐδὲν χαλκῷ χρέωνται Σκύθαι, iv. 71. *f.* τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατος καὶ τιμιώτατος, iii. 23. *f.* ἤχεσκε ὁ χαλκὸς τῆς ἀσπίδος, iv. 200. *f.* χαλκὸς χαλκῷ συμμίξεται, αἵματι δ' Ἄρης *etc.* viii. 77. *m. in Orac.*

Χαμάθεν, *Adverb.* Humo, De humo. χαμάθεν σποδοῦ λαβόντες, iv. 172. *extr.*

Χάμψαι, Crocodili, Ægyptiorum sermone, ii. 69. *f.*

Χαράδρη, ἡ, Vorago, Fissura *aut* Excavatio terræ. ix. 102. *a. Hinc* Κεχαραδρωμένη χώρη, Regio torrentibus excavata, ii. 25. *f.* ὡς ἂν χαραδρωθείη ὁ χῶρος, Quo voraginosus fieret locus, vii. 176. *f.*

Χαρακτὴρ, ὁ, Typus, Forma. τὸν γλώσσης χαρακτῆρα, i. 57. *f.* χαρακτῆρες γλώσσης τέσσερες, i. 142. *extr.* ὁ χαρακτὴρ τοῦ προσώπου, i. 116. *a.*

Χαράσσειν, Incidere, Insculpere; *item* Acuere. *Hinc* Κεχαραγμένος (*i. q.* ὠργισμένος) τοῖσι Ἀθηναίοισι, Exasperatus, Iratus, vii. 1. *a.*

Χαρίζεσθαί τινι, *verbo Medio,* Gratum facere, Gratificari, i. 33. *a. N.* vi. 122. *f.* 130. *a. Sec. pers. Fut.* χαριεῖ, *Ion. pro* χαριῇ, Gratum feceris. ἐάσας με τὸν θεὸν ἐπείρεσθαι χαριεῖ (μοι) μάλιστα, i. 90. *a. Passiva et forma et notione:* τοῖσι Εὐβοέεσσι ἐκεχάριστο, Gratum factum est Eubœensibus, viii. 5. *f. Particip.* Κεχαρισμένος, Acceptus, Gratus, Jucundus, iii. 119. *f.*

Χάρις, ἡ, Gratia, Beneficium. δοκέοντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι, Maximam gratiam se inituros rati, vi. 41. *m.* ὑμῖν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται, Vestrum (a vobis) expletum est beneficium, viii. 144. *f.*

τὴν χάριν, *i. q.* πρὸς *vel* κατὰ χάριν, In gratiam. οὐ τὴν Ἀθηναίων χάριν ἐστρατεύοντο, v. 99. *a.*

Χαρμόσυνα (*scil.* ἱρὰ) ποιέειν, Lætum (Lætitiæ significandæ) festum celebrare, iii. 27. *a.*

Χαυλιόδους, *sive* Χαυλιόδων, (*coll. voc.* Ὀδὼν,) *apud Nostrum non est* Exsertos dentes habens, *sed* Χαυλιόδοντες, *tam Substantive, quam Adjective, dicuntur ipsi* Dentes exserti. *Hippopotamus* τετράπουν ἐστὶ, χαυλιόδοντας φαῖνον, ii. 71. *Crocodilus habet* ὀδόντας μεγάλους καὶ χαυλιόδοντας, ii. 68. *m.*

Χέειν, Effundere. χοὰς ἐχέαντο, vii. 43. *m.*

Χειμάζειν, 1. Hybernare, In hybernis esse. Μαρδόνιος περὶ τὴν Θεσσαλίην ἐχείμαζε, viii. 133. *a.* (*conf.* Χειμερίζειν.) *Sed* 2. Χειμάζει, (*impersonaliter, sive subintellecto Nominativo* ὁ χειμὼν) Furit (Durat) tempestas. ἡμέρας ἐχείμαζε τρεῖς, vii. 191. *a.*

Χειμαίνεσθαι, Tempestate (Fluctibus) agitari. μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι, *nempe* τὴν νῆα, viii. 118. *m.*

Χειμασίη, ἡ, Hybernatio, Hyberna. φοιτέωσι ἐς χειμασίην, ii. 22. *f. ubi perperam olim* χειμαδίην.

Χειμερίζειν, Hybernare, Hyberna agere. χειμερίσας περὶ Μίλητον, vi. 31. *a.* χειμερίσαι ἐν Θεσσαλίῃ, viii. 113. *a. N.* χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην, viii. 126. *m.* ἐχειμέρισαν αὐτοῦ, viii. 130. *a. Conf.* Χειμάζειν.

Χειμέριος, η, ον, Hybernus. τοὺς χειμεριωτάτους μῆνας τέσσερας, ii. 68. *a.*

Χειμὼν, ῶνος, ὁ, 1. Hyems. γέρανοι φεύγουσαι τὸν χειμῶνα τὸν ἐν τῇ Σκυθικῇ,

ii. 22. *f.* κεχώρισται οὗτος ὁ χειμὼν τοῖσι ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γινομένοισι χειμῶσι, iv. 28. *m.* ὄρος ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος, Mons transscensu difficilis Propter aëris intemperiem; *Vallæ et Larchero*, Per hyemem inaccessus, Inaccessible en hiver, viii. 138. *f. N. ubi* ὑπὸ χιόνος *maluerat vir doctus.* 2. Tempestas. χειμῶνα καταῤῥαγῆναι καὶ ὗσαι ὕδατι λαβροτάτῳ, i. 87. *m.* ἐπιγενόμενος χειμὼν μέγας, vii. 34. ἐπέπεσέ σφι χειμὼν μέγας καὶ πολλὸς ἄνεμος, vii. 188. *m.* ἦν τε τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον, ibid. *f.* τοῖσι ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἀπολομένοισι, viii. 66. *m.* ὑπονοστέει (τὰ φρύγανα) ὑπὸ τῶν χειμώνων, iv. 62. *a. m. ubi Valla*, Propter cœli tempestatem; *Gronov.* Propter cœli atrocitatem; *nos*, Per vim tempestatum; *nempe* Per vim ventorum et pluviarum.

Χεὶρ, ἡ, τῆς χερὸς, τῇ χερὶ *et* χειρὶ, τὴν χεῖρα, 1. Manus, *membrum corporis.* ἀποταμόντα ἐν τῷ ὤμῳ τὴν χεῖρα, ii. 121, 5. *m. N.* νοστήσαντας κεινῇσι χερσὶ, i. 73. *m.* τοὺς δεξιοὺς ὤμους ἀποτάμνοντες σὺν τῇσι χερσὶ, iv. 62. *f.* τὰς δεξιὰς χέρας ἀποδείραντες, iv. 64. *f.* χεῖρες ἐμπεφυκυῖαι τοῖσι ἐπισπάστροισι, vi. 91. *extr.*

2. *Hinc variæ formulæ.* ἐν χερσὶ ἔχειν τι, Occupari in aliqua re, Cum maxime parare aliquid, i. 35. *a.* *Sic et* ἔχειν τι μετὰ χεῖρας, vii. 16, 2. *extr. N. Tum,* ἄγεσθαί τι (*verbo Medio*) ἐς χεῖρας, *quasi* Manibus capere, *id est*, Suscipere, Adgredi aliquid: (*vide voc.* Ἄγειν, *num.* 6.) *Porro*, χρᾶσθαι τῇ χερὶ, *quod opponitur* τῷ, ἀργὸν ἐπεστάναι, iii. 78. *f.* ix. 72. *f.* ἐς χειρῶν νόμον ἀπικέσθαι, *i. q.* συμμῖξαι, Ad manus venire, Manus conserere, ix. 48. *a.* ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπόλλυσθαι, In prælio (Manu hostium) cadere, viii. 89. *a.* (*conf. Lexic. Polyb. p.* 660.)

3. χεὶρ, *i. q.* δύναμις. δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλῆος καὶ χεὶρ ὑπερμήκης, viii. 140, 2. *m.* *Similiter, ubi de* Copiis bellicis *agitur, Græcum vocab.* χεὶρ *apud Nostrum non tam, ut Latino sermone*, Multitudinem, *quam* Robur *et* Vim *significat.* ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος *proprie*, Expeditionem suscepit cum ingenti Robore multitudinis, vii. 20. *a.* ἁλὴς γινομένη πᾶσα ἡ Ἑλλὰς, χεὶρ μεγάλη συνάγεται, vii. 157. *m.* τέῳ δυνάμει; κοίῃ χειρί; iv. 155. *f.*

Χειραπτάζειν, *i. q.* ψαύειν, Tangere, Manu tractare, ii. 90. *extr.*

Χειριδωτὸς, ἡ, ὸν, *i. q.* χειρῖδας ἔχων, Manicatus; *adjectivum verbale a verbo* χειριδόω *formatum.* κιθῶνας χειριδωτοὺς, vi. 61. *a.*

Χειρὶς, ἴδος, ἡ, Manica. ἐπικατήμενος χειρίδι πλέῃ ἀργυρίου, vi. 72. *b. N.*

Χειροήθης, ὁ, ἡ, Mansuetus. θεός τις χειροήθης, Deus aliquis (*sc.* Apis) manu se duci patiens, iii. 28. *a.*

Χειρόμακτρον, τὸ, Mantile. χειρόμακτρον χρύσεον, ii. 122. *a.* χειρόμακτρα ex pelle humana, iv. 64. *m.*

Χειρονομέειν, Manibus (*aut* Pedibus, loco manuum) gesticulari. τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε, vi. 129. *f. N.*

Χειροποίητος, ὁ, ἡ, Manu factus, Arte factus. σκῆπτρον χειροποίητον, i. 195. *b.* λίμνη χειροποίητος, ii. 149. *a.*

Χειροτέχνης, ὁ, Opifex, Manibus artem exercens. ἥκιστα Κορίνθιοι ὄνονται τοὺς χειροτέχνας, ii. 167. *extr.*

Χειροῦσθαι, *verbum Medium*, Sub potestatem suam redigere, Subigere. τοὺς ἂν χειρώσωνται, iv. 103. *f.* τοὺς δέ τινας χειρωσάμενος, iv. 164. *a.* *Passivum:* ἐχειρώθησαν ὑπὸ Περσέων, iv. 96. *extr.* ἐοῦσαν εὐπετέα χειρωθῆναι, iii. 120. *f.* 145. *f.* οὐκ ἐχειρώθησαν ὑπ' Ἀρταβάζου, v. 16. *a.* οἱ χειρωθέντες, v. 16. *extr.* *Perperam olim* ἐχειρώθη *edd. pro* ἐχηρώθη, vi. 83. *a.*

Χειρῶναξ, νακτος, ὁ, Opifex, Suis manibus vitam sustentans. οἱ ἀγωραῖοι ἄνθρωποι καὶ οἱ χειρώνακτες, i. 93. *m.* καπήλους τε καὶ χειρώνακτας καὶ ἀγοραίους ἀνθρώπους, ii. 141. *f.*

Χειρωναξίη, ἡ, Opificium. τοὺς ἀπηλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων, ii. 167. *m.*

Χελιδὼν, όνος, ὁ, Hirundo. χελιδόνες δι' ἔτεος ἐόντες οὐκ ἀπολείπουσι, ii. 22. *f.*

Χελώνη, ἡ, Testudo, i. 48. *f.* κραταιρίνοιο χελώνης, i. 47. *f. in Orac.*

Χερσαῖος, η, ον, Terrestris. χερσαῖοι κροκόδειλοι τριπήχεες, iv. 192. *m.* *A quibus differunt* οἱ ἐν τῇσι αἱμασιῇσι κροκόδειλοι, ii. 69. *f.* ὄρνιθες χερσαῖοι, vii. 119. *a. m.*

Χερσονησοειδὲς ὄρος, Peninsulæ speciem referens mons *Athos*, vii. 22. *m.*

Χέρσος, ὁ *et* ἡ, Siccus, Aridus. *sive potius*, τὸ χέρσον, Locus siccus, aridus. χέρσον γεγονέναι τὸ ἀπεργμένον, In sicco positam esse regionem, ii. 99. *f.* (*conf.* Ἀπέργειν.) τῆς χώρης ἐούσης χέρσου, Quum arida, inculta esset regio, iv. 123. *a.*

Χεῦμα, τὸ, *i. q.* προχοὴ, Aquale, Guttus. χεύματα ἀργύρεα κυκλοτερέα, i. 51. *f.*

Χηλευτὸς, ἡ, ὸν, Plexus. κράνεα χηλευτὰ, vii. 89. *f. N.*

Χὴν, ηνὸς, ὁ, ἡ, Anser. χωρὶς οἴων καὶ μόσχων καὶ χηνέων, (*Gen. plur. pro* χηνῶν,) ii. 45. *f.* κρεῶν βοέων καὶ χηνέων πλῆθος, ii. 37. *m. ubi* χηνέων *poterat quidem ad Adjectivum* χήνεος, (*Ion. i. q.* χήνειος) Anserinus *referri; sed ex altero loco intelligitur, esse Genit. plur. Substantivi* χήν.

Χηναλώπηξ, εκὸς, ὁ, Vulpanser *avis*, ii. 72. *extr.*

Χήνεος, Anserinus, *vide in* χήν.

Χηροῦν, *quasi dicas* Viduare, *id est*,

Evacuare, Nudare. Ἄργος ἀνδρῶν ἐχηρώθη, vi. 83. *a. N. ubi perperam olim* ἐχειρώθη.

Χῆτος, εος, τὸ, *Ion. pro comm.* ἔνδεια, σπάνις. χήτεϊ συμμάχων, Sociis destituti, ix. 11. *a.*

Χθὲς, Heri. *Vide* Πρώην.

Χθόνιος, η, ον, Subterraneus, Inferus. χθόνιοι θεαὶ *vel* θεοὶ, Inferæ deæ, *Ceres et Proserpina.* ὑποζάκορος τῶν χθονίων θεῶν, vi. 134. *a. N.* ἱεροφάνται τῶν χθονίων θεῶν, vii. 153. *a.*

Χιλίη ἵππος, *i. q.* χίλιοι ἱππεῖς, Mille equites, v. 63. *m. f.* vii. 41. *a. m.* τοὺς θωρηκοφόρους καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην, viii. 113. *m.*

Χιλὸς, οῦ, ὁ, Pabulum. τῇ χιλός τε τοῖσι ἵπποισι καὶ ὕδατα ἦν, iv. 140. *m. f.*

Χιονίζει (*scil.* ὁ θεὸς) τὴν χώρην, Ningit hac in regione; *proprie* Deus nivem mittit hanc in regionem. εἰ ἐχιόνιζε καὶ ὁσονῶν ταύτην τὴν χώρην, ii, 22. *f.* εἰ ἐχιόνιζε, ὕετο ἂν ταῦτα τὰ χωρία, ii. 22. *m. Conf.* Ὕειν.

[Χιτὼν *forma nominis non usitata Nostro. Vide* Κιθών.]

Χιὼν, όνος, ἡ, Nix. τὸν Νεῖλον ῥέειν ἀπὸ τηκομένης χιόνος, ii. 22. *a.* ἐπὶ χιόνι πεσούσῃ, ibid. *m.* iv. 50. *m. f.* χιόνα ἁδρὴν πίπτουσαν, iv. 31. *m. et mox,* ἔοικε ἡ χιὼν πτεροῖσι, ibid.

Χλαίνη, ἡ, Læna, Pænula. παρέχοντες (ἀγώνων) ἄεθλα, κτήνεα καὶ χλαίνας καὶ δέρματα, ii. 91. *m.*

Χλανίδιον, τὸ, Lænula, Pænula. χλανίδιον λευκὸν περιβάλλεται, i. 195. *a.*

Χλανὶς, ίδος, ἡ, *i. q.* χλαίνη, Læna, Pænula, Pallium. χλανίδα περιβαλόμενος πυῤῥὴν, iii. 139. *m. N.* 140. *m.*

Χλιαρὸς, ὴ, ὸν, Tepidus. ὕδωρ χλιαρὸν, iv. 181. *m. et f.*

Χλιδὴ, ἡ, Luxuria, Mollities. ἐπὶ πλεῖστον χλιδῆς ἀπίκετο, vi. 127. *a.*

Χλόη, ἡ, Viriditas, Viride; *sigillatim,* Viridis herba *quælibet, aut* frons. περὶ χλόην τινὰ εἰλίξαντες τῶν τριχῶν (μέρος), iv. 34. *f.*

Χοὴ, ῆς, ἡ, Effusio, Libatio, Inferiæ. χοὰς οἱ Μάγοι τοῖσι ἥρωσι ἐχέαντο, vii. 43. *m.*

Χοῖνιξ, ικος, ἡ, Chœnix, *mensura aridorum. Artaba Persica capit* μεδίμνου Ἀττικῆς πλεῖον χοίνιξι τρισὶ Ἀττικῇσι, i. 192. *m.* χοίνικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρης ἐλάμβανε, vii. 187. *m. N.*

Χοιρὰς, άδος, ἡ, Porcula, Saxum in mari aut fluvio parum et vix nonnihil supra aquæ superficiem eminens. σκόπελοι ἐν τῷ Νείλῳ ὀξέες ἀνέχουσι καὶ χοιράδες πολλαί εἰσι, ii. 29. *m. f.*

Χόλος, ὁ, Bilis, Ira. ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον, viii. 27. *a. Alia vide in* Ἐνέχειν. *Conf.* Ἐπίχολος.

Χολοῦσθαι, Irasci. οἱ Θεσσαλοὶ κεχολωμένοι, vii. 31. *a.*

Χόνδρος, ὁ, Grumus. ἁλὸς τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους, iv. 181. *a.* οἰκία ἐκ τῶν ἁλίνων χόνδρων οἰκοδομέεται, iv. 185. *m.*

[Χορδεύειν, *vide* Καταχορδ.]

[Χορηγέειν. κεχορήγηται *unus habet codex,* i. 87. *a. ubi alii omnes* ἐδωρήθη.]

Χοῦν, Humum adgerere, Aggerem struere. χοῦσι χῶμα μέγα, iv. 71. *extr.* χώματα χοῦν, ii. 137. *m.* ix. 85. *f. id est,* γῆν ὑψοῦν, *interprete Suida.* νῆσον χώρας σποδῷ τε καὶ γῇ, ii. 140. *a.* χώματα χῶν πρὸς τὰ τείχεα, i. 162. *b.* αἱ πόλιες ἐχώσθησαν, *i. q.* ἐγένοντο ὑψηλότεραι, Solum oppidorum exaltatum est, ii. 137. *m. ubi paulo post,* ἐξεχώσθη *eodem significatu. Similiter* ii. 11. *f.* κόλπος *dicitur* χωσθῆναι *et* ἐκχωσθῆναι, Compleri, *quum nimirum* Solum *illius* progressu temporis altius fit. *Conf.* Ἐκχοῦν, Διαχοῦν, Καταχοῦν, Συγχοῦν.

Χοῦς, χοῦ, ὁ, Terra effossa et alio adgesta. ὁ χοῦς ὁ ἐξορυχθεὶς, i. 150. *a. et f.* vii. 23. *a.*

Χρᾷν *et (rarius quidem)* χρέειν *triplici maxime significatu apud Nostrum occurrit.*

I. Dare, Suppeditare, Commodare *alicui in aliqua re,* Gratificari.

1. *Activi verbi hæc in Musis reperiuntur exempla.* χρήσαις, ἄν τι τεῦ βουλοίμην τυχεῖν; Dares-ne, Indulgeres, Gratificareris mihi, si quid *etc.* vii. 38. *ubi respondet Xerxes,* se illi ὑπουργήσειν, gratificaturum. Athenienses Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσαί σφι νέας, vi. 89. *a. ubi si proxime sequentia contuleris, intelliges,* χρῆσαι *ibi idem atque* δοῦναι, Dare (*et quidem* Gratuito dare) *valere.* (*De eadem re loquentes Corinthii apud Thucyd.* i. 41. *in oratione ad Athenienses aiunt* παρὰ Κορινθίων εἴκοσι ναῦς ἐλάβετε.) *Quare etiam* iii. 58. *m. f.* ἐδέοντο δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι *non, ut vulgo interpretantur, significat* Petierunt ut sibi decem talenta mutuo darent; *sed nude,* Ut decem sibi talenta darent.

2. *Medium* χρᾶσθαι, *rarius* χρέεσθαι. *Et* χρᾶσθαι *quidem tenent libri omnes* i. 172. *f.* 187. *m.* ii. 15. *a.* iii. 99. *a.* 117. *m. et alibi.* χρέεσθαι *vero probatissimi quique libri dedere* i. 21. *f.* (*ubi conf. Not.*) *et* 187. *m. pro eo, quod utrobique olim vulgatum erat,* χρῆσθαι, *quam verbi formam apud Nostrum meliores libri non agnoscunt: nam etiam* vii. 101. *f. pro olim vulgato* χρῆσθαι *probatissimi libri* χρήσασθαι *dederunt. Præsens Indicativi* χρέωμαι *format Noster, nempe inserta brevi vocali* ε *ante* ω *formæ communis contractæ* χρῶμαι. *Passim vero occurrit etiam forma* χρέομαι, *vocali* α *communis*

formæ Ionico more in ε mutata, ut in Infinitivo χρέεσθαι. *Conf. notata ad Var. Lect.* i. 34, 14. 138, 13. 155, 14. 215, 5. vii. 102, 6. *et alibi passim. Itaque Particip. Præs. plerumque* χρεώμενος, *subinde vero etiam* χρεόμενος. *Tertia Præs. Plur.* χρέωνται *fere omnes,* i. 215. *a. et b.* 216. *a.* iii. 48. *m. ubi quidem alii nonnulli* χρέονται *præferunt, et* χρέονται *ego etiam tenui* i. 34. *Tertia sing. Imperf. promiscue* ἐχρᾶτο *et* ἐχρῆτο. *Vide Var. Lect. ad* ii. 173. *a. et* iii. 129. *a. Tertiam plur. Imperf.* ἐχρέωντο *formant omnes* ii. 43. *m. f. sed inter* ἐχρέωντο *et* ἐχρέοντο *fluctuant* ii. 108. *f.* iii. 57. *m.* vii. 50, 2. *a. Tertiam vero Sing. Præs.* χρᾶται *formant libri omnes* i. 137. *m. quibus refragantibus* χρέεται *edidit Schæf. qui quidem* χρᾶται *cum aliis omnibus tenuit* ii. 95. *f. Rursus* iii. 78. *f. optimi quique libri* χρᾶται *dederunt, ubi olim* χρῆται *editum erat. In tert. Sing. Imperf. fluctuant libri inter* ἐχρᾶτο *et* ἐχρῆτο, ii. 173, 1. *et* iii. 129, 8. *Secunda Præs. Imperat.* χρέω, i. 115. *m. ubi* χρέο *ed. Schæf. contra quam libri omnes. Tertia Imperat.* χράσθω, ii. 123. *a. communi librorum consensu. Hæc de varia hujus verbi formatione visum est hoc loco monere. Fut.* χρήσεσθαι, *et Aoristus* χρήσασθαι *nihil vel difficultatis vel dubitationis habent.*

Significat autem, ut χρᾷν *vel* χρῆσαι, Dare, *sic Medium* χρέωμαι τούτῳ, Datur *vel* Datum est mihi hoc; *inde* Habeo hoc, *et præsertim,* Utor hac re *vel* hoc homine: *omninoque, sicut commune verbum* Χράομαι, *sic et Ionicum* Χρέωμαι *Latino* Utor *adcurate respondet, tamque frequenti et vario multiplicique in usu est, quam idem Latinum verbum. Cujus usus diversarumque formularum, in quibus hoc verbum adhibetur, de amplissima exemplorum copia in Musis occurrentium notabiliora nonnulla adposuisse juvabit.* τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο, Talem vitæ finem habuit, i. 117. *extr.* (*conf. mox num.* 3. *Passivum.*) θείῃ πομπῇ χρεώμενος *vel* χρεόμενος, Divinam missionem habens; *id est,* Divinitus missus, i. 62. *f.* iv. 152. *m. Sed* συμφορῇ μεγάλῃ χρᾶσθαι *non modo significare videtur* Magnam calamitatem accepisse; *sed idem fere valere ac* συμφορὴν ποιεῖσθαι (*vide* Συμφορή.) *Sic,* ἀχθομένων καὶ συμφορῇ χρεωμένων, vii. 134. *m. et* ταῦτα ἀκούσαντες, συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέωντο, vii. 141. *a.* συντυχίῃ ταύτῃ χρησαμένη, v. 41. *a.* καὶ συντυχίῃ χρησάμενος καὶ σοφίῃ, Simul fortuitum casum adjutorem nactus, simul calliditate usus, i. 68. *a.* χρῆσθαι αὐτῷ (παιδὶ τῷ ἐμῷ) τοῦτο (*i. e.* κατὰ τοῦτο) ὅ τι σὺ βούλεαι, i. 210. *f. ubi perperam* τούτῳ *olim editum.* ἀπορέοντος βασιλῆος ὅτι χρήσεται (*al.* χρήσαιτο) τῷ παρεόντι πρήγματι, vii. 213. *a. N.* τούτῳ μὲν τάδε ἐχρήσατο, ii. 106. *m.* τὴν δὲ νύκτα τάδε αὐτῷ χρᾶται, ii. 95. *f. N.* (*conf.* Τάδε.) πρότερον χρεώμενος (αὐτῷ, *nempe* Ὠνομακρίτῳ χρησμολόγῳ) τὰ μάλιστα, Quum antea quam maxime opera hujus vatis esset usus; *sic enim rectius intelligentur ista verba, quam, uti vulgo acceperunt,* familiarissime eo usus esset, vii. 6. *f.* (*conf. mox num.* ii. 3.) εἰ βουλόμεθα τῇσι Ἰώνων γνώμῃσι χρᾶσθαι, ii. 15. *a.* τοῖσι λεγομένοισι χράσθω ὅτέῳ τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι, ii. 123. *a.* οἰκότι χρεώμενοι, Probabili ratione utentes, vii. 167. *a.* τῷ θυμῷ χρᾶται, i. 137. *m.* σὺ μὴ πάντα θυμῷ χρέω, i. 155. *m.* ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι, v. 83. *a.* ἀληθέϊ λόγῳ χρεώμενος, i. 14. *m.* ἀληθηΐῃ χρεώμενος, χρήσομαι *et* χρήσασθαι, ii. 116. *extr.* vii. 104. *a.* vii. 101. *f.* τῷ ἐόντι χρησάμενος, i. 30. *m.* ἁρπαγῇ χρησαμένους, i. 5. *a.* ναυτιλίῃσι ἐχρέωντο, ii. 43. *m. f.* ὁμολογίῃ ἐχρήσαντο, i. 150. *m.* iv. 118. *m.* βοῇ χρεώμενοι, iv. 134. *a.* κώμῳ χρέεσθαι, i. 21. *f. N.* οὐ χρᾶται τῇ χερὶ, iii. 78. *f.* ix. 72. *extr.* τῇσι πύλῃσι ταύτῃσι μηδὲν χρέεσθαι *et* οὐδὲν ἐχρᾶτο, i. 187. *m.* τοῖσι πατρίοισι μούνοισι χρᾶσθαι θεοῖσι, i. 172. *f.* νομαίοισι τοιοῖσδε χρᾶσθαι, iii. 99. *a.* χρήσασθαι γυναικὶ, Uti, Frui muliere, Rem cum illa habere, iv. 113. *m.*

3. *Passivum semel occurrit apud Nostrum, eadem notione positum qua frequentatur Medium.* συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένος, Qui hujusmodi habui calamitatem, Cui hæc accidit calamitas, i. 42. *a. quemadmodum alibi verbo Medio ait,* τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο, i. 117. *extr. Sed Aor. pr. Passivi passiva notione accipitur* vii. 144. *m.* αἱ δὲ (αἱ νῆες) ἐς τὸ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν, Hæ naves non In illum usum adhibitæ sunt.

II. Χρᾷν, Χρέειν, Χρῆσαι, Dare responsum, Edere oraculum, Vaticinari.

1. *Activi verbi hæc sunt exempla.* ἡ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε, i. 55. *a.* iv. 164. *a.* ὁ χρησμολόγος οἱ προσιὼν χρᾳ τάδε, i. 62. *f.* 63. *a.* σύ μοι χρᾷς ἀδύνατα, *et mox,* οὐκ ἔπειθε (τὸν θεὸν) ἀλλὰ οἱ χρᾷν, iv. 155. *f.* πρόμαντις ἡ χρέουσα, vii. 111. *b.* τὸ μαντήϊον τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε, i. 49. ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε, i. 67. *m.* iv. 156. *a.* χρήσαντος τοῦ θεοῦ, i. 69. *a.* ταῦτα τῆς Πυθίης χρησάσης, i. 174. *f.* τοῖσι ἡ Πυθίη οὐκ ἔφη χρήσειν πρὶν ἤ, *etc.* i. 19. *f.*

2. *Passivum.* τὰ ἐκ Δελφῶν οὕτω αὐτῷ ἐχρήσθη, Ita ei responsum est, Hoc ei oraculum editum est, i. 49. *a.* ii. 18. *extr.* καί σφι ἐχρήσθη, ἀνέμοισι εὔχεσθαι, vii. 178. *a.* τὰ μὲν χρηστήρια ταῦτά σφι ἐχρήσθη, ix. 94. *a.* φὰς δέκεσθαι τὸ χρησθὲν, i. 63. *a.* ἐξήγγειλαν τὰ χρησθέντα, vii. 178. *a.* οὐκ ἂν οὕτω ἠπίως σφι χρησθῆναι, vii. 143.

a. δειμαίνων τὸν κεχρημένον θάνατον, iv. 164. *m. f.* ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ κεχρησμένου, *sive* κεχρημένου, vii. 141. *a. cum Var. Lect.* ἐκέχρηστό (*sive* ἐκέχρητό) σφι, ii. 147. *f.* 151. *f.* iii. 64. *m. f.* vii. 220. *m. Vide Var. Lect. ad* vii. 220, 10. *et ad* ii. 147, 12. *ubi pro* iii. 64, 7. *corrigendum* iii. 64, 16. *et delenda ibidem verba continuo sequentia,* " et vii. 220, 10."

3. *Medium* Χρᾶσθαι, Χρῆσθαι, Χρέεσθαι, Χρήσασθαι, Petere responsum, Rogare, Consulere *oraculum. Quod quidem verbum, hac notione usurpatum, si constanter adjectum haberet Dativum vel Ablativum* χρηστηρίῳ *aut* μαντηΐῳ, *videri posset proprie eamdem vim eumdemque significatum habere, quem supra (num.* i. 2.) *observavimus, scilicet ut* χρήσασθαι τῷ χρηστηρίῳ *proprie significaret* Uti oraculo, In usum suum adhibere oraculum; *quemadmodum* χρεώμενος αὐτῷ (τῷ χρησμολόγῳ) τὰ μάλιστα, vii. 6. *f. significare videtur (ut supra monitum est, num.* i. 2.) Vate illo usus erat quam maxime; *id est,* Præcipua ejus opera usus erat; *nempe* Frequentissime et quam maxime illum consulere consueverat. *Igitur similiter dici videri poterat* χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι, Uti oraculis, i. 47. *a.* (*ubi in formam* χρῆσθαι *consentiunt libri omnes, unus Schæferus suo arbitratu* χρέεσθαι *edidit.*) μαντήϊον τῷ πάντες ἐώθεσαν χρέεσθαι, i. 157. *extr.* (*ubi tenent* χρέεσθαι *scripti omnes cum editis.*) ἐχρέωντο (ἐχρέοντο *solus Schæf.*) τοῖσι χρηστηρίοισι, i. 53. *m. Durum tamen foret,* ἐσῆλθον χρησόμενοι τῷ θεῷ, i. 47. *m. f. intelligere* Usuri deo. *Sed nimirum ipse usus cum Activi verbi, tum Passivi, ubi de Oraculo vel Vate agitur, itemque nomina et alia verba inde derivata, ut* χρηστήριον, χρησμὸς, χρηστηριάζεσθαι *etc. satis declarare videntur, sicut* χρᾶν *significat* Responsum dare, τὸ χρησθὲν *vero, aut* τὸ κεχρησμένον Responsum ipsum, *sic verbum Medium* χρᾶσθαι, χρῆσθαι *et* χρέεσθαι *proprie et directe significare* Petere sibi responsum, Rogare, Consulere. *Itaque pro eo quod* iv. 150. *m. dixit Noster,* χρεωμένῳ περὶ ἄλλων, χρᾷ ἡ Πυθίη, *et* vii. 220. *m.* χρεωμένοισι περὶ τοῦ πολέμου χρᾷ ἡ Πυθίη, *eamdem in sententiam* iv. 155. *m. ait* ἐπειρωτέοντι χρᾷ ἡ Πυθίη, *et* ibidem *paulo post rursus,* ἐγὼ ἦλθον παρὰ σὲ χρησόμενος περὶ φωνῆς. *Atque etiam,* iii. 57. *m. f. ubi Dativus* χρηστηρίῳ *adjectus est, formula* ἐχρέωντο τῷ χρηστηρίῳ εἰ *etc. manifeste nil aliud significare potest nisi idem ac si dixisset* ἐπειρώτεον τὸ χρηστήριον εἰ *etc. Itidem,* vii. 141. *a.* αὖτις ἐλθόντας χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας. *Et sic constanter, ubicumque de oraculo quodam agitur, vis propria verbi, de quo quærimus, in* Petendo responso, Rogando, Consulendo, *inesse videtur. Sic,* παρὰ Ἄμμωνα ἀπέστειλε ἄλλους χρησομένους, i. 46. *f.* ἐς Δελφοὺς ἐπεπόμφεε περὶ αὐτοῦ (τοῦ παιδὸς ἑωυτοῦ) χρησομένους, i. 85. *a.* χρεωμένοισι προέφερε ἡ Πυθίη, iv. 151. *a.* ὦναξ, ἦλθον παρὰ σὲ χρησόμενος περὶ τῆς φωνῆς, iv. 155. *f.* ἀπικόμενοι ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ἐχρέωντο φάμενοι, iv. 157. *a.* περὶ τῆς συμφορῆς ἐχρέοντο ἐν Δελφοῖσι, v. 82. *a. Denique, non solum ubi de Dei cujusdam aut vatis oraculo agitur vis ista verbo huic inest; verum etiam, ubi* Regem, *qui veluti oraculum est populi, adit aliquis,* Rogaturus eum quidpiam *et* Responsum ab eo petiturus, *idem verbum adhibetur: sic quidem commodissime intelligetur id quod* i. 99. *a. legitur,* μήτε ἐσιέναι παρὰ βασιλέα μηδένα, δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρέεσθαι: *ubi vulgo, nec sic quidem male,* χρέεσθαι Transigere *interpretantur, ut idem atque* χρηματίζεσθαι *valeat.*

III. *Denique valet etiam* Χρᾶν *vel* Χρέειν *apud Nostrum* Colorare, Tingere; *sive, notione magis generali,* Obducere, Obtegere. τοῦ χειμῶνος νιφετῷ πάντα χρέεται, (*alii* χρᾶται,) Nive obducta (obtecta) sunt omnia, iv. 50. *m. N.*

[Χραύειν, *vide* Ἐγχραύειν.]

Χρέειν *et* Χρέεσθαι *vide in* Χρᾶν.

Χρεὼν, *sive rectius, apud Nostrum quidem, Ionico more,* Χρεὸν, Necessarium, Necessitas. *Hinc* χρεών (*vel* χρεόν) ἐστι, Necesse est, Oportet. σὲ χρεών ἐστι ἰέναι, i. 41. *f. ubi sicut alibi,* χρεόν ἐστι *malim cum nostro cod. F.* οὐ γὰρ ποιῆσαί μιν τὸ χρεὼν ἦν ποιέειν, ii. 133. *m.* (*ubi quidem* χρεὼν *tenuit etiam cod. F.*) χρεόν ἐστι ὑμέας μάχας ἀναβάλλεσθαι, v. 49. *f.* ποιέειν χρεόν ἐστι ὑμέας ὁκότερα τουτέων ἕλησθε, v. 109. *m.* (*ubi vide Var. Lect.*) *Sic rursus* v. 109. *f.* 111. *m. f.* vi. 43. *m. f.* viii. 74. *f.* 75. *a.* ix. 17. *f.* 26. *a. m.* 58. *f. Nonnumquam, sicut commune verbum* χρὴ, *commode* Fas est, Licet, *reddi potest; veluti,* εἰ χρεόν ἐστι τεκμαιρόμενον λέγειν, i. 57. *a. Alibi intelligitur* In fatis est; *ut* viii. 141. *a.* σφέας χρεόν ἐστι ἐκπίπτειν ἐκ Πελοποννήσου.

Tamquam Substantivo præponitur aliquando Articulus. ἀποτρέπων τὸ χρεὸν γίνεσθαι, vii. 17. *f.*

Alibi veluti Participium, sicuti παρεὸν, ἐξὸν *et similia,* Absolute *ponitur* Χρεὸν, *reddendum* Quum oporteat, Quum oporteret, *aut* oportuisset. χρεὸν γάρ μιν μὴ λέγειν τὸ ἐὸν,—λέγει *etc.* v. 50. *a.*

Χρηΐζειν, *Ionice pro communi* Χρῄζειν, *quod passim apud Nostrum tenuerunt librarii, subinde etiam pejus* χρήζειν, *omissa prorsus vocali iota scripserunt; (vide Gregor. Dialect. Ion.* §. 42. *et ibi Kœn.) idem fere sonat atque* δέεσθαι, Indigere, Cupere, Rogare. τοῦτον δοκέω ποιήσειν,

τῶν ἂν χρηΐζωμεν, (alii χρήζωμεν) v. 30. f. (Conf. Προσχρήζειν.) φύλακα παιδός σε τοῦ ἐμοῦ χρηΐζω (vulgo χρήζω) γενέσθαι, i. 41. m. ἔλεγε πολλὰ, τιμωρέειν αὐτοῖσι χρήζων, i. 152. m. ἔχρηζε (αὐτοῦ) μηδαμῶς—ποιέεσθαι, iv. 83. m. ἐγώ σευ χρηΐζω μηδὲν νεοχμῶσαι, v. 19. f. tum χρήσας τουτέων, v. 20. a. χρῇσαι σφέων βοηθέειν, v. 65. extr. χρηΐζων (αὐτοῦ) ἐκ τῆς νηὸς ἐκβῆναι, viii. 58. b. χρηϊζόντων (scil. σφέων) Χίων, Quamvis solicitassent eos Chii, viii. 132. f. ἐχρήϊζε τῶν Ἀθηναίων προσχωρῆσαι, ix. 55. f. Genitivo personæ præponitur παρὰ præpositio. ἔχρηζε παρὰ τῶν ναυτέων δέξασθαι αὐτὸν σύμπλουν, Vit. Hom. cap. 17. m. sed dein, ἔχρηζε τῶν ναυτέων τινὰ ἡγήσασθαι αὐτῷ, ibid. cap. 18. a. Loco Genitivi rei reperitur Accusativus apud Nostrum, ubi ait, Ξέρξης πᾶν μᾶλλον δοκέων μιν χρηΐσειν ἢ τὸ ἐδεήθη, vii. 38. m. Alibi duplex adjicitur Genitivus, alter rei, alter personæ. τῶν δ' ἐγὼ ὑμέων χρήζων, συνέλεξα (ὑμᾶς) vii. 53. a.

Etiam verbo Medio eadem notione utitur Herodotus, et quidem Imperfecto frequentativo. χρηΐσαντο τῷ ὕδατι, Indigebant (Opus illis erat) hac aqua, iii. 117. m. f.

Χρῆμα, τὸ, Res; et quidem 1. Res quæcumque aut qualiscumque. σκοπέειν χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν, i. 32. extr. ἀμηχανήσεις χρήματος οὐδενὸς, i. 35. f. ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενος, iii. 121. a. κῶς ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη; iii. 80. a. τυραννὶς χρῆμα σφαλερὸν, iii. 53. m. ἡ ἰσηγορίη χρῆμα σπουδαῖον, v. 78. a. κοῖόν τι χρῆμα ἐποίησας, v. 23. m. οὐδέν κω ἄλλο χρῆμα οὕτω ἐπεζήτησα, ὡς σὲ ἰδέειν, v. 24. m. f. ἐς ἀφανὲς χρῆμα (In rem incertam) ἀποστέλλειν ἀποικίην, iv. 150. extr. ubi perperam Valla χρῆμα Oraculum interpretatus erat. πᾶν χρῆμα ἐκίνεε, ποιέων ἅπαντα ὅκως etc. v. 96. a. πᾶν πείσεσθαι χρῆμα, vii. 49. extr. πᾶν χρῆμα προδειμαίνειν, vii. 50, 1. a. (ibidemque paulo ante, πᾶν et τὸ πᾶν, omisso substantivo χρῆμα.) πρῶτον χρημάτων πάντων καταλλάσσεσθαι τὰς ἔχθρας, vii. 145. a. δεινὸν χρῆμα ἐποιεῦντο, viii. 16. b. σημαίνει τις οἷόν τι χρῆμα ποιήσειε ὁ παῖς, viii. 138. a.

2. Idem vocab. Χρῆμα adhibere amat Herodotus in indicanda rei cujuslibet Magnitudine, Vehementia, aut Multitudine. ἐν τῷ Οὐλύμπῳ συὸς χρῆμα γίνεται μέγα, i. 36. a. N. et ὑὸς χρῆμα μέγιστον, paulo post ibid. Postquam vii. 108. m. dixit, ἐπέπεσέ σφι χειμών τε μέγας καὶ πολλὸς ἄνεμος, subjicit, ἦν τε τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον, ibid. extr. ubi τὸ articulum, quem ante τοῦ insertum Valckenarius voluerat, libri omnes cum Suida ignorant. οἱ ὄφιες—ἐκλέπουσι πολλόν τι χρῆμα (Ingentem multitudinem) τῶν τέκνων, iii. 109. f. καί οἱ πολλόν τι χρῆμα χρυσοῦ συνελέχθη, iii. 130. extr. κομισθῆναι χρῆμα πολλὸν ἀρδίων, iv. 81. f. ubi perperam πολλῶν olim edebatur. (Conf. ibi Not.) συνελέχθη χρῆμα πολλὸν νεῶν, vi. 43. f. ubi ibidem πολλῶν olim.

3. Sigillatim etiam χρῆμα intelligitur Res utilis et pretiosa quælibet, veluti, Pecunia, Vasa, Pretiosa supellex. εἴρετο (αὐτοὺς) ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βουλοίατο τοὺς πατέρας κατασιτέεσθαι, Quanta pecuniæ summa proposita, Quo pretio, iii. 38. m. Sic ταύτην πωλέω οὐδενὸς ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τοὺς πατέρας κατακαίειν, ibid. f. Sed hujusmodi notione præsertim Pluralis τὰ χρήματα usurpatur, ut, αἰτέειν et δοῦναι χρήματα, Pecunias petere, et Penias dare, plus semel viii. 111. πολλὰ χρύσεα ποτήρια, πολλὰ δὲ ἀργύρεα, ἄλλα τε χρύσεα ἄφατα χρήματα, vii. 190. b. εὗρον θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων, ix. 83. a. Sic τὰ χρήματα κηρυσσόμενα ὑπὸ τοῦ δημοσίου, vi. 121. b. sunt Res pretiosæ, vasa et reliqua pretiosa supellex, per publicum præconem venumdata. Similiter ὁ γραμματιστὴς τῶν ἰρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης est Scriba cui consignatio et custodia mandata erat Rerum pretiosarum Minervæ consecratarum, ii. 28. a. N. χρήμασι ἀνήκοντες ἐς τὰ πρῶτα, Opibus præ cæteris eminentes, vii. 134. f.

Χρηματίζεσθαι τινὶ, De rebus quibusdam Agere (Transigere) cum aliquo. (Conf. Χρέεσθαι, num. ii. 3. extr.) ἤθελε ἐς τὰ βασιλήϊα ἐσελθὼν χρηματίσασθαι τῷ βασιλέϊ, iii. 118. a. οἱ τῶν Ἑλλήνων ἄγγελοι τοσαῦτα τῷ Γέλωνι χρηματισάμενοι, vii. 163. a.

Χρήμη, ἡ, Petitio, Desiderium, Postulatio. ἕνα λέγεται ἐναντιωθῆναι τῇ χρήμῃ αὐτοῦ, Vit. Hom. 13. a. 14. a.

Χρῆν, sicut in communi sermone, Oportere. σκοπέειν χρὴ, i. 32. extr. εἰδέναι ἄνθρωπον ἐόντα, κῶς (sive ὅκως) χρὴ, τὸ βέβαιον, vii. 50, 1. f. ibique Var. Lect. et Not. Tertia sing. Imperf. χρῆν, pro ἔχρην. χρῆν γὰρ (In fatis erat; conf. Χρεών.) Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, i. 8. m. N. ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρῆν, i. 69. a. ἐξευρίσκειν χρῆν, vii. 9, 2. f.

Χρήσιμος, ὁ, ἡ, ut in communi sermone, Utilis. πολλαχῇ γενομένου σφίσι χρησίμου, vi. 105. m. ubi de deo Pane agitur. ἐφαίνοντο (οἱ Θεσσαλοὶ) βασιλέϊ ἄνδρες χρησιμώτατοι, vii. 174. Quanam vero notione Templum sive τέμενος, quod Græci in urbe Naucrati habebant, χρησιμώτατον dicatur ii. 178. m. haud satis liquet. Celeberrimum vulgo interpretabantur, sed id jam præcedente vocabulo οὐνομαστότατον indica-

batur. Parum commodum vero videtur Larcheri le temple le plus commode. *Hariolatus equidem olim eram* Opulentissimum; *nempe*, in quo plurima χρήματα, plurimæ res pretiosæ, dedicatæ erant. *Sed Henr. Stephanum secutus sum, qui in ora h. l. adnotaverat* "Maxime frequentatum, *vel*, Quo maxime utuntur."

Χρησμολόγος, ὁ, Vates, Vaticinator, Fatidicus. χρησμολόγος ἀνὴρ, ὅς οἱ προσιὼν χρᾷ τάδε, i. 62. *f.* viii. 96. *f. Vocatur autem* χρησμολόγος *non solum* Qui suo nomine oracula aut vaticinia edit: *sed et* Qui alterius cujusdam celebris vatis oracula venditat et ad res personasve, qui eum consulunt, adplicat. *Sic* Onomacritus erat χρησμολόγος καὶ διαθέτης χρησμῶν τῶν Μουσαίου, vii. 6. *m. et f. Denique* χρησμολόγοι *dicuntur etiam* Interpretes oraculorum a Pythia editorum, vii. 142. *extr.* 143. *a. et f.*

Χρησμὸς, ὁ, Vaticinium, Oraculum editum, Responsum oraculi *vel* vatis. παρῆσαν φέροντες τοὺς χρησμοὺς, i. 48. *a.* χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, i. 66. *f.* ἀπικομένου χρησμοῦ κιβδήλου, ἐλπίσας πρὸς ἑωυτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι, i. 75. *a.* ἐν χρησμῷ ἦν γεγραμμένον ὧδε, vi. 98. *m. f.* viii. 20. *m.* 77. *a.* ὁ δέ σφι τὸν αὐτὸν χρησμὸν ἔφαινε, i. 159. *a. Conf.* Χρησμολόγος.

Χρησμοσύνη, ἡ, Ars et munus vatis. μετίεσαν (αὐτὸν) τῆς χρησμοσύνης, ix. 33. *f. N. Conf.* Μετιέναι.

Χρησμῳδέειν, Oracula (Vaticinia) canere, vii. 6. *f.*

Χρηστηριάζεσθαι, *i. q.* χρᾶσθαι (*vel* χρῆσθαι) τῷ χρηστηρίῳ, Oraculum consulere. ἐχρηστηριάζετο τὸ τρίτον· ἐπειρώτα δὲ τάδε χρηστηριαζόμενος, i. 55. *a.* ἐχρηστηριάζοντο ἐν Δελφοῖσι ἐπὶ τῇ χώρῃ, i. 66. *a.* χρηστηριαζομένῳ εἶπε ὁ Λοξίης, i. 91. *m.* ἐχρηστηριάζοντο περὶ τῶν οὐνομάτων, ii. 50. *m.* ἱροῖσι χρηστηριάζεσθαι, Ex victimis responsum dei petere, viii. 134. *a. N.* (*coll. Adnot. ad* ii. 57, 11.) Δελφοὶ ἐχρηστηριάζοντο τῷ θεῷ, vii. 178. *a.*

Χρηστήριον, τὸ, *i. q.* μαντήϊον, Oraculum, *duplici significatu hujus vocabuli; nempe* 1. Oraculum quod consulitur; Templum, Ædes, Locus, et universum Institutum, quo se convertunt qui deum aliquem de rebus futuris aut incertis consulere cupiunt. *Huc referenda formula* χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ, *de qua supra dictum est, sub verbo* Χρᾶν, *num.* ii. 2. *tum phrases hujusmodi:* ἀπέπεμπε ἐς διάπειραν τῶν χρηστηρίων, i. 47. *a.* 48. *m.* 53. *a.* 65. *a. m. et cet. Vide Indicem Rer. voce* Oraculum. 2. *i. q.* θεοπρόπιον, *et* χρησμὸς *aut* τὸ χρησθὲν, Oraculum redditum, Responsum oraculi, Vaticinium. συλλαβὼν τὸ χρηστήριον, καὶ φὰς δέκεσθαι τὸ χρησθὲν, i. 63. *a.* ὑμέας κατὰ τὸ χρηστήριον προσκαλέομαι, i. 69. *m.* τῷ χρηστηρίῳ πίσυνος ἐὼν, i. 73. *a.* viii. 41. *a.* χρηστήριον ἐληλύθεε ἐκ Δελφῶν, viii. 114. *a.*

Χρηστὸς, ἡ, ὸν, 1. *generatim* Bonus, Benignus. τελευτὴ χρηστὴ, vii. 157. *extr.* χρηστῶν θεῶν ἥκειν εὖ, Bonis (Benignis) diis abunde frui, viii. 111. *m. Sigillatim*, 2. *i. q.* χρήσιμος, Utilis, Ad usum commodus. τὰ τόξα, ἐόντων ἀγχοῦ τῶν πολεμίων καὶ προσκειμένων, ἦν χρηστὰ οὐδὲν, iii. 78. *a. ubi* χρήσιμα *dat unus e codd. Paris. ex interpretamento.* ἐπεὶ εἶδον τοὺς Ἴωνας ἀρνευμένους εἶναι χρηστοὺς, vi. 13. *f. reddi poterit* Videntes eos nolle esse viros bonos; *sed perinde intelligere possis*, Videntes nolle eos sibi utiles esse, utilem præstare operam. χρηστὰ ἐπίπλοα, i. 94. *f. sunt* supellectilia utilia, ad vitæ usum commoda; *quæ sequiore Græcitatis ævo* χρηστήρια *etiam adpellata sunt, ut ad Athenæi lib.* iii. *p.* 114. *d. observavimus.* συμβουλεύων οἱ χρηστὰ, Utilia ei consulens, iv. 83. *b. Peculiari vero ratione dictum videtur* ἐοῦσα οὐδὲν χρηστὴ (αὕτη ἡ ἀτραπὸς) Μηλιεῦσι, Nulli bono usui fuit hic trames Maliensibus; *pro*, Non bene usi hoc tramite sunt Malienses, vii. 215. *extr. N.*

3. *Ubi de* Sacrificiis *agitur*, ἱρὰ (*vel* σφάγια) χρηστὰ *dicuntur*, Læta (Prospera) sacra, *ubi* Litat victima (*conf. Wessel. ad* ix. 19, 5.) *et* Boni ominis *sunt* exta. ἐπεί οἱ τὰ ἱρὰ οὐ προεχώρεε χρηστὰ θυομένῳ, v. 44. *extr.* οὐ γάρ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστὰ, ix. 61. *m.* 62. *a.*

4. χρηστὰ, *Neutrum plur. absolute positum significat* Beneficia, Bene merita. ἐμεῦ προποιήσαντος χρηστὰ ἐς σὲ, χρηστοῖσί με ὀφείλεις ἀμείβεσθαι, i. 41. *a.* 42. *b. Sed* τὰ ἑκατέροισι κατέργασται χρηστὰ, ix. 27. *a. sunt* Res ab utrisque Bene gestæ.

Χρίειν, Inungere. ἐχρίετο ὑπὸ τοῦ ἡλίου, iii. 124. *a. et* 125. *f.* πτεροῖσι ὀρνίθων κεχριμένοισι πίσσῃ, iv. 195. *a.*

Χρίμπτειν, *vide* Ἐγχρίμπτειν.

Χρόνος, ὁ, Tempus. ἦν δὲ χρόνος οὗτος οὐκ ὀλίγος γενόμενος ὅτε οὐδεὶς *etc.* Multum inde effluxit temporis quo nemo *etc.* i. 160. *f.* χρόνου ἐπιγινομένου, Insequente tempore, i. 28. *a. N. Vit. Hom.* 5. *a.* χρόνου προϊόντος, Progrediente tempore, Successu temporis, vii. 197. *m. Vit. Hom.* 3. *a.* 9. *a.* 11. *a.* χρόνου δὲ περιϊόντος, iv. 155. *a. N.* χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διεξελθόντος, iv. 146. *a.* χρόνου προβαίνοντος, v. 58. *m.* ὀλίγου τινὸς χρόνου διελθόντος, ix. 16. *m. Et magis concise, eadem fere notione,* καὶ ταῦτα ὀλίγου χρόνου (Brevi tempore) ἔσται τελεύμενα, iii. 134. *m.* ἐλπίζων διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, ὁμολογήσειν σφέας, ix. 13. *a. ubi, pro eo quod in Latina versione posui*, sperans progressu temporis illos *etc.*

rescriptum velim, assidue (*aut*, per totum illud tempus, *nempe*, quo in Attica moratus est,) sperans *etc. ut recte Wesselingius cum Valla interpretatus est.* ἐντὸς χρόνου, Intra aliquod tempus. ἐπεὰν μέλλῃ τι ἐκτὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπὸν, viii. 104. *b.*

Dativus, χρόνῳ, (*pro quo alias* σὺν χρόνῳ) Successu temporis, Tandem, Ad extremum. χρόνῳ δὲ—ἐτράποντο οἱ Λυδοὶ, i. 80. *extr.* οἱ μέν νυν χρόνῳ ἐξαιρέθησαν, i. 175. *extr.* iii. 13. *m.* v. 77. *m. N.* ὡς δὲ χρόνῳ κοτε ἐγένετο τὰ σφάγια χρηστὰ, ix. 62. *a. N.* χρόνῳ ὕστερον πολλῷ, Multo post, i. 171. *m. f.* ἐν τῷ παρεόντι χρόνῳ, i. 88. *m.* γένοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ, v. 9. *f.* ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι, ii. 11. *f.* τὰ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ κατέργασται, Quæ ab omni inde tempore gesta sunt, ix. 27. *a.*

Accusativus, χρόνον, Per aliquod tempus, Aliquamdiu. μοῦνοι ἀντέσχον χρόνον Ἁρπάγῳ, i. 175. *b. Plenior formula*, ἐπὶ χρόνον. *Sic*, ἐπὶ χρόνον ἄφθογγος ἦν, i. 116. *a.* τὸν χρόνον τοῦτον, Per id tempus, v. 44. *a.* χρόνον ἐπὶ μακρὸν ἔσεσθαι τὴν πολιορκίην, i. 81. *a.* ἐς χρόνον, Posthac. αὐτῷ ἄμεινον ἐς χρόνον ἔσται, iii. 72. *f.* οὐ γὰρ ὑμῖν ἐς χρόνον μεταμελήσει, ix. 89. *m. f.* ἀνὰ χρόνῳ, Successu temporis, Deinde, i. 172. *m.* ii. 151. *a.*

Χροῦς, ὁ, *Gen.* χροὸς, *Dat.* χροῒ, *Acc.* χρόα, (*conf. Gregor. Dialect. Ion.* §. 71.) Superficies, Cutis. τὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν κείρονται ἐν χροῒ, iv. 175. *a.*

Χρυσάορος, ὁ, ἡ, Aureo ense cinctus. Ἀρτέμιδος χρυσαόρου ἀκτὴν, viii. 77. *a. in Orac.*

Χρύσεος, η, ον, Aureus. Ἀλέξανδρος ὁ χρύσεος, Aurea Alexandri statua, viii. 121. *extr.* λέβητες χρύσεοι, ix. 80. *a.* χρύσεα ποτήρια, χρύσεα χρήματα, vii. 190. *b.* ἀρτήματα χρύσεα, ii. 69. *a. m. ubi* χρύσινα *præfert cod. F. quæ vocabuli forma ex sequiore Græcitatis ævo esse videtur: alibi certe constanter in alteram formam consentiunt libri omnes.* αἰχμὴν στερεὴν πᾶσαν χρυσέην, i. 52. *m.* ἐν πέδῃσι χρυσέῃσι δεδέσθαι, iii. 23. *f.* χρύσεα ποιήματα, iv. 5. *m.* ἐδωρήσατο τῇ πλατανίστῳ χρυσέῃ, vii. 27. *f.* ἰδόντα κλίνας χρυσέας καὶ τραπέζας χρυσέας, ix. 82. *a. m. Plura loca vide in Indice Rerum, voce* Aureus. *Cæterum* χρύσεος *subinde nil aliud significat quam* ἐπίχρυσος. *Sic quidem, quas* κλίνας χρυσέας *dicit Noster* viii. 82. *a. m. easdem cap.* 80. *a.* κλίνας ἐπιχρύσους *dixerat.*

[*Χρύσινος vide paulo ante, in* Χρύσεος.]

Χρυσίον, τὸ, Aurum. ἄπυρον χρυσίον, Aurum ignem non expertum, iii. 97. *m.* χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον, (*scil.* τοῦ ἀργυρίου, *aut* πρὸς τὸ ἀργύριον) λογιζόμενον, iii. 95. *a. Conf. Indicem Rer. voce* Aurum.

Χρυσίτης, ὁ, *Fœm.* χρυσῖτις, Aureolus. ἡ δὲ ψάμμος ἡ ἀναφερομένη ἐστὶ χρυσῖτις, Sabulum illud est auriferum, iii. 102. *f.*

Χρυσόδετος, ὁ *et* ἡ, Auro vinctus. σφρηγὶς χρυσόδετος σμαράγδου λίθου ἐοῦσα, iii. 41. *a.*

Χρυσόκομος, ὁ, ἡ, Auream comam habens; *etiam de* Aureolo colore pennarum alitum. *Sic*, τὰ μὲν χρυσόκομα τῶν πτερῶν, (phœnicis avis,) τὰ δὲ ἐρυθρὰ, ii. 73. *a. m.*

Χρυσόπαστος, ὁ, ἡ, Auro interspersus *vel* intertextus, Auro distinctus. δωρησάμενος αὐτοὺς τιήρῃ χρυσοπάστῳ, viii. 120. *a. N.*

Χρυσὸς, ὁ, Aurum; *vide Indic. Rer. hac voce. De* χρυσῷ ἀπέφθῳ *et* χρυσῷ λευκῷ *vide Not. ad* i. 50. *m.*

Χρυσοφορέειν, Aurum (Aureum ornatum) gestare. μηδὲ τὰς γυναῖκάς σφι χρυσοφορήσειν, πρὶν ἂν *etc.* i. 82. *f.*

Χρυσοφόρος, ὁ, ἡ, Aurum (Aureum ornatum) gestans. ἁβρότατοι ἄνδρες εἰσὶ καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα, iv. 104.

Χρυσοφύλαξ, Auri custos. τοὺς χρυσοφύλακας γρύπας, iv. 13. *a. rursusque cap.* 27.

Χρῶμα, τὸ, Color. χρῶμα φορέουσι παραπλήσιον Αἰθίοψι, iii. 101. *a.*

Χύειν, Effundere, Profundere. ἰδὼν σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον (ἐς τὴν ἀγορὴν), i. 22. *a.*

Χυτὸς, ἡ, ὸν, Fusus. ἀρτήματα λίθινα χυτὰ, Inaures ex fusis lapillis, ii. 69. *a. N.*

Χυτὸς, οῦ, ὁ, *Substantivum i. q.* τὸ χῶμα, Agger, vii. 37. *a. N.*

Χυτρὶς, ἡ, Ollula. ἐκ χυτρίδων ἐπιχωριέων πίνειν, v. 88. *b. N.*

Χύτρος, ὁ, Lebes, Olla. *Plurale* Χύτροι, *nomen proprium loci:* ἔστι ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, τὰ Χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι, vii. 176. *m. N.*

Χῶμα, τὸ, Terra adgesta, Agger, Moles, Tumulus. (*Conf.* Χοῦν *et* Χοῦς.) Σεμίραμις ἀπεδέξατο χώματα ἀνὰ τὸ πεδίον ἀξιοθέητα, i. 184. *b.* Ἀλυάττεω σῆμα, τοῦ ἡ κρηπὶς μέν ἐστι λίθων μεγάλων, τὸ δὲ ἄλλο σῆμα, χῶμα γῆς, Tumulus terræ, i. 93. *a. Similiter* χώματα κεινὰ, ix. 85. *f. sunt* Tumuli sepulcrales, in quibus quidem non insunt ipsa cadavera hominum, quorum in honorem erecti tumuli sunt.

Χωρέειν, 1. Exire, Progredi, Exitum habere. ἐνθεῦτεν ἡ φάτις αὕτη κεχωρήκεε, Inde hæc fama exierat et in vulgus manavit, i. 122. *extr.* παρὰ σμικρὰ τῶν λογίων ἡμῖν ἔνια κεχώρηκε, Exierunt in exiguum quiddam, i. 120. *m. idem quod* ἐς ἀσθενὲς ἐλήλυθε; *vide* ibidem *proxime sequentia.* πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως, Omnia ei prospere cesserunt, Exitum felicem habuerunt,

iii. 39. *m. Atque etiam, ubi adverb.* εὐτυχέως *non adjicitur, verbum* χωρέειν, *sicut Compositum* Προχωρέειν, *plerumque* Prosperum successum *significat. Sic,* χωρήσαντος δέ οἱ τούτου, iii. 42. *a. N.* καί σφι χωρήσειν τὰ βούλονται, v. 89. *m.* οὐκ ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε, vii. 10, 2. *m.* χωρήσει τὰ νοέων ἐλήλυθας, viii. 68, 2. *a.* εὐπετέως ὑμῖν ταῦτα οἷά τε χωρέειν ἐστί, v. 49. *a.*

2. χωρέειν, Continere, Capere. κρητὴρ χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους, i. 51. *a. m.* i. 70. *a.* iv. 81. *m.* ἡ ἀρτάβη, μέτρον ἐὸν Περσικὸν, χωρέει *etc.* i. 192. *m.* αἱ γαστέρες χωρέουσι εὐπετέως τὰ κρέα, iv. 61. *f.*

Χώρη, ἡ, 1. Terra, Regio. ἡ χώρη ἡ Ἀττικὴ, ix. 13. *m. et alibi.* ἐν ᾗ χώρῃ—, ταύτην μηδὲν σίνεσθαι, μήτε αὐτὴν τὴν χώρην, μήτε τοὺς οἰκήτορας αὐτῆς, vi. 97. *m. f.* λέγω τὴν χώρην, (*i. q.* τὴν γῆν ibid. *paulo ante,*) πλεῦνα ἐν πλεῦνι χρόνῳ γινομένην, λιμὸν τέξεσθαι, vii. 49. *f.* ἐν ταύτῃ (τῇ Ἀραβίῃ) λιβανωτὸς ἐστι μούνῃ χωρέων πασέων, iii. 107. *a. et* ibid. *paulo ante,* τῶν οἰκεομένων χωρέων, *ubi perperam olim* χωρίων *edebatur. Conf.* Χωρίον.

2. χώρη, Locus; *quo significatu notanda formula* κατὰ χώρην, Suo loco, Eodem in loco. ἔα (πάντα) κατὰ χώρην ἑστάμενα, Suo loco intacta stare omnia sinebat, i. 17. *m.* τὰ ἑωυτοῦ κατὰ χώρην καταλείψειν, ἵνα ὀπίσω σφέα ἀπελθὼν ἔχοι, iii. 135. *f.* κατὰ χώρην ἤλπιζον τοὺς Πέρσας εἶναι, Eodem in loco esse (Locum non mutasse, Non discessisse) Persas existimabant, iv. 135. *extr.* Ἀβυδηνοῖσι προσετέτακτο, κατὰ χώρην μένουσι, φύλακας εἶναι τῶν γεφυρέων, vii. 95. *b. Inde translato formulæ usu,* κατὰ χώρην μένειν *dicitur* Quidquid firmum et stabile manet, nec movetur aut mutatur. ἐς τ' ἂν ἡ γῆ αὕτη οὕτω ἔχῃ, μένειν τὸ ὅρκιον κατὰ χώρην, iv. 201. *a.* οὐκέτι ἔμενε τὸ ὅρκιον κατὰ χώρην, ibid. *extr.* φόρους ἔταξε, οἱ κατὰ χώρην διατελέουσι ἔχοντες ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ, vi. 42. *f.* περιοικέόν σφεας τὰ πολλὰ τῶν χωρέων (*sic duo codd.*) Ἴωνες, v. 58. *m. ubi* χώρων *vulgo, alii* χωρίων *ex conject.*

[Χωριάζειν, Rusticari. *Verbo hoc usum alicubi esse Herodotum putaverat H. Stephanus, Thes. T.* iv. *col.* 669. *e. Mihi illud nusquam occurrere memini.*]

Χωρίζειν, Separare, Distinguere. *Hinc Passiv.* τὴν Εὐρώπην ἥγηνται κεχωρίσθαι, Separatam esse, Nihil ad se pertinere, i. 4. *extr.* κεχώρισται οὗτος ὁ χειμὼν (Diversa est hæc hyems) τοῖσι ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γινομένοισι χειμῶσι, iv. 28. *m.* νόμοισι χρέωνται κεχωρισμένοισι πολλὸν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, i. 172. *a.* κεχωρίδαται (*Ion. pro* κεχωρισμένοι εἰσὶ, Differunt) πολλὸν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, i. 140. *m.* κεχωρίδαται τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων, Singulare hoc habent præ aliis Ægyptiis, ii. 91. *m. f.* κεχωρίδαται αὗται (αἱ πόλιες), Sejunctæ sunt hæ civitates ab istis, i. 151. *a.*

Χωρίον, τὸ, 1. Locus, Definitum quoddam spatium, Definita quædam pars regionis aut urbis. τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον τῆς ἀκροπόλιος, Ubi erat expugnabilis Locus (*vel* Pars) arcis, i. 84. *m.* οὐκέτι πολλὸν χωρίον,—ἀλλὰ στεινή ἐστι (ταύτῃ) ἡ Αἴγυπτος, ii. 8. *m. f.* τῶν ταῦτα τὰ χωρία προσχωσάντων ποταμῶν, ii. 10. *m.* ἀπὸ Ἐλεφαντίνης ἄνω ἰόντι ἄναντές ἐστι χωρίον·—τὸ δὲ χωρίον τοῦτο ἐστὶ ἐπὶ ἡμέρας τέσσερας πλόος, ii. 29. *a.* ἐς τοῦτο τὸ χωρίον ἦλθον, Hunc locum adii, ii. 75. *a.* οἱ ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γινόμενοι χειμῶνες, iv. 28. *m. ubi quidem* χώρῃσι *præfert cod. Vat. et* χώροισι *Vind. Quod si vera scriptura vulgata, defendi ex hoc loco fortasse possit* χωρίων iii. 107. *a. pro quo nos cum aliis* χωρέων *posuimus, et* χωρίου ii. 19. *a. ubi nos ex aliis libris* χώρου *revocavimus.* τὰ πολλὰ τῶν χωρίων, *recte, ut videtur, ed. Schæf. ex Wess. conject.* v. 58. *m. pro vulgato* χώρων.

2. χωρίον *vero Nostro dicitur etiam* Locus (Dictum) scriptoris alicujus aut poëtæ; Verba quædam *sive* breviora, *sive* longiora, ex libro aliquo aut poëmate recitata aut adposita, *quas* ῥήσεις *vulgo Græci vocant:* κατὰ ταῦτα τὰ ἔπεα καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα, Ex hoc maxime loco, *nempe,* quem ex Homeri Iliade modo adposui, ii. 117. *a. N.*

Χωρὶς, *Præpos.* Sine, Absque, Præter, *uti vulgo.* χωρὶς τοῦ φόρου ἥρπαζον τοῦτο ὅ τι ἔχοιεν ἕκαστοι, i. 106. *a.* ἐκ πάσης Λακεδαίμονος, χωρὶς Σπαρτιητῶν, δεῖ ἀναγκαστοὺς ἐς τὸ κῆδος ἰέναι, Præter Spartanos (*i. e.* Non solum Spartæ urbis incolas, Cives Spartanos, sed etiam) ex universa Laconia oportet *etc.* vi. 58. *m. f. N. Sed* χωρὶς (τούτου) ὅ τι χαλκὸς ἢ λίθος ἦν, Excepto eo (Præterquam) quidquid æs aut lapis erat, i. 164. *f. ubi nil urget ut cum Valck.* χωρὶς ἢ ὅ τι *malimus; satis est* χωρὶς τούτου *intelligere.* ἓν ἔργον πολλὸν μέγιστον, χωρὶς τῶν Αἰγυπτίων ἔργων, Præter (Post, Si excipias) opera Ægyptiaca, i. 93. *a.*

Χωρὶς, *Adverbium,* Separatim, Seorsim, Præter alia, Non solum. χωρὶς κέεται ὁ νεκρὸς, Seorsim jacet cadaver, iv. 62. *extr.* χωρὶς μὲν γὰρ φόρον ἔπρησσον, (*sic enim haud dubie corrigendum*) χωρὶς δὲ τοῦ φόρου ἥρπαζον, Namque non solum tributum exigebant, verum etiam *etc.* i. 106. *a.* χωρὶς ἢ ὅτι, Nisi quod, Præterquam quod. νόμοισι παραπλησίοισι χρέωνται, χωρὶς ἢ ὅτι *etc.* i. 94. *a.* λέβητας Λεσβίοισι κρητῆρσι προσεικέλους χωρὶς ἢ ὅτι πολλῷ μέζονας, iv. 61. *a.* θαυμάσια ἡ χώρη οὐκ ἔχει, χωρὶς ἢ ὅτι ποταμοὺς πολλῷ μεγίστους, *nempe*

ἔχει, iv. 82. *a.*

